vere glorie et leticie. Et ipsis competit illud de fine
nostre intencionis Iob xviii. lucerna
impiorum extinguetur. quasi fatue di-
cent prudentibus supra per eundem. Nam
quod splendidibus alienis gaudeo fuimus
vendidimus. Sed tamen testimonio vestro
si quis fuerit in operibus nostris nunc
nunc contra. Ubi sorores coram
tam districto iudice defendi rogamus
Iam primo displicet factum quod feci-
sti tunc placuit et piget tedetque
remisisse. Quia vanitas fuit in
animum aliene laudis spargere. Ideo
fruato ad tempus eternitatis gloriam po-
tuimus comparare. ergo lampades nostre
extinguuntur quia olei iniuncta
deficit dum bonum opus quod fecimus
non deo sed vanitati obtulimus. Certe
licet concupiscencie quod inde vel
actu quondam quesiuimus vel invenimus
vere laudes alieni oris affectasse fuit
tines argento portasse aut malis
quidem niteret acies obfuscaret. In-
altero sed invento lux operis extingue-
tur. et dicit Crisostomus. Unde fatue quia
eis fatuum erat illecte tenebris illece-
bris restiterunt. Prudentes ... unde fa-
tue quia intempestive quando tempus
... non erat voluerunt emere
unde fatue quia de aliena iusticia
inconsulta querunt patrocinium
qui solum iudicat corporis non
ex alienis rei ita ut propriis delictis
solum delinquentem puniat et per
aliena iusticia dumtaxat non co-
net. Ecce si ita stupescent virgines
in iudicio quanto plus fornicarii et
mercatores. Et portantes lampades
i. opera de genere bonorum quanto plus
portantes opera simulancia et vicio-
res quorum fetor per totum inquinatum proximum
ascendit in celum. Sed sponso dormi-
tantes quanto plus sponsum presentes
Responderunt prudentes dicentes ne
forte nobis et vobis non sufficiat etc.
Et hic additur ad concludendum tunc
spe de sanctorum suffragio. Et ideo
dicit Iohannes Crisostomus hic non ex avari-
cia vel invidia sed ex timore prudentes
virgines dicunt quia tunc quilibet
iustus satis habebit pro se unde nec
minimum digni indigno poterit prodesse
post mortem si hic vivens non pe-
nituit ... instantes instorum tunc
poterit vicia malorum sublevare. Circa
quibus incipiet incedere sub sine la-
bore. Et quasi prudentes dicunt fa-
tuis supra per eundem. Iusticia nunc que-
rimus quod nullo cogente olim perdi-
stis non sed locus vobis aliquid a
nobis ... quibus olim dicuntur
non poterit racio nullius consilii
nostri negligencie pro se defalcari
quibus modis fuerimus ex quo
nunc defensioni vix sufficimus pre-
tinacia nunc aliene negligencie
iudicis est offensio et contemptus
iudicii. Ite potius et vendentes Am-
brosius non dicit consilium sed ob-
loquo tunc eorum commemorant
quasi dicerent videte nunc qualis
est vobis inmane potuit qui vobis
quondam oleum adulacionis ven-
dere consueverunt. Ideo dicit Gregorius
venditores olei sunt qui cum ...
petitam gratiam humanam vel laudes
aut intoem glorie offerunt ...
venderunt. de quo psalmus. Oleum autem
peccatoris non impinguet caput
meum per caput mens intelligitur
Impinguat autem oleum caput
peccatoris cum favor adulantis eius
mentem demulcet. Tales ven-
ditores olei sunt dulces et applau-
sivi predicatores et confessores qui
vulneribus sauciati debent infundere
vinum mordens et oleum lenes
sed altius quos obliviscuntur unde.

sanies putredinis manet in vulne
et quamvis exterius quasi sanatum ap-
pareat tamen tandem erumpent
et latens putredo appareret. Vnguen-
dum vinum et oleum infundi debet
vulneribus sauciati in pnia. de pe
et re. Convertis vbique que et ideo
dicit apostolus Apostolus ii ad Thimoteum iiii
Argue obsecra increpa et in omni
paciencia et doctrina. Dicunt ergo
prudentes fatuis. Ite potius ad ven-
dentes. Tunc olim mute-
bantur letando fauoribus. hiis mu-
turbate fiunt testibus et horum
testimoniis quorum ancille facte
estis pro placendi cupiditate ab hiis
et periculis vnde quite nunc petatis
Et quos flendi operibus vestris quesiui-
stis adulatores hos nunc querite ut vobis
sint adiutores. Dum autem irent eme-
Tropice loquitur. i. sine adhuc vi-
uerent et inuenirent irent eme-
re. id est deuotionem quod inhiat voluntate
deseruerunt et si veniret vincerent
eandem voluntatem haberent ad emendum
adulatores et diligendum sicut prius
et hoc est signum quod sicut in bonis
et electis dei post mortem manet
habitus virtutum. Ita habitus vicii et
vanitatis remanet in reprobis venit
sponsus. Et sicut paris virginibus
celum aperuit. Imparatas vero pul-
santes reliquit venit cum subli-
mitate ad iudicandum qui in
primo aduentu venerat in magna
humilitate ad iudicium iniquorum
subeundum venit cum magna virtute
qui in primo aduentu venit cum
infirmitate venit cum vbertate et
cum diuiciis multis distribuendis
liberaliter qui primo venit cum pau-
pertate et vilis reputatus quasi
nichil habens. Et que parate erant
Et corda speculo fidei capello spei
purpura caritatis cingulo prudencie
quo virtutes continentur bisso tempe-
rancie stragulo iusticie pallio forti-
tudinis. Et adicite quod quatuor

sunt ornamenta principalia sponse
xpi seu fidelis anime Anulus aureus
in digito. i. fides propter cum caritate
monile in pectore castitas corona
in capite carens principio et fine
que est perseuerancia vestes multas
particulares virtutes Intrauerunt cum
eo ad nuptias. Mirabilis dulcedo
xpi introitum quod dicit Intrauerunt
et non manserunt foris Et xpi
consorcium quia cum eo scilicet filio dei
a quo non erant separati nuncquam. Ideo
et nunc sequuntur agnum amicti stolis
albis Apocalipsis xiiii Et xpi festum
quia ad nuptias Apocalipsis xix Beati
qui ad cenam nuptiarum agni vocati
sunt vnde dicit Gregorius Vtinam sa-
pis quid mirabilius eo quod dicitur
sponsus venit Et quid dulcius eo
quod intrauerunt cum ipso et quid
amarius et molestius eo quod
subiungitur Et clausa est ianua
Triplex nunc ad indulgendum que
modo omnibus est aperta ianua
gracie ad merendum que non omnibus
gratis offertur. Ianua glorie admittan-
dum que non omnibus penitere vo-
lentibus reseratur. Et vere magnum
periculum est differre recentibus inue-
nibus et passionem sentientibus nole-
ntibus penitere set penitentes in futura
vnde Augustinus de honestate mulierum
sic inquit. dicit aliquis iuuenis
homo sum sine faciam quod me
delectat modo et postea penitenciam
agam Et quemadmodum si quis
dicat sine penitenciam me gladio
trucidet et postea vadam ad medicum
heu miser homo nescis quod volnus
quod inpruden vnius hore accipitur
vix longe tempore ad pristinam sanitatem
reuocatur. Et iterum eidem fornicatores
dicit penitenciam agam quare non timet
ne eum subitanea febricula vel
mors subitanea aliquo casu capi
at et pereat dampnatus. Nouissime
vero venerunt et relique virgines

primus tardam et infructuosam pe-
nitentiam sicut dives in inferno
qui dixit miserere mei pater Abraham
Luce xvi° Et sic patet quod omnes
qui elegerunt pro Christo viles et
infimi ultimi fieri facti sunt primi
et qui voluerunt esse primi et aliis
plus reputati facti sunt ultimi
iuxta sententiam Christi dicentis Erunt
novissimi primi etc. Dignum enim et
iustum est ut qui sine vocante
vel iubente primum locum tenere vo-
luerunt quod tunc incipiant contra
eorum voluntatem ad ima descen-
dere Si ergo virgo in regno celo-
rum vis esse inter primas esto in regno
terreno inter filias dei inter ultim-
as vis esse in regno celorum ma-
gna potens quod regina sis / Esto
pro Christo vilis quod tunc etiam
tamen ancillula dicentes Domine
domine aperi nobis Luce xiii Nichil pro-
sit confitenti repetita confessio illius
qui non cum voluntate confessus est
semel Verum voluntaria etiam
modica sufficit cum voluntate etiam
non magna sufficit Et ideo dicatur
Luce vi° Ne tandem venit ad dominum
dicunt ergo duplicando venientia
rem confessionem / Domine domine
domine celi et terre domine corporis
et anime / Domine vite et mortis
aperi nobis sancte sanctorum vero
angelorum salus animarum aperi ianu-
am nobis sero pulsantibus con-
cede locum intrantibus / Peregrinus
domine qui nos creasti domine
qui regnum perpetuo promisisti mag-
nificasti / domine aperi baptismi gratiam
domine aperta communia ecclesie sacra-
menta aperi nobis / quia passi-
onibus qui tunc clausum
celum reserasti quando pendens in
cruce pro nobis mortem sustinuisti
In enim iusto iudicio tuo nos con-
tempsisti aperi nobis contemptis
penitet nos domine nos licet tarde

tuis obviasse mandatis / Tu ianua
tu ianitor pastor et medicus facilis
semper ad pietatem visita creature
iam penitentis miserere quia antiquus
hostis misereri nescit et iniquitatem
dedicit / Iniqua potestate et regnum
nos conscriptos districta servitutis et
sentencia districtio mittit heu gemitu
digna contricio heu dure sortis et
irreparabilis vite condicio que nos
a civitate separat sine quo nichil est
quod subsistat quo caruisse mor-
tis introitus vite exitus est et
melius erat in eternum non fuisse
quam eternitate civitatem caruisse
Domine domine aperi nobis / Iam enim
iudicialis fertur sentencia quos ab eis
sine patria clementia nec ultra
tempore de salutis arte eterne mortis
preceptus est remedium quibus arte
eterne mortis iudicium omnem ar-
cet accessum Et enim aut intus
sponsus sit pulsantibus videat
audiamus At ille videns ait
ait Amen amen dico vobis nescio
vos scilicet dignos gloria mea aut
scriptos in libro vite quod dicit Ideo vos
nescio quia vite in libro invisibili
non cognosco / Peregrinus Scio vos
peccatricem nescio per gratiam impenitenti-
um ... in vobis bonum quod creavi
nescio malum quod in vobis inve-
ni Alias ergo propter maliciam quod
bene facere noluerunt quam
ipsum verbis et exemplis consola-
tionibus et plagis instituam
Semper tamen paciens fui sicut patri-
ens locutus sum vobis per angelos
prophetas verbis doctorum efficatia
signa beneficiorum gratia fruentes carne
suspicate vite rerum tranquillitate
subministratione supplende necessitatis
vere animi vultotiens potentia
manu pietatis Babilonem et
noluit recipe sanitatem nescio
ergo vos iam dolui iniquitate

vnus multis inuolutos Ecce serui mei
comedent et vos esurietis serui mei
letabuntur et vos confundemini / Ecce
serui mei laudabunt pre exultatione
cordis et vos clamabitis pre dolore cor-
dis et pre contricione cordis vlula-
bitis / Veniens ergo primum memoria re-
cedat a nobis comminationis et consola-
tionis intelligentie dextre et sinistre
iudicis incutiat et infundat stimu-
lum timoris et vim amoris Et hoc
est quod sequitur Vigilate itaque scilicet
antequam veniat sponsus Quia nesci-
tis diem neque horam i. de aduentu
iudicis et obitu vestro mihi estis
Gregorius in omelia audit quae sit vigi-
landum Quia si aliquis sciret qua
die vinceret aliud tempus voluptati-
bus et aliud penitentie aptare potuisset
Sed quia penitenti veniam spopon-
dit diem crastinum non promisit Semper
ergo extremum diem debemus metuere
quem numquam possumus preuidere Vigi-
lias ergo qui non dormitat neque
dormit quas vigilias omnis pru-
dens mundo dormientes deo vigilan-
tes querent / Fatui non vigilando mun-
do dormientes ipsas abhorrent / Ista
vigilia est sancta fide vera sapere
et quod pro homo agat discernere
et ad finem illum qui est sine fine
referre / Mentis vigilia est discernere
inter bonum et malum inter virtutes et
vicia inter carnem et spiritum inter-
... et medium inter temporale et
eternum et omnia referat ad bonum
finem / Nota quod plura faciunt
nos vigilare / primo amor lucri sic
mercatores et fabri vigilant Se-
cundo ad bene operandum vigilare debent
Vnde Seneca libro iii / Tempus breue
infallibiliter est ve qui somprio illo
committunt preter excepto eo quod
nature negare non potest mediocritatem
... compensationem somprii
ipsa [illegible]
... vigilias non enim omnem partem
noctis dormiendo est Sed quia nox

est aptior ad speculandum quam surgendum
est Vnde propheta Media nocte surgebam ad
Quia deus fecit tempore passionis in
medio tenebras non ut subito nos
homines dormientes sed considerantes
quae deus pateretur Ergo clamor vigi-
lum sicut clamant ad arma sicut
speculatores clamant tempore incursus
inimicorum Omnium enim tempore arma resiste-
re diabolo sunt necessaria / i Petri v
Sobrii estote et vigilate quia aduer-
sarius vester diabolus rugiens tamquam
leo circuit querens quem deuoret
Tercio timor diaboli ut homines sunt
qui tenentur custodire domum domini
prima ad Thimotheum iii. Tu vero vigi-
la Et exigit quod dicit vigilate propter
diligentiam operis ad nostram salutem
ex quo monet nos ad vigiliam
Vnde Seneca libro vi. Non vult perire
... monens animalibus non ...
sed diligit qui instruit ad pericula
precauenda : Sequitur de sancto Nicolao

Sint lumbi vestri precincti
Luce xii. Cupiens ecclesie capud
dominus inuitans discipulos
suos ad contemptum mundi docuit
eos fugere superbiam et auariciam et
persequens inuitauit eos ad humilitatem
et ad paupertatem Nunc inuitat eos
ad castitatem et sic monet illos fugere
luxuriam et ita plene docet eos
contempnere mundum quia omne quod
est in mundo aut est concupiscentia
carnis aut concupiscentia oculorum aut
superbia vite i Iohannis ii. Et legitur
hoc Euangelium de confessoribus quorum
vitam recolit ecclesia quasi quoddam
continencie et iusticie atque pacie
speculum et exemplar Vnde Gregorius
... primus ... / Et
dicit Sint lumbi vestri precincti etc.
In quo nota quod duo sunt genera
lumborum quos quilibet nostrum precingere de-
bet enim lumbi mentis affectus
sed et intellectus ex quibus cogitaciones
et desideria quasi quedam soboles

gravantur. De quibus in Psalmo: Quia
lumbi mei impleti sunt illusionibus
i. malis desideriis et cogitationibus
quibus diabolus illudit anime. Horum
lumborum cinctorum sive repressorum
est assidua meditatio legis divine.
Jeronimus: Ama studia litterarum et car-
nis vicia non amabis. Item sunt
lumbi carnis ubi sedes est genera-
tionis ex quibus oriuntur carnales
concupiscentie. De quibus Gregorius in
omelia: Quia virtus luxurie in
lumbis sicut feminis in umbilico
testatur dominus qui de diabolo ad beatum
Job loquitur dicens Job xl^o: Virtus
eius in lumbis eius et fortitudo
illius in umbilico ventris illius.
Principaliter igitur sub lumborum
nomine luxuria designatur cum
dicitur: Sint lumbi vestri precincti.
Lumbos enim precingimus cum carnis
luxuriam per continentiam coartamus.
Horum etiam lumborum cinctorium
est iusticie disciplina. Ysaie xi^o: Et
erit iusticia cingulum lumborum eius
i. disciplina iusticie. Dicit ergo nobis
singulis lumbi vestri precincti ut
primum fluxus cogitationum et de-
sideriorum in illud restringatur in
mente. Postmodum fomes concupiscentiarum
reprimatur in carne. Sint lumbi
vestri precincti i. ante concupiscentia ca-
rum cincti et refrenati. Et lucerne
ardentes in manibus vestris. Fulgat(?) / Multa(?)
littera audit tria que quilibet debet suo
proximo exhibere et maxime prelati
et predicatores. Primum est lumen eru-
ditionis quod debetur ignaris. Unde
dicitur lucerne i. doctrine lucentes ita
ut omnes videant. Non enim potest civi-
tas abscondi supra montem posita
neque accendunt lucernam et sub
modio ponunt. Math. v^o. Secundum est
ardor compassionis qui debetur infir-
mis. Et ideo dicitur ardentes. Hoc ar-
dore ardebat Paulus dicens Quis
infirmatur et ego non infirmor. ii ad Cor.
xi^o. Et Johannes baptista de quo

legitur quod erat lucerna ardens
et lucens, ardens per compassionem
lucens per eruditionem. Tertium est sub-
sidium manuale quod debetur egenis
ideo dicitur in manibus vestris.
Prov. ult.: Manus suas aperuit
inopi etc. Item advertendum quod dicitur
pluraliter lucerne, plures enim in ma-
nibus portari debent. Prima est pura
mentis intentio que sicut in
manu portatur cum bono operi recta
intentio adiungitur. Math. vi^o: Lucerna
corporis tui oculus tuus est i. tue
mentis intentio que est lumen to-
tius operationis tue ut ibi dicit
Glosa. Secunda lucerna est verbum pre-
dicationis. Psalmus: Lucerna pedibus meis
verbum tuum domine. Que lucerna tunc
et manu portatur quando predicator id
agit quod bene docet et loquitur.
Tertia lucerna est exemplum honeste
conversationis. Unde Gregorius: Lucernas
ardentes in manibus tenemus cum
per bona opera proximis nostris lucis
exempla monstramus dicente domino:
Sic luceat lux vestra coram hominibus
ut videant opera vestra bona et glo-
rificent patrem vestrum qui in celis est.
Duo enim sunt que iubentur et
lumbos restringere et lucernas tenere
ut in munditia sit in corpore castitas
et lumen veritatis in operatione. Rede-
mptor etenim noster unum sine altero
nequaquam placere potest. Nec enim is qui
bona agit adhuc luxurie inqui-
namenta non deserit aut is qui
castitate preeminet necdum se per
bona opera exercet; nec castitas ergo ma-
gna est sine bono opere nec opus
bonum est aliquod sine castitate.
Sed et si utrumque agitur restat
ut quisquis ille est qui spe ad
supernam patriam tendit nequaquam
se a vitiis pro mundi huius honestate
contineat. Cum et si quedam
bona aliquis pro honestate inchoat
in eius tamen intentione non
deserit permanere ut pro bona opera premia

mundi gloriam querere sed totam spem in
redemptoris sui adventu constituat
Et hic huius tenetur in parte Simon
libro 2o capitulo 36o dicens Precinc-
tio lumborum preter id quod castitatem
sonat etiam adicit preparationem fortitu-
dinis et docet ad validas et ardu-
as actiones se lacis lucerna ut omnia
in veritate fiant et in luce non sunt
Et omnis qui male agit odit lu-
cem et ad eam non venit ne argua-
ntur opera eius Item lucerne in
manibus opera bona sunt accensa igne
veritatis et caritatis Septem lucerne
in candelabro erant Exo. 37o
ut cum septem donis spiritus sancti
opera nostra luceant Et david petiit
lucernam ipso suo petiit quippe lucer-
nam qui nichil in conspectu eius agit
intantum nichil tenebris ignoran-
cie obnubilatum Sed lucernam lucere
non ad seipsum sed ad deum referebat
dicens Quoniam tu illuminas lucernam
meam domine. Non enim connabilis
est lumine sed a deo igitur aliquis pe-
tendum est lumen sapiencie et scien-
cie Unde idem david Illumina oculos
meos ne umquam obdormiam in
morte Et sapiencie 9o Mitte
illam scilicet sapienciam de celis sanctis
tuis a sede magnitudinis tue etc.
Et vos similes hominibus exspec-
tantibus dominum suum quando revertatur
a nupciis etc. Nota tripliciter ex-
spectationem Exspectaverunt enim dominum
antiqui patres venturum in carnem
ut salvatorem Gen. 49o Salva-
torem tuum exspectabo domine Secundo
exspectant modo peccatores dominum venturum
in mentem ut iustificatorem Jeremie
14o Tibi peccavimus exspectatio
Israel Tercio exspectant omnes iusti dominum
ad iudicium ut remuneratorem et
glorificatorem ad Philippenses 3o Salva-
torem exspectamus dominum nostrum
qui reformabit etc. Sitis ergo similes
hominibus exspectantibus dominum suum
famuli enim Christi exspectant eum
sollicite contra negligentes Et
de quibus Jeremie 48o Male-

dictus homo qui opus dei facit negli-
genter longanimiter Contra pusil-
lanimes qui nolunt in parte vita
remunerari quasi diffidentes de sua
mercede De quibus dicit Mt. 6o
Amen dico vobis receperunt merce-
dem suam Tercio contra presumentes
de quibus in psalmo Non est timor
dei ante oculos eorum Quando reverta-
tur a nupciis id est a domo nupciarum
celestium ad quam iuit in die ascen-
sionis Ubi quo nota quod duplices
nupcias fecit dominus Primas quando
sibi desponsavit humanam naturam
et istas fecit in utero virginis De quibus
dicitur Matthei 22 Simile est regnum
celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo
Ad istas nupcias iuit dominus in die
sue concepcionis et redit unde ve-
nerat in die sue ascensionis
Secundas fecit quando hominis
secundum humanam naturam in corpore
glorioso et in medio angelos in die
sue ascensionis sibi sociavit De his
dicitur Apocalypsis 19 Beati qui ad cenam
nupciarum agni vocati sunt Et ab
istis redibit dominus in die iudicii
Vel etiam tunc revertitur quando
venit ad unumquemque in obitu suo
Et de hiis dicit Gregorius in omelia
A nupciis dominus abiit qui resurgens
a mortuis ascendens in celum super-
nam sibi angelorum multitudinem
novus homo copulavit Qui tunc
revertitur cum nobis per iudicium
manifestatur Et de utrisque nupciis
exponitur hec litera Nam sancti pa-
tres exspectaverunt eum cum magno
desiderio redemptorem a primis nupciis
qui tunc liberati fuerunt a limbo Ysaie
30o Beati omnes qui exspectant eum
populus enim syon habitabit in Ierusalem
Item sancti qui adhuc sunt in
mundo et in celo sine et in purga-
torio sine corporibus exspectant
dominum suum quando revertatur a nupciis
quando tunc resumptis corporibus
in nupciis glorificentur Et cum venerit
et pulsaverit confestim aperiant ei

Cum venit ad iudicium scilicet generale vel
particulare cuiuslibet. Et pulsaverit
per egritudines quas infligit mor-
tem propinquam designando / Prover. xvi°
nuncii mortis indignatio regis -
Confestim aperiant ei / Beda / Leti
eum suscipiendo quia bene vixerunt
in vita sua et inculpate coram
oculis domini. Tales enim domino pul-
santi libenter aperiunt quia ipsum
semper expectant Qui autem ipsum
offenderunt et sibi sunt conscii
malorum peccatorum aperire ei formi-
dant / Unde Glosa / non vult aperire
iudici pulsanti qui timet ipsum
videre iratum quem contempsit Et
ideo de corpore exire metuunt Aperit
autem illi qui iudicem letus et
securus sustinet de propinqua morte
gaudet / Quibus concordat Gregorius
dicens / Venit dominus cum ad iudicium
properat pulsat cum per egritudinis mo-
lestias mortem vicinam esse designat
Cui confestim aperimus si hunc
cum timore suscipimus Aperire enim
iudici pulsanti non vult qui exire
de corpore trepidat et videre eum quem
contempsisse se meminit iudicem
formidat Qui autem de sua spe
et operatione securus est pulsanti
confestim aperit quia letus iudi-
cem sustinet Et cum tempus propin-
que mortis agnoverit de gloria
retributionis hylarescit / Unde sequitur
Beati servi illi quos cum venerit
dominus invenerit vigilantes id est oculos
intellectus apertos per veram lucem -
per orationem bonarum meditationum
et operum virtutes / prima Cor. xv° -
Evigilate modo et nolite peccare
Et Cant. v° / Ego dormio et cor
meum vigilat / Unde Gregorius / Vigi-
lat qui ad aspectum veri luminis
mentis sue oculos apertos tenet
vigilat qui servat operando quod
credit / Vigilat qui a se torpores

et negligentie tenebras repellit Unde
Paulus dicit / Evigilate iusti et
nolite peccare Unde [illegible] ait hora
est iam nos de sompno surgere Amen
dico vobis quod precinget se et faciet
illos discumbere et transiens ministra-
bit illis / Tamen quasi diceret vere beati
sunt illi precinget se scilicet dominus preparabit
se ad retributionem / Psalmus / Dominus regnavit
decorem indutus est Et faciet
illos discumbere id est in eterna beatitudine
fovere vel quiescere in regno dei -
Ezechiel xxxiiii° / Ego pascam oves
meas et ego accubare eas faciam
dicit dominus Et transiens ministrabit
illis / scilicet quo ministrabit transiens
manens tamen semper stabilis dans
cuncta moveri / dicendo quod transibit in
se secundum humanam naturam de loco
ad locum quia de celo descendit
ad iudicium in aerem super vallem
Iosaphat / Postea redibit cum electis
ad celum vel transibit cum devota
humanitatis quam omnes habebunt
in iudicio ad deitatis noticiam
ampliorem electos sublimabit
Et intellige noticiam ampliorem
Iohannis x° / Per me si quis introierit
ingredietur et egredietur et pascua
inveniet Ingredietur ad contemp-
lationem humanitatis et utrobique pas-
cua inveniet / Unde Gregorius / precinget
se id est ad retributionem se preparabit fa-
ciet discumbere illos id est in eterna quiete
fovere discumbere quippe nostrum in
regno quiescere est / Unde dicit dominus
venient et recumbent cum Abra-
ham Ysaac et Iacob Transiens autem
dominus ministrat quia lucis sue illu-
stratione nos satiat Transire namque
domini est cum de iudicio ad regnum
redit [illegible] vel ecce nobis dominus
post iudicium transit quia ab humanitatis
forma in divinitatis sue contempla-
tionem nos elevat Et transire eius
est in claritatis sue speculationem

nos duce tum eum que in hac vani
tate in iudicio tunc etiam in
dignitate per iudicium iudicabunt Ad
iudicium quippe veniens in forma
servi omnibus apparebit Et vnde scriptum
est videbunt in quem transfixerunt
Et reprobi in supplicium torqueantur
Justi ad claritatem sue gloriam per
trahantur sicut scriptum est Tollatur
impius ne videat gloriam dei Sy
mon vbi supra inquit. Venit
ad precinctos se precinctum et ad
obsequendum dominus se paratum ostendit
quasi diceret paratus paratus ero si sint
precincti et abiles sint in actione
bonorum sit illis ero in retribucione
premiorum Precinxit se saluator ab hu
do pedes se aptans ad obsequia
more humilium ancilla quam accepe
rat forma servi. Et vt duorum
lauit et abstergit apostolorum pedes
et sic in iudicium amarius ser
uiunt et prosequi fratrum vult
tunc se precinctorum se asseruit vt
discumbere faciat suos electos super
eam regis mensam in refectione
diuinorum. Et ipse transiens ministrabit
illis tunc eo transitu quo sepe transi
uit existens mortalis inter nos vel
illo transitu mortis et ascensionis
quo transiuit de hoc mundo ad pa
trem quo non recedant in perpetua
sed transitu quo transit hospes sine
minister seruiens mensis et inten
dens discumbentibus quid remo
uendum aut apponendum sit pro toto
edendum aut quid velint et pe
tant singuli discumbentes Ista
ymagine dominus per minorem angelicam
exportantur precinctis lumbis in
hac vita precinctos in patria absque
gnetur vt ipse ministrat sit
vestibus tunc superiorum sedentium
et ad eternam mensam Et transiet
non passibus aut mutacione lo
corum sed singulis gradibus et

ostendet sicut meruerunt et vnius
cuiusque idem panis celestis cives vna
claritate fulgebit sicut stella per
claritatem ab illa stella differt Et
si venerit in secunda vigilia et si in tercia
vigilia venerit et ita inuenerit
beati sunt serui illi. forte dicunt se
nes dominus nobis quia nos nimium
dormiuimus et semper pigri torpen
tes in viciis Jam ergo non possit no
bis vigilare quia senes sumus Sed Sus
dat eis bonam spem quia in quacumque
etate inuenit suos vigilantes
beati sunt quia ministrabit illis
Si venerit in secunda vigilia id est in adolescen
cia. Et si in tercia vigilia venerit
id est in senectute Aquinus Satis est
alienus a fide qui agendam peni
tenciam tempus senectutis expectat
Et ita si vigilantes inuenerit inue
nerit beati sunt serui illi quos si inue
nerit vigilantes in prima secunda
tercia et quarta vigilia. Sed bea
ciores sunt illi qui semper vigilasse
inueniuntur quales sunt qui in
nocenciam suam vsque ad senectutem
custodierunt. Vnde Ecclesiastico dicitur
Ne tardes conuerti ad deum Et vt
dicit Aquinus. Dissoluta est cogitacio
differt a sua commissione cogitare et
hodierna intelligere Et Seneca
Cunctis dies vite nostre ordina
dus est proximo. Et dicit Gregorius
in omelia. Quod prima vigilia
est tempus primeuum hominis id est puer
cia Secunda adolescencia vel iuuen
tus Tercia senectus Qui in ergo in
prima vigilare non vult custodiat
saltem secundam vt qui conuerti a
prauitatibus in pueritia sua negle
xit ad vias vite saltem in tempore
iuuentutis euigilet Et qui
euigilare in secunda vigilia noluit
tercie vigilie remedia non amittat
vt qui in iuuentute ad vias

vite non evigilat saltem in senec-
tute assiduis correptionibus resipiscat
Nemo ergo peccatum domus negligat
presertim cum iudex iustus fortis et
paciens et permittit iustum ut
quem iudex peccata delinquentem diu
paciens ferre Scias tamen quos-
cumque districte iudicare / Et quos
diu ut converterentur tollerat si hos non
conversos durius dampnat / Et lo-
quitur hic scriptura de vigiliis
metaphorice ad instar custodian-
cium in nocte que in quatuor
partes dividitur / prima est contici-
nium secunda intempestum Tercia galli-
cinium Quarta antelucanum
Prima vigilia est custodia pueritie
Secunda adolescentie Tercia virilis
etatis et quarta senectutis Si quis
ergo primam et secundam vigilias
neglexit non desperet quia terciam
et quartam potest vigilare et
penitere / Hoc autem scitote quia
si sciret paterfamilias qua hora
fur veniret vigilaret utique et
non sineret perfodi domum suam
Et hoc primo sic exponitur sicut
Luce xii / ut fur dicatur dyabolus
domus mentis humana quam si
intraverit per negligenciam custodis
i. hominis spoliat domum illam ve-
stimentis iusticie auro sapiencie
argento innocencie / Domum ergo
suam ille sinit perfodi qui sugge-
stionibus dyabolicis consencien-
tes virtutibus spoliantur et in
viribus interioribus leduntur. Et
ideo debemus vigilare propter tria propter sui
custodiam / Matthei xxvi / vigilate
ut non intretis in temptacionem Item
propter adversarii infestacionem i Petri
ultimo / Sobrii estote et vigilate
Item propter divini auxilii invocacionem
prima Petri iiii / vigilate in ora-
cionibus etc. Item resistere debet
ne perforetur domus mentis
suffossoris dyaboli qui primo perforat
suggestione secundo perfodit

delectacione Tercio perfodit consensu
primo vix potest tenere secundo magis
tercio maxime. Secundo exponitur
et vocat furem mortem quia
occulte venit sicut fur prima
Thessa v / domum corporis / Job iiii qui
habitant domos luteas lamiam
os et aures fenestre oculi / pro
Greg in omel / nesciente patre-
familias fur domum perfodit quia
dum a custodia sui spiritus dormit
improvisa mors veniens carnis
nostre habitaculum irrumpit et cum
quem dominus domus invenit dor-
mientem necat quia cum ventu-
ra dampna spiritus minime providet
hunc mors ad supplicium trahit
nescientem / Fur autem resisteret
si vigilaret quia adventum iu-
dicis qui occulte animam rapit
preveniens et penitendo occurre-
ret ne impenitens periret / Est ergo sen-
sus quod si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret i. mors
que dicitur et nullo nisi propter
improvisum adventum Apoc iii
veniam tibi tamquam fur vel
propter occultum introitum prima
ad Thessa v / dies domini sicut
fur ita in nocte veniet / vel propter
depopulacionem omnium rerum / Jeremie xlix
Si fures in nocte venissent rapu-
issent quod sufficeret eis
vigilaret utique ne in peccato
moreretur quia mors peccatorum
Et sineret perfodi domum suam i-
tem violencia animam a corpore
extrahi sed sponte exire / Quare
enim peccatores in corpore quasi
in proprio domicilio delectantur
tum presenciam angelus mortis
veniens eam violenter evellit
a corpore / Anime autem iuste que
in corpore quasi in exilio detinentur
non perfodiuntur violenter sed cum
gaudio recipiuntur. Unde venerit
Luce xii et vos estote parati / Ergo
sinuntur talis racio quia ad
[illegible] qua hora putatis [illegible]

vitando sit est vigilandum erit / Et
ideo dominus concludit precedenti
similitudine dicens / Ideo et
vos estote parati sine maculis cordis
secundum illud psalmi / Paratum cor meum
deus paratum cor meum / Secundo
sine intermissione operis / Iob / Paratus sum
et non sum locutus / Tercio sine mora
execucionis operis / Iob / Ego autem in
flagella paratus sum / Et quia qua
hora non putatis filius hominis ve-
niet : scilicet ad iudicium particulare in
morte cuiuslibet vel ad iudicium gene-
rale in fine mundi / Et dicit Gregorius
in omelia / Horam ultimam ideo dominus
noster nobis voluit esse incognitam
ut semper possit esse suspecta et
dum illam providere non possimus
ad illam sine intermissione preparemur
Et quia vita nostra nichil
aliud est nisi via ad mortem
qualis delectacio anima ad mortem
nescio. Veron eum ductus ad suppe-
dium delectacionem in auro vel argen-
to vel pulcheris mulieribus / Ad
vigilandum ergo exemplo sanctissimo
suo Christum prenotatus moribus
eta foret talis moriar elegit in

Sermo 2us Primo de concepcione marie

Ipsa est mulier quam preparavit
filio domini mei / Genesis xx
iiij° prope medium / Tria sunt
decenda / Primo desiderio et
expectacione beate virginis quod divinitus
sit desiderata et filio dei complacita
expectata / Secundo occasione secundum
precedentis et eius mirabilis concep-
tionis / Tercio de causis festi celebracione
Pro primo sciendum quod patres eam
desideraverunt ut ipsa esset sibi aliquo
modo similis incarnacione sui filii
ita ut ipsa eundem filium generaret
corpore materie quem ipse de sua essen-
cia eternaliter produxit in celis
Corpus sanctorum eam desiderant qui de
super veniens ipsam sentiendum et
corporis Christi de preciosissimis sanguini-
bus eius formavit / Filius eam
elegit ut corporaliter ei assimu-
laret et mea requiesceret tamquam
in tabernaculo suo perfecto Et sit
tota trinitas eam preparavit / Secundo
desideraverunt eam angelica dignitas
ab eo tempore quo cognoverunt ipsum futuro
dominam salvatorem / Tercio humana
fragilitas et maxime primi parentes
unde Bernardus in sermone super missus
est / Letare pater Adam et tu Eva
magis exulta quia sicut omnium fuistis
parentes ita omnium fuistis prius perempto-
res / Consolamini tamen ambo in
filia / Sed tu magis Eva cuius origo
est malum quia obprobrium parte
in omnes mulieres transfusum / Preficiam
tamen quod sublatum cadam congaudere
quia sicut per feminam corruisti sic
per feminam es elevatus / Prius dixisti
deo mulier quam dedisti michi sociam
dedit michi et comedi / Sed nunc
muta vocem muta verbum famose
excusacionibus in verbum gratiarum acci-
onis quia nichil quam dedit deus
nunc tibi sociam / Maria dedit tibi
Religio vite / Et factum est super
mel dulce ori tuo Et nunc reddit
tibi nichil pro dolis psalma humilis
responsa tasta plurimosa / Et de hiis
omnibus desideriis loquitur / Bernardus
super missus est dicens / Ex plenitudine
eius acceperunt, primi peccator veniam
iustus amplioram gratiam Angelus
de ruina sue reparacione leticiam / Tota
trinitas gloriam quia ipsa est inter
quam preparavit domino patri et spiritui
sancto primus deus et dominus filio
suo Ihesu Christo Et ut pateat preparato
beate virginis / Sciendum quod ipsa
fuit nutrita pre aliis sanctis
excellentius designata Et tamen
multo specialibus et mirabilibus
nativitatis annunciata / Dicit enim Albertus
in tractatu de laude virginis / Si enim
aliis sanctis et electis dei preter
omnes gracias sanctorum non defecerit
aliquae gratie speciales circa ortum
suum et introitum ipsius in mundum
et progressum in mundum et exitum

fortius credendum est beatam virginem Mariam
gratias excellencius accepisse. Unde
super dicit Damascenus. Nulli a
nullo sancto in aliqua gratia superata
Maria. Et aliqui sancti specialiter
fuerunt honorati a deo et prefigura-
ti in personis figuris vel in creaturis
ut Johannes baptista in Helya. Luce
primo. Ipse precedet ante illum in
spiritu et virtute Helye. Aliqui fuerunt
prophetati et promissi ut Ysaac. Gen.
xviii°. Dixit [?] Abrahe et habebit
Sara uxor tua filium. Sampson.
Judicum xiii. Concipies et paries
filium cuius caput non tanget
novacula. Erit enim nazareus ab in-
fancia sua. Item Johannes baptista. Luce
primo. Ne timeas Zacharia exaudita
est oratio tua. Aliqui fuerunt miraculo-
se concepti ut Ysaac. De quo dixit
pater eius Gen. xviii°. Putas ne cente-
no nascetur filius et Sara nona-
genaria pariet. Similiter Johannes
baptista. Unde Zacharias dixit ad
angelum Gabrielem nunciantem
nativitatem Johannis unde hoc sciam.
Ego enim sum senex et uxor mea
processit in diebus suis. Aliqui fuerunt
in utero sanctificati ut Jeremias et
Johannes. Jeremie primo. Priusquam te for-
marem in utero etc. Luce primo. De pri-
mis duabus quo ad beatam virginem
sic in principali est dicendum. De aliis
in sequentibus. Quo ad primo sciendum
quod Maria fuit in creaturis excel-
lencius designata quod ut dicunt doc-
tores in opere et corpore [?] et perpetuaci-
onibus [?] quibus perfectus et ornatus
est mundus ubi quantum de esse nature
concordent opera creationis quibus
completa est et ornata tota res
publica et continencia ubi curie
militantis et triumphantis secundum
esse gratie et glorie. Ysaie. Ecce
ego creo celos novos et terram no-
vam et priora non erunt in memo-
ria gaudebitis et exultabitis usque

in sempiternum in hiis que ego creo Je-
rusalem in exultationem et populum eius
in gaudium. Ipsa enim virgo beata est
celum novum altissima dignitate
et purissima castitate. Item est
terra nova profundissima humilitate
et castissima fecunditate simul
virgo et mater. Cuius Psalmo.
Benedixisti domine terram tuam. Et
item. Dominus dabit benignitatem et terra
nostra dabit fructum suum. Item ipsa
est illud firmamentum medium [?] i. summus
mundi i. super dignitates aliorum sanctorum
in quo deus posuit duo magna
luminaria solem iustitie Christum filium
suum et lunam i. ipsam virginem
lune plenam propter distinctionem diei
et noctis et propter noctis illumina-
cionem et propter diurni laboris requiem
et propter solacium humane temptationis.
Item ipsa est mare magnum et spa-
ciosum. Eccl. primo. Omnia flumina intrant
mare id est omnia fluenta gratie
in Mariam. Deus enim congregationes
aquarum appellavit maria. Genesis primo.
Et matrem suam eodem nomine vo-
luit appellari cuius plenitudinem
gratie per angelum voluit nunciare.
Unde ipsa dicit Ecclesiastici. In me omnis
gratia vie et veritatis. In me omnis
spes vite et virtutis. Item ipsa est
paradisus voluptatis sita in oriente
quam deus ab initio sue predestina-
cionis plantavit ad florendum
et fructificandum suavitatem odoris
cuius flores sunt virtutes et hone-
statis. In qua paradiso deus posuit
hominem Christum quem in ipsa for-
mavit spiritu sancto operante. Eccli.
xxiiii°. Ego quasi fluvius dorix
et sicut aque ductus exivi a paradi-
so. Dixi rigabo ortum meum
plantationum et inebriabo partus
mei fructum. Item rubus ar-
dens divina caritate et materna fe-
cunditate et non consumptus salva
virginitate. Item mons de quo pre-
cisus est lapis sine manibus

i. de qua xpus conceptus est sine hu-
manis seminibus / Danielis ii^o. Item
porta clausa / Ezechiel xliiii^o. Item
vellus gedeonis / Judicum vi^o. Item
mulier amicta sole luna eius sub
pedibus et coronam duodecim stellarum
in capite eius / Apocalipsis xii^o. Item yris
posita in nubibus celi in signum
reconciliationis / Genesis ix^o. Item ipsa est sara
que virgo reputata filius et tamen
fecunda. Item rebecca ut supra. Item
rachel decora facie / Genesis xxix.
Item ipsa est illa hester copulata
asuero i. regi beatissimo Asuerus cum
b... nuptiaz. Item ipsa est Judith
que sine castitatis periculo populum dei
liberavit ab hoste holoferne i. diabo-
lo cuius caput ipsa contrivit / Genesis
iii^o. Secundo autem beata virgo annuncia-
ta fuit mundo nascitura probatur racio-
ne et auctoritate. Primo ratione sumpta
a maiori. Secundo si ipsa a nullo illustra-
ta magna gratia superatur ut supra
dictum est. Et aliqui illustres annunci-
ati sunt / de quibus etiam supra
agitur et ipsa. Item si lucifer fuit pre-
nunciatus qui precessit solem
iustitie xpum ergo et aurora. Sed
lucifer fuit prenunciatus Johannes
scilicet baptista qui erat lucerna lucens
et ardens ante dominum / ergo fortius
beata virgo que dicitur aurora et
que est luci solis proximior et
similior quam lucifer. Item prenun-
ciatio aurore est congrua et necessa-
ria quia ortus eius est noctis finis
quam desiderant infirmantes / Job x
xxx / Nocte os meum perforatur
doloribus et lucis inchoacio quam
desiderant laborantes. Item ad
ortum aurore tria beneficia sin-
gularia mundo conferuntur. Primum
est terre irrigatio irroratio. Secundum aeris
purificatio. Tercium nocturnorum fugatio
et omnium viventium letificatio ut patet
in fuga luporum et nocturnarum
et in cantu avium. Ista autem
tria beneficia habundanter contulit

est mundus morte istius virginis
primo quia tunc ea descendit ad nos
ros gratie et divine misericordie / Unde Numeri
xi^o dicitur / Et cum descendisset
manna simul descendit et ros.
Secundo ad descensum roris gratie
et apparicionem huius aurore purgate
sunt nebule peccatorum et viciorum
tenebre fugate / Ysaie lviii^o. Orietur
in tenebris lux tua et tenebre
tue erunt sicut meridies. Huius
enim virginis gloriose vita cunctas
illustrat ecclesias. Tercio per ortum
ortu diabolus tamquam ferus bestia venato-
ris cum suis insidiis est fugatus
psalmus. Ortus est sol et congre-
gati sunt etc. Item per ortum ortu
totus mundus est letificatus. Unde
canit ecclesia. Nativitas tua dei ge-
nitrix virgo gaudium annunciavit etc.
Item pater autem damascenus beatam
virginem annunciatam qui dicit
Annam matrem Marie per preces et
repromissionem a deo dei genitricem
concepisse. Nunc de secundo princi-
pali scilicet de huius sancte virginis conceptione
et sanctificatione est dicendum. Et primo no-
tandum quod duplex vocatur conceptus
scilicet tunc quando propagatur et formam
humanam recipit corporis et tunc quando anima
infunditur quod etiam aliquid dicitur
nativitas / Matthei i^o. Quod in ea natum
est de spiritu sancto est. Et ita dicit
magister li^o iii^o dis. xxxi^o. Si ergo
plures sancti erant concepti mira-
culose ut ysaac. Samuel. et Johannes.
fortius virgo sancta mater xpi. Ergo
in suo conceptu virgo beata fuit sanc-
tificata / dicunt communiter doctores quod
in primo conceptu non quia ipsa non-
dum erat. Sed sola caro tunc inci-
pit propagari et quomodo illa secundum
communem legem et cursum seminalem
tunc propagatur per coitum libidinosum
qui carnem viciat et ideo vocatur
vicium carnis sive carnis concupiscentia

ex qua corrumpcione carnis quam infun-
ditur tunc omnis in hominibus ma-
cula peccati originalis contrahit. Et
ideo dicitur peccatum manere in carne
non quod ipsa caro culpam habeat sed
quia habet causam culpe. Ergo beata virgo
non fuit sanctificata in conceptu suo.
Sed utrum caro virginis sanctificari
potuit ante animacionem. Dicunt
doctores communiter quod non. Quia licet deus
potuit carnem virginis purificare
antequam anime, non tamen potuit
eam ante animacionem sanctificare quia
sanctificacio habet quoddam donum
gratuitum super additum quod non
habet esse in sola carne sed in anima.
Et istud tenet Allexander de Hall
sanctus Thomas et Bonaventura
et magister Henricus de Ganda in quo-
dam sermone de concepcione. Qui in ista
parte consentit virga de ysai destru-
unt de sanctificacione dicens. Secundo
sanctificare uno modo accipitur pro
sanctificare uno modo accipitur pro
mundare. Capit idem est quod scitum facere
dedicare consecrare vel aliquam rem
domus sequestrare. Et isto modo res
nominata sanctificari per Ecclesiasticus illud
Exodus xxxix, facies et unccionis oleum
sanctum et unges tabernaculum testi-
monii et archam. Et infra sanc-
tificabuntur omnia. Et isto modo caro
virginis potuit sanctificari ante
eius animacionem quia potuit preser-
vari vel a corrupcione conservari
et deo consecrari et sequestrari
Non tamen quam tabernaculum et archa
et vasa templi. Secundo sanctifica-
cio accipitur magis proprie scilicet pro
perceptione sanctificacionis datur gracia gratum
faciens et spiritus adopcionis filiorum
in quo clamamus abba pater. Ad Romanos
viii. Et sic caro virginis sanctifi-
cari non potuit ante animacionem.
Et isto modo loquendo de sanctificacione
querunt doctores utrum beata virgo
sanctificata fuit in secundo conceptu

scilicet in anime infusione ita ut per
talem sanctificacionem ab originali cul-
pa preservaretur. Vel an sanctificata
fuit in aliquo instanti vel tempore post
instans animacionis eius seu infu-
sionis anime ita ut per sanctificacionem
super venientem a culpa originali iam
contracta et existente emundaretur.
Et circa hoc doctores sunt divisi.
Aliqui dicunt eam preservatam ab ori-
ginali culpa, quorum prima racio
est fundata super Christi honore. Dicit
Anselmus, decebat ut illius concep-
tus fieret de matre purissima ea
puritate qua maior sub deo nequit
intelligi. Sed maior est puritas
ubi nec actualis nec originalis
invenitur nec inventa est quam ubi
aliqua eorum est vel fuit aliquando.
Secunda racio sumitur ex origine
prerogativa tamen sanctificacio debuit
precellere aliorum sanctorum sanctifi-
cacionem dignitate et tempore. Sed alii
sancti quidem ut Jeremias et Johannes
fuerunt sanctificati in utero matris
et a peccato originali mundati.
Ergo beata virgo excellencius sancti-
ficari debuit et prius in instanti
infusionis anime ab originali
mundari. Tercia racio sumitur per ens
respectivum ad ordinis decorem.
Et enim sicut una persona immu-
nis ab originali tam in carne
quam in anima ut patet de Christo
et alia persona utroque modo habens
originali ut patet communiter secundum
descensionibus sexum quem legem
legis propagacionis ita debuit esse
persona essencialiter media que quodam
modo non habet originale peccatum
in carne sive in causa et quodam
modo non habet scilicet in anima sive
in effectu quia videmus daretur
optima ibi possibile medium. Et
istud fuit virgo beata que fuit
mediatrix inter nos et Christum
sicut Christus inter nos et deum

Alii intelligentes priuationem legis communis et non priuationem exemptionis priuilegialis dicunt quod sanctificatio virginis subsecuta fuit originalis peccati contractum. Et hoc probant auctoritatibus et rationibus. dicit enim Apostolus ad Ro. v°. Quod per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Item ad Ro. iij°. Omnes peccauerunt et egent gratia dei. Ubi dicit Glosa. Quod solus Christus sine peccato venit in mundum. Item dicit Augustinus super illud Johannis j°. Ecce agnus dei. Quod solus peccata mundi potuit auferre qui solus sine peccato venit. Item Ambrosius in exameron. Solus Christus sine peccato. Solus sine vanitate. Item Leo in sermone de natiuitate Christi. Solus ihesus innocens est natus inter filios hominum. Solus sine carnalis concupiscentie pollutione. Et alias plures auctoritates et addunt ad hanc partem. Item probant idem ratione prima sic quia si caruit originali peccato tunc mori non debuit. Secunda nullus pertinet ad redemptionem Christi nisi qui habet vel habuit peccatum. Sed ipsa nullum habuit quia nec originale nec actualem. Et per consequens non fuit redempta per Christum et ita Christus non esset redemptor omnium quod videtur falsum. Tertia ratio colligitur quod si Maria fuisset mortua ante Christum statim euolasset ad celum ergo ianua celi non fuisset omnibus per Christum aperta. Et hanc viam tenet Thomas et Alexander de Hales Bonaventura. Et Gregorius de Arimino dicentes quod aliqui de parte opposita qui conantur honorare matrem dehonorant filium quod non est dicendum. Et hii dicunt neminem unquam concessum esse hoc priuilegium exemptionis et immunitatis a peccato originali et ab hac lege communi nisi soli homini Christo. Et dicunt Thomas et Bonaventura

in scriptis eorum super iij° sententiarum. iij d. Quod beata virgo non fuit sanctificata statim in anime infusione sed aliquando fuit sanctificata bis. Primo dum adhuc esset in utero matris ante natiuitatem eius. Secundo spiritu sancto superueniente et operante ex puris eius sanguinibus filii dei conceptionem et incarnationem quia tunc spiritus sanctus non solum descendit in eius mentem sed etiam in carnem. Et dicit Thomas. Quod sanctificatio prima beate virginis et secunda fuit sicut perfectum et imperfectum. utraque enim et mundauit et confirmauit. sed differunt quia per primam virgo mundata fuit a macula originalis peccati sed non a fomite quia fomes per primam sanctificationem non fuit totaliter extinctus sed consopitus vel sic ligatus ut non posset in actum suum sicut sensus in ebriis et dormientibus est ligatus. Et probant sanctificationem in utero sic fuit consumata. quod data fuit ei tunc gratia efficaciter inclinans eam ad bonum non tamen sufficiens ad tollendum flexibilitatem liberi arbitrii ad malum. Diuina tamen prudentia eam tunc ab omni peccato custodiebat. Sed per secundam sanctificationem fomes non solum fuit ligatus sed totaliter extinctus. Et fuit sibi tunc tantum data gratia eam sufficienter ad bonum inclinans. Et talis que ita liberum arbitrium eius impleuit quod amodo in malum flecti non posset. ut dicit Bern. Ergo puto quod sanctificationis benedictio copiosior in ipsam per sancti spiritus superuentionem descendit que non tantum ipsius ortum et vitam sanctificauit. Sed ab omni peccato deinceps immunem custodiuit quod nemini alteri in natis mulierum creditur esse donatum. Alii doctores etiam sollempnes dicunt quod virgo beata statim in anime infusione fuit sanctificata et a culpa originali

preservata. Et ita dicunt eam exemp
tam a communi lege. Et ideo dicit magister
Henricus de Oyta ubi supra. Et cum
audet dicere hanc portam visam ab
Ezechiele et clausam virginem fuisse
apertam diabolo per quam rex regum
et dominus dominantium voluit introire.
Et cum audet dicere hanc portam
pollutam fuisse labe cuius iniqua
illa ille inimicus conspectu ut astra
sunt munda voluit presepia novem
mensibus habitare. Dicat quicunque ve-
lit ego hoc dicere non audeo nec se-
cure veram sibene attendantur scriptura
de ipsa in utroque testamento sonant
in privilegium exemptionis virginis a
predicta lege communi. Et quamvis hec
non appareat hiis qui sacram pa-
ginam superficialiter aspiciunt et qui
ad oppositum potentem nimis sunt
affecti videntur tamen ab hiis qui
penetrare pagine ingrediuntur et penet-
rant et cum huius virginis adiutorio
eiusdem pagine misteria debite per-
scrutantur. Et hanc partem predictus
magister auctoritatibus et rationibus
in dicto sermone tenet et intitu-
lat probare. Ad omnes auctoritates scripture et
doctorum respondet quod loquuntur de
communi que omnes obligat qui de
Adam per seminalem rationem contra
hebitur maris et femine sine speciali
privilegio exemptionis sunt propagati.
Sed si alique auctoritates dicunt
expresse beatam virginem contraxisse
originale, illud sit intelligendum scilicet
quod beata virgo habuit infectionem originalis
peccati non quantum ad effectum in anima
per culpam sed quantum ad causam so-
lum scilicet quantum ad infectionem et
fedam feditatem materie et quantum fomitem festivitatis
ad fomitem in anima sine impu-
tatione ad culpam. Tandem videtur
ad rationes factas pro parte contraria.
Ad primam dicit quod cum non sequitur
beata virgo caruit originali peccato
ergo etiam caruit morte quia licet

gratia sanctificationis mea prevenit
anime infectionem quo ad culpam non
tamen quo ad pervenit carnis infec-
tione quo ad feditatem et anime
infectionem quo ad fomitem. Et ideo
ratione istius feditatis materie
et fomitis in anima iuste remanse-
runt insigne penalitates communi-
ter pro nimium sicut manet in parvulis
baptisatis. Gratia enim sanctificationis
non obviat obviat pene sed culpe.
Et hinc est quod beata virgo iuste pe-
nalibus fuit obnoxia sine eius
culpa. Et post patet ad tertiam rationem
de labsione anime que fuit pena
non culpa. Ad secundam qua dicitur
quod nullus pertinet ad redemptionem
Christi nisi qui habet vel habuit culpam
respondet hoc negando quia dupliciter
hic prophetabatur est sicut agnus
ut cum ipso voluit habitare lupi
rapaces Nonne lupus rapax
Paulus cum agno isto habitavit
in celo cum archana divina conspexit
Nonne habitavit cum agno dei gogo
sibi mundus crucifixus est et ipse cum
mundo Nonne cum ipso habitaverunt
multi lupi rapaces divinos rapien
tes honores cum rapacitate deposi
ta sicut sunt agni cum agno habita
verunt cum ipso Econtra sunt que
sua sunt querunt lupi rapaces
sunt sed cum resipiscunt ad bona
conversi facti agni novelli et conver-
sant in itineribus cum agno dei
demum habitantes cum eo in maioribus
partibus celi Hunc eundem Ysaias
expectabat venturum dicens Emit
te agnum domine dominatorem ter
re de petra deserti ad montem filie Syon
Agni enim mansuetudine dyaboli
superbia compulsanda erat ne vide
retur potencia solum humane nature
Christus vicisse victoriam in dyabolo
quasi ad accusacionem suam assum
eret callidus hostis quod non equo
certamine esset devictus super sed
superioris violencia suscepisse
conflictum causa quia ut agnus
emissus sed filius dei mire caritas
qui enim vicit passus et pecca
tulit occisus Ecce agnus dei
similitudinarie non proprietate qui
quasi agnus coram tondente
obmutuit ut cum sibi auferetur
vita a nobis auferret nostra peccata
De quo agno Johannes ewangelista in
apokalipsi inquit Vidi in medio
throni et quatuor animalium et
in medio seniorum agnum stantem
tamquam occisum habentem cornua
septem et oculos septem In medio stabit
agnus tamquam occisus quia quam
vis Christus resurrexit a mortuis
tamen tamquam occisus stat in
medio electorum pro quo multi mor
tes Christi usque ad finem seculi in vita
nostra perferunt Thronus refertur
ad eos qui ab origine mundi
usque ad finem fidem Christi tenue
runt et operibus compleverunt
Animalia referuntur ad ewangelistas
viros Seniores ad eos qui origi
nali dumtaxat iusticia sive in
lege moysaica sive circumcisione
decesserant quia omnium istorum agnus
occisus peccata nisi purgatorium
accepit Quemquam Johannes bapta

intendens ipsum digito indicavit
hic agnus dicitur. Habet cornua
septem i. universalem potestatem ad
reprimendas omnes adversas potestates
et oculos septem quia omnium sapientiam
et cognoscendorum habet notitiam
Sic ut eius scientiam nichil possit
effugere. Unde bene dicitur Ecce ag-
nus dei qui demonstratus admirabile
etiam nimium refertur. Propria vocem
omnes peccatores vocantur adveniat
Et adsunt agnum qui ab omnibus
et homines condonare peccatis Sequitur
in ista Johannes autem prohibe-
bat eum dicens Ego a te debeo
baptizari et tu venies ad me
quasi diceret secundum Crisostomum Et nunc ego
descendo ascende tu inde descendisti
ergo idonea ratio est ut tu me
baptizes ut iustus efficiar et
dignus introire regnum dei Sed
ut ego te baptizem non est ratio
ut tu iustificeris quia in omnibus
iustus es tu es enim sponsus ego
terra in quid terra sponsum sanctificare
potest non sed magis sponsus eternum
tremendus est creandi virtus ipsius
est et sanctificandi potestas Et nunc
dives petit divicias a paupere
nullus magis aut admirate
pauper. Ille antiquus lucifer
angelus celi propter solam cogitationem
superbie cecidit de gloria lucente
ad tenebras Et ergo ego homo
carnalis et corruptibilis dignum
me estimans totius creature
dominum baptizare quid merear pati
Sed dices videtur quod Johannes pecca-
vit prohibendo dominum et non con-
formando voluntatem suam divine
Dicitur quod Johannes nesciebat an
opus hoc domino vellet vel utrum
propter hoc ipsum temptaret Unde humi-
litate primo ipsum prohibuit et
cognita ipsius voluntate opus
statim perfecit. Sed quid si non
quare Johannes dicit se a Cristo

debere baptizari cum quo sanctificatus fuit
proprio sanctitatis tunc sanctificatus
in utero matris originale peccatum
abstersit. Dicendum quod Johannes in Cristi
sanguine intendebat precursorem se
descensurum ad inferos et ibi mansurum
nisi enim ad superos passio Cristi revo-
caret quia quamvis fuisset mun-
datus ab originali in ventre matris
tamen non potuit ascendere in celum
nisi Cristi passio precessisset. Unde Cristi
sanguinis indiguit passione etiam
parvulus sanctificatos et baptizatos
dominus baptizavit ad introitum effi-
caciter regni dei. Dicendus autem
Ihesus dixit ei sine modo i. permitte
me baptizari a te Sic enim decet nos
adimplere omnem iusticiam i. prebe
ipsum omnis iusticie quia nullus
potest esse perfectus et iustus nitore
nisi in fide sanctitatis et nisi ex
aqua et spiritu sancto renascatur
quia si aliquis paganus vel
saracenus non fecit furtum vel
adulterium vel homicidium non prohibe-
tur testimonium honorabilium parentum
et matrem Sed tamen non renatus
ex aqua et spiritu sancto non est
nitore iustus secundum Haymonem
Crisostomus secundum Crisostomum Sic decet
nos adimplere omnem iusticiam
ut iusticia baptismatis non verbis
tantum sed etiam factis adimpleam
et ipsum ope amens fidelibus
omnibus baptizandis doceam fore
adimplendum Sic enim implebi-
mus iusticiam ut sicut ego qui
deus et homo sum subdo me hu-
militate et opere hominem hu-
miliando et ad regna celestia de-
ducendum Sic homo carnalis
opere deum subdat se deo et quasi
peccati et quasi innocenti. Tamen iusset
eum i. permisit eum a se baptizari
cum tali ordine cognovisset

omnem iusticiam debet adimplere
Baptisatus autem ihesus confestim
ascendit de aqua Math. 3. Unde ait
crisostomus dicit confestim ascendisse
de aqua morale est ut omnes bap
tisati in xpo efficiantur mirabiles
Nam cum ingrediuntur in aquam
carnales et filii Ade et peccatores
confestim de aqua ascendunt spiritua
les filii dei facti et hoc est contra
iudeos mala intencione baptisa
tos qui tales sunt post baptismum
quales ante fuerunt Et contra
illos paganos qui in prima baptisa
tione aqua contricionis et non
sunt sine proposito cavendi pec
cata unde dicit Symmo libro 1o cao
xviiio Baptisatus ihesus ascendit
de aqua Jordanis ad altiora se tol
lens ut virtus sequatur adven
tum et bonus iudicia vectant
Nam ascendens de aqua bapti
satus statim intravit desertum
ieiunavit xl diebus et noc
tibus et a dyabolo temptatum ipsum
superavit festinans predocuisse in
vincibilia et passiones ad generis
humani redempcionem proprio liberando
de celo descendit Et ecce aperti sunt
ei celi id est tantus fulgor circumful
sit xpm in baptismo ut videre
tur celum empireum reseratum et
iste tamdiu duravit quamdiu vox
paterna audita est et cum ea termina
tus est secundum Bedam Et collat aper
ta significans quod omnibus vere
baptisatis et spiritu sancto illuminatis
celi aperiuntur ut videant ea que
in celo sunt non oculis carnis
sed fidei credendo qui enim non credit
gloriam claritatis dei a deo promissam
illi celi clausi sunt qui autem
credit et credendo ad gloriam
sanctorum per opera iusta tendit

illi aperti sunt celi secundum Crisostomum Bon
aventura dicit Unde ei aperti sunt
id est apparuit cum nobis aperti sunt quia
filio dei in aqua clausi sunt celi
qui in terra constitutus etiam
erat in celo Unde si ipsa crea
tura scilicet celorum corrupta fuisset
non dixisset aperti sunt ei celi
quia quod corporaliter omnibus et
non uni tantum est apertum ut
dicit Crisostomus super Matheum Et vidit
scilicet Johannes baptista spiritum dei de
scendentem sicut columbam
et venientem super se Et intel
lige quod spiritus sanctus descendit
non propter eum quia a primo instan
ti sue concepcionis plenus fuit
spiritu sancto etiam ut homo quia
apparuit cum donis consortibus
Et descendit in signo visibili
columbe Luce iiio descendit
spiritus sanctus corporali specie sicut
columba in ipsum Et dicit glossa
super se id est sedentem super caput
xpi ne vox patris putaretur
facta Johanni vel alteri secundum Jeronimum
Et est multiplex racio quare spiritus
sanctus in specie columbe apparuit
Prima secundum Haymonem quia
columba est avis simplex et
felle caret ut per eam denuncietur
simplicitas et innocentia xpi et
omnium fidelium eius que de vitali specie
apparuit Mat xio Discite a me quia
mitis sum et humilis corde Et
alibi dicit dominus discipulis suis
Mat xo Estote prudentes sicut
serpentes et simplices sicut
columbe Secundo secundum Crisostomum
in moralibus post inundantem hystorie
diluvii quia columba ferens
ramum olive tranquillitatem
annunciavit et diluvium cessatorum
Et nunc columba apparuit li
beratorem mundi demonstrans a diluvio

Tas ser Bedam in omelia p
suggestionem maligni spus
celum nobis fuit clausum sed
p baptismum et spm sanctum est
reseratum / Et hec columba dicit
Augustinus / Sicut non oportebat
ut homines fallet spus scus
Et omnipotenti deo qui omnia
creavit ex nichilo non erat
difficile verum corpus sine viro
marie sine vi semine fabricare
Sic hec et verum columbam vivum
animal fuisse quam tamen in uni
tate psone spus sanctus assump
ta non fuit sed per modum esse
desyt / sicut flamma que apparuit
in rubo Et ecce vox de celo dicens
hic est filius meus dilectus in quo
michi bene complacuit / Et
dicit ecce demonstrative ad homines
vox de celis i patris celestis non
ut ipsi quod nesciat sed ut
auditoribus pferat dicens hic
singulariter p primam nature et
p unionem gre hic non insignit
sicut dictum est de Salomone
Ego ero illi in patrem et ipse
erit michi in filium sed in vitate
est filius meus consubstancia
lis quia de mea substancia geni
tus / dilectus eciam non in spe
adoptatus quamvis conceptus
et natus de virgine tamen non sic
ceteri qui nascuntur filii ire
sed sine omni displicencia culpe
in quo michi complacuit et
p quem voluntatis mee placi
tum de redimendo humano gene
re impleri constitui / placatum enim
omnipotenti deo est salus mea
quam deus pater dedit humano
generi p incarnationem et passionem
xpi Et p quem omnia que facere
volui fieri possibilis io Omnia p
ipsum facta sunt Et sicut pictor
sibi complacet in sua pictura
quam bene depinxit / sic pater

in filio tamquam in sua ymagine
Et sicut deo displicent tales sicut
ipse deus displicenciam habuit in
hominibus peccantibus tunc dicit
penitet me fecisse hominem Sic
econtra sibi in unigenito compla
cuit quia omnino nullam macu
lam peccati cogitationis locucionis
aut operis in ipso invenit secundum
haymonem Sed quare intussignifica
cione apponitur ipsum audite et
non in baptismo Tenent aliqui
quod in baptismo deus reputavit sta
tum nre infirmitatis quia natu
ra corrupta baptisari indiget
Sed in transfiguratione ostendit statum
nostre dignitatis quia ibi fecit
quod purus homo facere non po
tuit Ideo ibi dicitur ipsum audite
quasi dicat vide et considerare
potestis quod plus est quam ho
Ideo ei credi debet Item dicit
Augustinus in libro de simbolo Quod
apius articulus fidei est resurrectio
mortuorum quam transfiguratio
reputat Et quia auditus est
necessarius est fidei Ad Romanos
xo Fides ex auditu Ideo in transfi
guratione auditur ipsum audite
Misterie pterea supradicta denotantur
alia tria Primo quod omnibus
p baptismum susceptum celum
aperitur Remigius Ideo dicit
Quod aperti sunt ei celi quia omnibus
renatis aperitur ianua regni ce
lestis Secundo est quod p baptismum
gra spus sancti infunditur ut
dicit idem Remigius Tercio est
quod p baptismum omnes baptisati
in filios dei adoptantur secundum
Hilarium etc Sequitur sermo

Dixit symon petrus ad ihesum
Ecce nos relinquimus omnia
et secuti sumus te etc xix

Audivit petrus apostolus cum cum
aliis apostolis quod cristus adolescenti
querenti de vita eterna quid (respondit)
Si vis ad vitam ingredi serva man-
data Cum autem adolescens dixit
se illa custodivisse dixit ei ihesus
Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus
Hoc audiens adolescens abiit tristis
quia dives erat et multas pos-
sessiones habuit Cuius recedente
dixit ihesus discipulis suis Amen
dico vobis quia dives difficile
intrabit in regnum celorum Et
facilius est camelum per foramen
acus transire etc. Hoc audientes
discipuli mirabantur dicentes
Quis ergo poterit salvus esse
Respondit eis ihesus apud homines
hoc est impossibile apud deum autem
omnia possibilia sunt Et quia
discipuli cristi cottidie plenitudine
dilectionis omnia reliquerant quam-
vis minima ut etiam si multas
habuissent possessiones omnia relin-
quissent Unde petrus confidens
de affectu suo quia plus de quantita-
te rerum relictarum in persona
sua et aliorum apostolorum verba
inter posita consequenter in eodem
capitulo ewangelii scripta dixit
et ita continuat origenes Ecce nos
reliquimus omnia que habebamus
et que appetere et habere poteramus
Et nota quod dicit Ecce primo
commendatur illa beata paupertas
que fuit in primitiva ecclesia
quo ad promptitudinem quia promp-
ta erat quia ad unius iussionis
vocem petrus et andreas Iaco-
bus et Iohannes relictis retibus
et navi cum patre secuti sunt
dominum Crisostomus Secundo commendatur
quia communis cum dicit nos q.

discipuli cristi nichil dixerunt esse
suum propriis que possidebant Sed
erant eis omnia communia Actuum
iiii° Versus finem Tercio commen-
datur quia spontanea cum dicit
reliquimus Erant enim pauperes
spiritu id est voluntate Crisostomus vel Beati
pauperes spiritu quia ipsorum est regnum
celorum Quarto quia integ-
ra et hoc tangitur cum dicitur
omnia Omnia enim reliquerunt
sua suos et se in propriam volun-
tatem suam Unde [illegible]
loquens de petro sic inquit Cuncta
lia omnia obtentu petre reliquisti
artem dive rethe naviculam
omnia que habet dicens ne propter
innumfitentiam sed ut interrogatus
habeat inopem iudicat plus habere
Tercia enim dominus dixerat Si vis
perfectus esse vade et vende omnia
que habes ne diceret aliquis
inopum Quando igitur si habemus
non possumus esse perfectus interrogat
petrus ut tu inopes dictas qui
in nullo habet dimittens etc.
Cui enim claves regni celorum
acceperat propriis que ibi sunt
iam confidit et pro orbe terrarum
universo interrogetur Gregorius in
omelia Multum reliquit qui
sibi nichil retinuit Multum reli-
quit qui cum re possessa etiam
concupiscentiis renunciavit Magnum
ergo est omnia propter deum relinquere
etiam si parva vel pauca relinqui
videantur Item talis contemptus
videtur implicare subiectionem
ut inter omnia dimissa proprius
intelligatur affectus Unde Bernardus
de contemptu mundi Tu qui
omnia relinquere disposuisti te
quoque inter relinquenda numerare
memento Immo principaliter ab-
nega temetipsum si vis illum

sequi qui comitavit seipsum Luce
xiv. Qui vult venire post me
abneget semetipsum. Hec sicut
paulus dicens Ego non solum
alligari sed et mori in Iherusalem pa-
ratus sum propter nomen domini nostri
Ihesu Christi Actuum xxi°. Quanto
commendatur paupertas qui glo
riosa et perfecta quod ibi notatur
Et secuti sumus te / Magna cum
gloria sequi dominum Extra xxviii
vel Iesum / Non sufficit omnia
contempnere sicut Socrates philo-
sophus et multi alii qui divicias
contempserunt Sed addit quod
perfectum est / Et secuti sumus te
ut vult Ieronimus ad paulinum et
habetur xii q ii Gloria episcopi
Socrates ille thebanus homo
quondam ditissimus cum ad philo
sophandum athenas pergeret
magnum auri pondus abiecit
nec putavit se posse virtutes
simul et divicias possidere sed non
fuit secutus dominum sicut apostoli
Christi / Et nota quod apostoli secuti sunt
dominum predicando Mt iiii° Venite
post me faciam vos fieri piscato-
res hominum / Item vivendo Ad philippenses
iii° Sequor autem si quo compre-
hendam in quo et comprehensus
a Christo Ihesu Item diligendo Cari-
tas eius una excellentissima per
quam itur ad Christum et post viam
prima ad Cor xiii / Item Iohannis
xii° Si quis michi ministrat
me sequatur Item moriendo
Unde sic Christus dixit petro Iohannis
ultimo Sequere me Et Mathei
Si quis vult venire post me etc
Et nota circa hanc litteram circa
quedam relinquere est super-
erogacionis et perfectionis neces-
sitatis ad salutem sed relinquere
omnia tamen quantum ad dilectionem
committendi et commissionem seu

propositum / peccati enim nullo modo est
diligendum quia ut in psalmo
dicitur Qui diligit iniquitatem
odit animam suam Et sicut nullo
modo est diligendum, ita nullo
modo est committendum Et si commis-
sum fuerit abesse est recedendum
Extra xxvii° / Convertere ad dominum
et relinque peccata tua Sunt
eciam relinquenda omnia transitoria
quantum ad immoderatam affectionem
de necessitate salutis et si non quoad
ad usum Temporale enim plus diligere
quam deum et ipsius finem ultimum
constituere et propter deum derelinquere
est dampnabile et contrarium salutis
eterne Unde post vos relinquite insi-
pientiam et vivite Videmus enim quod
infantes sunt fatuam dilectionem
plus enim diligunt unum pomum
quam unum castrum Sic eciam
de mundanis hominibus qui plus
diligunt nummum quam deum plus
terram quam celum plus divicias
deficientes quam permanentes
Cui concordat Beda super Mathe-
um dicens Quoddam differencia est inter
relinquere et relinquere omnia
sed quantum ad possessionem paucorum
enim perfectorum est sic relinquere
omnia hoc est cunctam mundi possessio-
nem contemptorum autem fidelium est
relinquere omnibus hoc est sic
tenere que mundi sunt ut per ea
non teneantur in mundo et per
hec ne deserant deum et sic
saluti quantum ad affectionem neces-
sitatem non solum possessiones
temporales sed eciam parentes et
omnia sub sole relinquenda sunt
ut non amentur plus quam deus
De ista relictione loquitur Ieremias
xii° Reliqui domum meam
scilicet quantum ad affectum meorum a-
tum dimisi hereditatem meam

Istud relinquere scilicet odire patrem et ma
trem et alios propinquos secundum illud Luce
xiiii°. Si quis venit ad me et
non odit patrem et matrem etc.
Unde ostendit Gregorius in omelia
Quod parentes debemus diligere et fove
mus propter deum dum modo nobis
impedimenta deo non adversentur. Si autem
voluerint nobis adversari omnino sunt
fugiendi et relinquendi. Unde Jeronimus
in epistola ad Heliodorum. Licet adversa
rius impetere tuo Christum conatur
occidere. Sed licet parvulus ex collo
pendeat nepos licet sparso crine et
scissis vestibus ubera quibus te nutri
erat mater ostendat licet in limine
pater iaceat perculcato patre ad vexil
lum crucis evola. Et nota quod
perfecti viri sicut fuit apostoli et nunc
sunt religiosi relinquerunt omnia
temporalia quantum ad possessionem quantum
ad dilectionem et quantum ad sollicitu
dinem. De primo patet quia nichil pos
sidebant apostoli vel specialiter quamvis
habuerunt aliqua in communi. Unde
Jeronimus in epistola ad Ageruchiam dicit
apostoli toto orbe errant pergentes non
es non zonam non virgam in manu
non caligas habuerunt in pedibus
et tamen dicere poterant nichil habentes
et omnia possidentes. Secundo re
linquunt apostoli omnia temporalia quan
tum ad dilectionem. Unde Paulus omnia
temporalia velut stercora reputabant.
Tercio relinquerunt omnia quantum ad
sollicitudinem quia non erant sol
liciti de rebus huiusmodi seculi propter se
acquirendis quamvis pro aliis. Et
istud relinquere fuit prefiguratum
in Heliseo in Regum xix°. Cum
statim relictis bobus cucurrit post He
liam per bobus enim quibus arat
ur temporalia intelliguntur que apostoli
modis tribus supradictis relinquerunt.
Quid ergo erit nobis. quasi dicat
Petrus quod iussisti et fecisti. Quid
ergo erit nobis premium et que

utilitas que nobilitas que sufficiencia
qualis providencia qualis permanencia
erit nobis. Et si dicit Petrus Christo
verbum Abrahe Genesis xv°. Domine
deus quid dabis michi scilicet et aliis
qui propter te fecimus ista. Et quamvis
Christum non tamquam mercenarii sed ut
discipuli secuti sunt potuerunt tamen
sperare premium in consequela aut def
ectione delectacionem qualitatis illius
premii. Ihesus autem dixit eis Amen
dico vobis quod vos qui secuti estis
me in regeneracione cum sederit
filius hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos super sedes xii iudi
cantes xii tribus Israel. Amen dico
vobis ego scilicet veritas nec fallere pos
sum nec falli quod vos qui secuti estis
me imitacione vivendi predicandi
et moriendi in regeneracione id est in
resurreccione mortuorum cum sancti
dei fuerint regenerati de morte ad vi
tam et omnes resurgent in corpori
bus suis. Unde dicit Valerius duo
due sunt regeneraciones. una est
animarum ex aqua et spiritu Johannis
iii°. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto. Ad Titum
iii° per lavacrum regeneracionis et
renovacionis spiritus sancti quem
effudit in nos habunde. Alia scilicet re
generacio corporum que erit in genera
li resurreccione et de ista hic loquitur.
Cum sederit filius hominis per ancto
ritatem iudicariam quam habebit filius
hominis in simili forma in qua iudi
cabit et in qua hic iniuste iudi
catus scilicet in sede maiestatis sue per
manifestam potestatem que penes habuit
vel in sede maiestatis cuius ponit
pro divinitate vel in sede maiestatis
sue id est in nube clara et maiestate vel
divinitate formata quia in nube
ascendit celum et in nube veniet
ad iudicium. Actuum primo. Sedebitis et
vos quieti et securi vos quibus
nunc loquor. Iuda tamen excluso

Inuenq locum successit mathias et
sic sedes xij complesse apostolis a xpo
promissam inde non sunt dimitte
sup sedes xij tanquam principes
electi sup omnem terram Et presedes
designatiue iudiciaria potestas qua
apli ut vi perfecti iudicabunt na
tiones comparatione melioris vite
et approbatiue modo tamen spetialiter
qua alij electi Iudicantes xij tri
bus Isrl que nobis credentibus
credere noluerunt et vobis me
persequentibus profidem et spem et
caritatem me sequi noluit Ra
banus Nemo putet tamen hu
xij aplos iudicaturos sicut nec
sole xij tribus sunt iudicande
Sz in xij aplis vniuersitas virorum
perfectorum designatur. In xij tri
bubus vniuersitas iudicandorum
Ratio sicut Ipsius iudeorum
totus fuit diuisus in xij tribus
sm quasdam proprietates Sic et
vniuersus populus xpianus diui
sus e in xij tribus sm quasda
proprietates animorum et diuersitates
condiciones quas solus deus cogno
scere pt et quibus habet cogni
tionem vult condicionem Et no
q quatuor ordines erunt in
iudicio sm Rabanum duo electorum
et duo reproborum Electorum vnus
iudicantium cum xpo qui erit
ordo perfectorum et sanctorum aplorum
et virorum religiosorum qui re
linquent omnia propter deum hij iu
dicabunt et non iudicabuntur
qua ratione esset petrus iudicandus
in die iudicij qui in presenti seculo
iudicatus e propter deum et crucifixus
Et paulus decolatus Sic
Abdicantes proprijs tenentes castitatem
et subdentes se homini propter deum
per veram obedientiam non iudicabuntur
sed iudicabunt Secundus ordo
erit electorum qui non peruenit
ad electionem aplorum sicut

sunt coniugati qui proprias vxores
habent et eis bene vtuntur et iuste
viuunt et qui temporalia habentes
bene eis vtuntur quo ad se et quo
ad proximum isti iudicabuntur et
regnabunt Sz dices quo iudica
buntur hic pz Math xxv Ratio
dicet dns hijs venite benedicti
patris mei percipite regnum quod vobis
paratum e ab origine mundi Esuri
ui enim et dedistis michi manducare
Reproborum similiter erunt duo
ordines vnus illorum qui fidem
xpianam susceperunt et eam professi
sunt tamen opere non adimpleuerunt
Ratio quibus dicetur Ite maledicti in
ignem eternum Alius incredulorum
qui fidem recipere noluerunt vel suscep
tam reiecerunt et in infidelitate
mortui sunt de quibus Johannis
iij Qui non credit iam iudica
tus e Ratio sicut sine lege
peccauerunt ita sine lege peribunt
Sz dices Cum magni promisit
xpus suis discipulis perfectis quod
cum niniuite et regina austri
condempnabunt prauos dico quod viri
niniuite et regina austri condemp
nabunt malos comparatione meli
oris vite Sz apli et vi perfecti
spetialem honorem tunc habebunt
in iudicando et condempnando et
spetiale premium vn Gregorius x moral
dicit Ratio tunc xpus in proposito pro
mittit aplis et alijs perfectis consor
tium quod xpo sedente ipsi sedebunt
et forsan alij omnes tunc stabunt
Item quod quilibet eorum xpo iudican
te iudicabit iuxta sedem xpi
thronum habebit forsan omnes alij
remotius a xpo stabunt Item
quilibet eorum xpo iudicante iudi
cabit Item quilibet eorum iudicium in
omnes iudicandos exercebit que
quatuor erunt maximum honoris
que notantur cum dicit eis xpus

Sedebitis et vos super sedes xij iu-
dicantes xij tribus israel. Sed dices
nunquid Judas qui tunc erat de
numero xij apostolorum cum aliis iudi-
cabit. Respondeo quod non. Racio sum-
(?) in omel. Et eciam ipse se indi-
gnum isto principatu fecit. Non enim
promisit xpus hunc honorem nisi
relinquentibus omnia et finaliter sequen-
tibus ipsum. Judas autem non relinquit
omnia nec voluntate nec facto quia
fur erat. Et aliqui xpum secuti
sunt gressu corporis non tamen consu-
mentur finaliter. Sed queres si tantum
xij apostoli sessuri sunt et iudicium
iudicaturi cum xpo ubi habebit
paulus locum qui plus ceteris
laboravit qui tamen se cum ceteris
aliis apostolis iudicaturum dicit Ne-
scitis quia angelos iudicabimus.
hoc solvit Augustinus de civitate dei
dicens. Et quod per numerum duodenarium
universitas iudicancium intelligi-
tur. Et loco Mathias qui fuit sub-
stitutus in locum Jude proditoris
paulus et barnabas et omnes
alij viri perfecti qui fuerunt imitatores
apostolorum in fuga mundi et in seque-
la xpi et alij innumerabiles sancti
inter numero duodenario iudicancium
designantur. Et de hac materia vide super
quartum sententiarum Richardum. Et
non solum iudei de xij tribubus
sed gentiles et omnes naciones iu-
dicabuntur secundum Augustinum 1 de civi-
tate dei. Sed quo modo homines iu-
dicabunt. Dico quod deus iudicabit
ordinaria potestate xpus delegata
in quantum homo. Ordinaria iu-
dices et apostoli et perfecti alij asse-
ssionem. Omnes electi iudicabunt
per approbacionem dicentes illud Apoc.
xix° laus gloria et virtus deo nostro.
Et aliqui peccatores alios in compara-
cione melioris vite quibus com-
pati contempnandi apparebunt in-

munite et regina austri illuc xij°.
Et omnis qui relinquerit domum
vel fratres aut sorores aut patrem
aut matrem aut filios aut agros
propter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit.
Omnis non solum iudeus sed eciam
gentilis aut cuiuscumque nacionis fuit
qui voluntate non habendi propter xpm
domum habuit et illam dimiserit sicut
Abraham Gen xij° Egredere de ter-
ra tua et de cognacione tua et de
domo patris tui et veni in terram quam
monstrabo tibi faciamque te
in gentem magnam et benedicam
tibi etc. Vel fratres aut sorores
quantum ad propinquos nobis aut
patrem aut matrem quantum ad
superiores aut filios quantum ad infe-
riores aut agros quantum ad posse-
ssionem terrenam propter nomen meum
invocandum predicandum defendendum
Actuum xxj° ante medium. Ego au-
tem non solum alligari sed et mori in
Jerusalem paratus sum propter nomen domini
Jhesu xpi. Centuplum accipiet.
Hec dupliciter exponitur primo exponi-
tur in sensu (?) supponi enim centu-
plum accipit qui carnalia dimi-
ttens propter deum spiritualia recipit
graciam dei ad bonum incipiendum me-
diandum et finiendum que comparacione
ita excedunt carnalia sicut cente-
narius unitatem. Vel sic. Cen-
tuplum id est adopcio filiorum primicie
spiritus delicie caritatis gloria con-
sciencie que est regnum dei quod intus in
nobis est cuius figura habetur Gen
xxvi° Seminavit ysaac in terra
illa et invenit in ipso anno cen-
tuplum benedixitque ei dominus et
locupletatus est. Relinquens ergo
omnia ut supra dictum est et fratres
aut sorores etc. Centuplum accipi-
et in primo quia spiritualia carisma-
ta gratuita que plus excedunt

omnia temporalia que nos tentamus
possidere / Et infinitam vitam in
qua delectabilitas denotatur quia
omnes delectantur vivere et maxime
sine penuria et afflictione / Etiam
in qua perpetuitas tangitur / possidebit
in quo dignitas designatur quia
tamquam dominus et heres possessor
erit hereditatis eterne / Cui concordat
Anselmus dicens / Sic ergo dicimus
quod qui obmiserit temporalibus et
carnalibus multa maiora sibi ali-
quis vendicabit / Certum et apostoli qui
pauca dimiserunt obtinuerunt
multiplicia dona karismatum et
celebres reputati sunt / Si domum
quis dimisit recipiet mansiones
supernas / Si patrem habebit patrem
celestem quam primo / Si agnatos
recesserit infirmum recipiet Christum
Cum dimiserit coniugem impe-
trat divinam sapientiam / Agrum provi-
debit spirituales fructus / Si matrem
invenit urbem celestem que est
mater nostra / Si fratribus etiam et soro-
ribus sui apposito glutino spiritualis
colligatis multo in hac vita
gratiorem recipiet caritatem
Et huic etiam concordat Cassiodorus super
dicens / Bernardum sanam doctrinam ita
nos convenit intelligere quod
dicitur centuplum accipiet non
ut ipsam rem quam dimittit cen-
tuplum accipiet / Certum non est
possibile quod relinquens patrem aut
matrem centum patres aut ma-
tres accipiet / Sed ita tantam gratiam
tantamque in fide blandimentum conse-
quetur ut centuplum valeat
illi quam res fuit quam dimisit
Certe qui relinquit patrem propter nomen
centuplum ei constat quia pater
carnalis non ille obsequatur diebus
et noctibus illius faceret volunta-
tem illius operetur hereditatem quam
pro qua substantiam tradidit suus
impensum moritur nec relinquet
filios suos orphanos / Sed et filii

quasi perfecti viri possident divitias eius
et patri / Si illos sic curat sic prote-
git quasi suos infantes / Certum qui ma-
trem relinquit et diligit magis
matrem ecclesiam nomine eius plus quam
centuplum quam illam carnalem / Illa
enim carnem eius peperit temporalem
Hec autem animam eius regeneravit
eternam / Carnalis caro tua fuit
talis et non eternalis / Cum enim
mortua fuit caro perit generatio
carnis eius et salvatur generationis
affinis / Ecclesia enim non ille ut filius
ut illa illi mater quia ecclesia nec
gignat ut generatum / Et nullum cog-
noscit patrem nisi illum cuius volunta-
te creata est / nullam cognoscit matrem
nisi ecclesiam que illam regeneravit
in fide que dedit ei mandata divina
ex duobus testamentis quasi escam
salutarem dulcissimi lactis ex duabus
mamillis que illi de aqua et
spiritu genuit tunicam immortalem
que ad ipsam sanctitatis adduxit ut
dignus fiet filius patris sui possidere
Certum relinquit fratrem ut habeat Christum
fratrem nomine meliorem quam ei quam
centum fratres qui fratribus suis non
invidet qui super hereditate non contendat
qui propter lucrum non rumpit frater-
nitatis affectum quia non solum omnia
sua sed etiam seipsum dedit / Patius est
Certum relinquit sorores statim eum
suscipiunt gratie dei quasi carissime
sorores / Vero enim illa sorores sic dulciter
complectitur fratrem suum quo gratie
dei in sensibus nostris habent et
nos delectant tenentes animas
nostras complectuntur et osculan-
tur videntur / Si filios dimisit provi-
det illi deus filios spirituales quos
doceat quos erudiat quibus apostolica
voce dicat / Nam in Christo Jesu
per evangelium ego vos genui / Certum
patres mortem non expectant
Nam filii carnales si non modicum
pater eorum fuit senex attendunt

de vita ipsius desiderant eum mori
et si cito moriturus non fuerit conte-
mpnunt eum quasi delirum / filii autem
spirituales quanto perfectiores fuerint in
fide tanto amplius diligunt doc-
torem suum hic ille / Et additur
potentia substantia datur illa spiri-
tualis qua iunior filius et lasc-
ivius accepit a patre suo et con-
sumpsit vivendo luxuriose sub-
stantia sua scilicet sapientiam scientiam rete-
rasque virtutes immutabiles quas con-
sequentur illi qui relictis faculta-
tibus mundi se deo tradiderunt.

Sermo de purificatione virginis marie

Postquam impleti sunt dies
purgationis marie secundum
legem moysi / Luce ii°
dies scilicet xl a nativitate xpi quia
hiis xl diebus mulieres purifica-
bantur ab inmunditia sanguinis. Circa quod
advertendum secundum hystoriam Levitici xii°
ubi dicitur: mulier si suscep-
to semine immunda erit et comple-
tis septem diebus debet ab thoro
consortio abstinere et ab ingressu
templi. Et elapsis hiis septem die-
bus restituebatur consortium thori. Et
adhuc xxxiii diebus ab ingressu
templi tenebatur abstinere et post
xl diebus lapsis ingrediebatur
templum cum oblationibus ad al-
tare statutis et tunc filia domus
putabatur. Si autem filiam peperit
dies duplicabantur quia xiiii°
diebus abstinere tenebantur a con-
sortio thori et lxxx ab ingressu tem-
pli. Et quamvis ita fuit in veteri
lege tamen nunc tempore gratie et
veritatis est mulier ante illud tempus
xl dierum quando voluerit potuit
ingredi ecclesiam gratias actura
deo deo quia afflictis non est adden-
da afflictio. Si tamen propter immunditiam
sanguinis seu statum reverentia
voluerit abstinere ab ecclesie ingressu
eius devotio quo adhuc non est

implenda dimisi pro pau. ca. uno.
Et caveant mulieres ne devotionem
maceraciam et voluntatem carna-
lem vitare. Et ne propter bonam
refectionem corporis cibis et potibus
dimittus infecto maneat et a tem-
plo abstineat quam oportet.
Et quare puer offerri debeat xl°
die domino / Prima ratio est ad ostendendum
quod sicut puer die xl° in materiale
templum inducitur sic die xl°
a die conceptionis anima pueri
est corpori infunditur. Secunda ratio
experiendi sunt quod sicut xl°
die corpori infusa ab ipso corpore
viciato ratione originalis peccati
maculatur. Sic xl° die templum
ingrediens cum oblationibus a
domino templi primus sordium mun-
datur amplius mundatur convenien-
tia designatur. Tertio quod quo-
xl sunt quater x et decies
iiii ad ostendendum quod hii merentur
ingredi templum eterni regni dei
qui x precepta et iiii or evangelia
opere et fide servaverint xl die pre-
sentatur puer. Et quare hii dies
duplicantur in femina dicunt ali-
qui quod ideo quia die lxxx° anima
femelle infunditur et tunc
Et huius duplicationis potest alia
ratio assignari. Et prima xpus assump-
turus erat humanitatem in sexu
virili signatur / sic honorandum hunc
sexum disposuit ut masculinum
corpus citius formaretur et ani-
maretur et inde eius citius munda-
retur et potius consortio thori et
templi ingressui restitueretur. Tertia
ratio quia mulier plus peccavit
viro in principio igitur sicut ipsius
pene respectu viri sunt multiplicate
et quasi duplicate immundicie. Ex-
debant intus mysterio. Et quare
mater dei voluit purificari ...

hoc ipsum non singulabat addit ut testatur Gregorius in omelia super levitici dictum. Si hoc non addit sine causa et superflue mulier que suscepto semine peperit masculum quia sic apponit ad distinctionem illius mulieris que sine viri semine concepit et peperit ut non omnem mulierem parientem immundam designaret sed istam tantum que suscepto semine peperisset. Et hec lex de immunda ad mulieres que se pertinet. Unde de maria dicitur et cantatur virgo concepit et peperit virgo post partum permansit. Fuerunt ergo legis onera mulieres, virgines vero ab hiis liberantur immunes. Et quamvis scriptura sepe vocet mariam mulierem tamen ibi non recipitur pro corrupta sed sexus discretionem notat. Item quare voluit purificari ex quo immunda non fuit conceptu vel partu. Unde Bernardus in quodam sermone dicit: Puritas non posset movere animus virginis et dicere: Quid mihi opus est purificatione? Cur abstineam ab ingressu templi ex quo uterus meus nesciens virum factus est templum spiritus sancti? Cur non ingrediar templum ex quo peperi dominum templi? Nihil inconceptum nihil impurum in hoc puerperio fuit nihil illicitum nihil purgandum maxime cum proles mea fons puritatis sit et venit in me et de me in mundum volens ipsum mundare a operibus et efficere remissionem peccatorum. Unde subdit Bernardus: Vere virgo beata non est tibi opus purificatione quia tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Sed esto inter mulieres ut una illarum. Nam filius tuus sic fuit in numero puerorum et sicut unus eorum circumcidi voluit. Cum non erat circumcisione

quia peccatum non fecit. Et ideo dicit Athanasius: Sicut non gratia sua homo est factus et circumcisus sed ut nos per gratiam faceret deos et ut spiritualiter circumcidamur sic ipse pro nobis presentatur deo ut nosmetipsos deo offeramus. Unde Bernardus: Adhuc pueros et mistos nos monet nos quales fieri nos oportet sed pueros in malicia si sermo valemus in eius templo presentari. Et hec est una ratio quare purificari debuit maria. Vel verius ut purificata se ostenderet. Voluit enim ut bona socia aliis mulieribus legem dei tenentibus conformari in legis divine observatione. Secunda ratio est propter perfectam obedientiam ostendendam que sepe plus facit quam tenetur. Unde Beda: Perfecta obedientia legem non fecit finibus non arcetur sed largiori voluntate facit multitudinem caritatis. Tercia est propter exemplum vere humilitatis ostendendum tam in filio quam in matre. Hec est enim vera humilitas qua quis non solum vult humilis predicari sed etiam vilis reputari subiciens etiam hiis quibus non tenetur. Et insuper docuit nos humilitatem ut non indignemur si reputamur peccatores vel minores quam sumus. Et docuit nos humiliter debere subici legi et sacramentis ecclesie. Si illa virgo que erat purissima ea puritate qua sub deo nequit intelligi maior voluit humiliter servare legem quam multo magis ipsius ego quis peccator immundus debet humiliter seipsum subicere legi et sacramentis ex quibus puritatem acquirat et dicere cum propheta: Asperges me domine ysopo et mundabor. Textus. Tulerunt illum in Iherusalem. Sicut enim locus deputatus fuit divinis

obsequijs et sacrificijs offendis Ad
quem locum conueniens portatur
xpistus quia in medio loco scilicet in templo deo
patri pro totius mundi salute per xxxiii
annos erat oblaturus / Et tulerunt
illum ubi primus circumcisum ut do-
ceret nos primus spiritualiter debemus circumcidi
et a peccatis mundari antequam
nosmet deo offeramus Ad Romanos
xii° / Obsecro vos ut exhibeatis
corpora vestra hostiam viventem sanctam
Ut sisterent eum domino i. ut pre-
sentarent vel offerrent domino sicut
obtulerunt ipse enim unus primoge-
nitus dicente moysi Sanctifica
mihi omne primogenitum quod
aperit vulvam in filiis israel Exodi
xiii° In quo figuratum est quod per
xpistum qui est primogenitus dei
patris in divinitate et virginis ma-
tris in humanitate sanctificandi erant
omnes qui deo essent accepti et
proprie xpistum qui est primogenitus
dei patris in divinitate mortuorum
et princeps regum terre Apocalypsis primo
debebant omnes electi de culpa ad
gratiam de morte ad vitam et de
pena temporali ad gloriam ut et
ita in conspectu altissimi presentarentur
Ad Romanos viii° / Et quos presciuit
et predestinavit conformes fieri yma-
ginis filij sui ut sit ipse primoge-
nitus in multis fratribus Unde
in sermone bernardi festi purificationis alloquitur
mariam Offer filium tuum sacratis-
sima puella virgo mulier inter omnes mu-
lieres benedicta benedictum fructum
ventris tui deo patri offer pro nostra
omnium reconciliatione hostiam sanc-
tam deo placentem omnino accepta-
bit deus oblationem istam novam
et preciosissimam de qua ipse dicit
et dixit / Hic est filius meus
dilectus in quo mihi bene complacui

Sed oblacio ista fratres satis deli-
cata est ubi eum portaverunt in tem-
plum et sistitur domino redimitur
avibus et statim reportatur venit
et tempus quo templum ingreditur qui non
in templo offeretur inter brachia
Symeonis extra civitatem inter
brachia crucis venit tempus
quo non redimetur alieno sed alie-
nus alios redimet sanguine
proprio Copiosa redemptio misit
enim dominus populo suo Istud est
sacrificium matutinum istud erit
vespertinum istud commendamus istud
placens et perfectius istud in pre-
tia tempore nativitatis istud
in plenitudine / Et de prima
oblatione dicitur est quod dicit propheta
ysaie liii° / Oblatus est quia voluit
modo enim oblatus est non quia
meruit sed quia voluit Unde psalmus
voluntarie sacrificabo tibi etc
Sed nunquid ergo que visitando
cognovit suam purificatione tacere
non potuit sed corde et ore deum
magnificavit / Hic filium suum
offerendo deo patri sicut Bernardus
quondam doctor putavit ergo
puerum deo patri gratias sibi agens
de tanto munere quia sit sine
semine et dolore concepit et pe-
perit Exultans ergo in spiritu forte
talia verba vel similia protulit
Ecce nova progenies celo alto
missa Ecce presento tibi domine pro
filium eternaliter tuum et meum
temporaliter Ecce presento tibi eum
quem est semper presens gratias ago
tibi quia sit mirabiliter concepi et
peperi gratias tibi ago quia ut sicut
plene dignissima mater puerulo
infante tibi commendo quia in
tempore illius sum mater eius
tu es eternus pater oblationem
tibi novam offero verbum caro

sacrificium qui in te sperant tibi pro
offert et porta inanis rectis
primi salutem offerent pro recon-
ciliacione mortuorum et vivorum
Hebat licet datur doctrina pa-
rentibus ut filios suos offerant
deo proprie et honorum operum in-
structionem Levitici xv° ubi dixit
dominus moysi et aaron docebitis
filios israel ut caveant immundi-
cias et non moriantur in sordi-
bus suis Sed heu multi offe-
runt eos mundo et dyabolo psalmus
immolaverunt filios suos et filias
suas demoniis Item docemur
deo offerre nosmetipsos Augustinus
in sermone Et tamen retribuamus
deo pro omnibus que retribuit
nobis ille pueris obtulit
hostiam sacrificium quia sunt
semetipsum Et tamen libeat nobis
ut oblacionem meam digneris
tanta maiestas suscipe deus
munera hec corporis et anime
virtutes tibi possum profiteri
insatisfaciendo laudis offerre sacrificium
mei mortuis dico iudeus hostias
sanctas mortuas offerebat Sed
nunc dicit dominus vivo ego dicit
nolo mortem peccatoris sed ut
magis convertatur et vivat hoc
quo ego deus non vult mortem
meam igitur et libenter offero
vitam meam Et in oblacione
ista tria fuisse dicuntur Joseph
vir et sponsus Maria mater
et virgo et puer Jhesus Sic
in oblacione nostra spirituali debet
esse virtus constancia contra
diabolum per virum Joseph desi-
gnata Continencia contra con-
cupiscenciam voluptuosam per ma-
trem significata et innocencia
nostra simplicitatis humilitatis et
puerilis puritatis contra mundum
per puerum Jhesum denotata

Sicut scriptum est in lege domini
Exodi xiii° Levitici xii° Numeri
xviii° Et tamen omne masculum
adaperiens vulvam sanctum
domino vocabitur Adaperiens id est
primo aperiens vel alius postea
egressurus aperiens Sanctum
domino vocabitur id est deo offeretur
et sanctum erit et applicabitur
divino cultui Et tamen si erant
primogeniti tribus levi per
oblacionem deportabantur ut mini-
strarent ministeriis in adulta
tamen etate perpetue servi-
bant in templo De alia tribu
erant domino per oblaciones sed redi-
mebantur Sed dicitur ista lex non
erat obligatoria christo quia ipse
clauso utero prodivit Sicut cum
ceteris Sicut sydus radium profert
virgo filium etc. Et Ezechiel xl
iiii dicitur in signum quod porta
clausa erit et non aperietur etc.
dico quod loquitur de nativitate
domini more aliorum Vel potest
dici quod hec sunt verba Evangeliste
imitantis legem non dicentis
sicut Beda in libro super Luce xviii
magnum sacramentum et dis-
tincta et designata loquens
ut masculinum primogenitum
et non femininum domino sisterentur
Et tamen omne quod vile forte
et femineum esse cognoscitur domino
est consecrandum Et tamen dicit
contrarie actionis domino in
templo suo offerri non conveniunt
Et ut darent hostiam secundum
quod dictum est in lege domini par
turturum aut duos pullos
columbarum [illegible] erat in lege
Levitici xii° Et tamen mulier
que masculum peperisset per
dies purgacionis sed die ...

a natiuitate pueri deferret agnum
anniculum in holocaustum et pul-
lum columbe siue turturem pro peccato
ad hostium tabernaculi testimonii et
traderet sacerdoti et hic erat prop-
ter quantum ad diuites Quantum
aut ad pauperes alia lex ibidem
dicit Quod si non inuenit ma-
nus eius nec potest offerre agnum
sumet duos turtures uel duos
pullos columbe unum in holocau-
stum et alterum pro peccato Euangelista itaque
commemorans oblationem que pau-
peribus competebat / primo ostendit
nobis in uirgine affectum pietatis
quo ad pauperes afficiebatur quia
ut supra posuimus quod thezauros pau-
lo ante oblatos a magis pau-
peribus distribuerat nec thezau-
rizauerat consumendo oblata Secundo
insinuat in uirgine zelum pau-
pertatis propria enim consilii sancti spiritus
non ignara sciebat filium suum in
hunc mundum natum ad hoc ut de-
strueret regnum peccati medianti-
bus humilitate puritate et paup-
tate Et ideo eius mater sicut
in humilitate et uirginitate Ita
et in paupertate Christo filio studuit
esse conformis Vnde Bernardus dicit
mater maria Christum uelud nouam
oblationem pro omnibus mundi criminibus
expiandis et pro ipso precio obtulit
munera paupertatis insinuans
parentibus et posteris / quod mundi
diuicias non habebat et quod non
in magnis muneribus placatur
omnium rerum conditor sed magnis
affectibus et uirtutibus quibus
uirgo fulgebat Et non ad quantam
ordinationem legis sed quanto affe-
ctu legem implere posset uirgo atten-
debat Tercio inibi(?) euangelista insinu-
at nobis affectum ueritatis ueri-
simile enim est quod ioseph potuisset

habere agnum quem cum Christus obtu-
lisset tunc ubi aderat ueritas
debebat deesse figura Agnus autem
qui offerebatur in lege figura erat
istius agni noui scilicet Christi qui tollit
peccata mundi Et quia ipsemet
offerebatur non erat necesse ut agnus
figuralis adesset Moraliter uero
secundum Bedam super lucam Quod tur-
tures et non agnum obtulerunt
ad designandum est quod qui agnum
innocentie uite in grege suorum
actuum non inuenit saltem tur-
tures aut duos pullos columbe
offerat id est ad flagitandum lacrimarum
suffragia confugiat Et bene du-
os unum pro peccato et alterum in holo-
causto / holocaustum namque dicitur
totum incensum quia duo sunt
genera compunctionis / Dum namque
sciens anima prius timore com-
pungitur post amore / prius enim se-
se in lacrimis affligit quia dum
malorum suorum non recolit pro his
perpetua supplicia eterna pertimescit
Sed non cum longa merorum anxie-
tate fuit formido consumpta que-
dam iam de presumptione uenie se-
curitas nascitur et in amorem
celestium gaudiorum animus infla-
matur / Contemplatur etenim mens
qui sunt illi angelorum chori que
ipsa societas beatorum spirituum que
maiestas eterne uisionis dei et
amplius plangit quia a bonis
perhennibus deest quam flebat
prius cum mala eterna metue-
bat Cum igitur prius flendo ne
ducitur ad supplicium turturem
pro peccato offerebat de alio facit
holocaustum Cum per modum
flere amarissime incipit quia
differtur a regno Columba pro peccato
offertur qui laborat in gemitu suo
lauat per singulas noctes lectum
suum hoc est per singulas pulsat

culpe tenebras opera sua bona in
quibus respiciende deberet lacrimis
ablui non cessat / Columbarum
pullos in holocaustum ferunt
qui patrie celestis absenciam de-
flentes amnis super flumina babi-
lonis illic sedimus et flevimus
dum recordaremur syon. Sciunt enim
columbe super fluenta residere delec-
tantur ut accipitris adventum
umbre cursu super aquas prende-
re simul et evadere queant. Sic
profecto sit anime pauperum spiritu
fluctibus seculi mente residen-
tes quo plura inhiat babilone
quia suis gemitibus pascuntur
maligni hostis exempla conspi-
ciunt. Sed quare posuit ambas
aves / Dicendum quod in quantum per turtures
contemplativi per columbas activi
designantur. Quia ambo deo placent
et Christus tam activos quam con-
templativos vult secum deo offe-
rri. Dico autem per turtures signari
contemplativos quia turtur scilicet
avis solitudinem diligens. Est
scilicet avis pudica / Sic et contem-
plativi diligunt vitam solitariam
et a mundi strepitibus separatam
et carnis pudiciciam / Tercio scilicet
avis habens gemitum pro cantu
Sic contemplativi pro dilatione patrie
gemunt / Dico eciam activos si-
gnari per columbas / Est enim colum-
ba avis fecunda. Sic activi
in operibus misericordie sunt fecundi-
Item secundo est avis simplex sic acti-
vi in intencione sunt simplices
Mathei x°. Estote prudentes sicut
serpentes et simplices sicut colum-
be / Tercio scilicet avis socialis et grega-
tim volat / Sic activi familiari-
ter et pacifice simul conversantur ut
dicatur de eis illud Ysaie lx°
et quasi columbe ad fenestras
suas / Et ecce homo erat in
iherusalem cui nomen Symeon / Symo-
Symeon erat in iherusalem obviavit
Christo quem visio pacis portat. Non

tamen pax eterna inhiat vita mul-
tis vivit in pace videlicet sanan-
tibus bellis. Et si petatur in medium
a bellis diabolicis atque viciorum
nec qui iusti sunt in pace simo-
da / vivunt eciam si non turbato
animo compulsantur. Sunt quidam
iusti sed non manifesta sed occulta
certamina cum quibus invise
confligant et si non adversis tamen
per consumacione virtutis. Sed hii
sunt in visione pacis quia co-
gnoscunt quale sit bonum ad
quod spiritualiter suspirant eternum
Erat itaque symeon in visione pacis
quia suscepit Christum verum pacem
agnovit verum ut ait apostolus
ipse scilicet pax nostra qui fecit utraque
unum. Optima mansio in visione
pacis quoniam in quiescente bello
mens pace delectata quiescat
Et cum insultus adversi preteriit
anima videt pacem in illa religio-
sa et honesta scilicet civitate contra
pacem in qua vir obediens
habitat. Nam contra obedienciam non
habitatur in pace / Sic enim sonat
vocabulum Symeonis si per
interpretacionem transferatur / Et iste
homo iustus et timoratus expec-
tans consolacionem Israel iustus
per boni operacionem quia talibus
operibus se et regnum suum mani-
festat / Sapiencie x° iustum deduxit
dominus per vias rectas et ostendit illi
regnum dei. Et timoratus erat
quia quo ad mali declinacionem
prover. 16 timore domini declinat
omnis a malo / Expectans conso-
lacionem Israel scilicet que fieri debebat
per Christum in beneficio incarnacionis
et misterio redempcionis / sicut
deus promisit per ysayam Ysaie 40
Ego ipse consolabor vos et ibidem
40 Consolamini consolamini popule
meus dicit dominus / Vir Symon
iustus erat quia vivebat ex fide

qui iustus considerauit / Et timoratus erat quia ut scriptum est timor
sine timore non potest iustificari
et cetera ut dicit Basilius Et quod
difficile iusticia sine timore custo
ditur Non illum dico timorem
qui bona opera temporalia sibi sub
trahi pertimescit quem perfecta di
lectio foras mittit / Sed timorem
domini sanctum qui permanet in secula
quo iustus deum suum quanto ardencius
diligit tanto solercius offendere
cauet Et non proprium sed tocius
populi expectabat salutem perseuerabat
quia bonum opus velud qui per
iusticiam nouerat meliora retinere / Et spiritus sanctus erat
in eo et eciam eius dominus graciam
suam gratuite eum disponeret se
ad eam tamen quibusdam homini
bus speciale donum contulit propter
communem vtilitatem Et hic modo donum
gracie iustificantis persona contulit
Glosa speciale donum spiritus sancti
propter vtilitatem ipsi quo dono presentiret atque cognosceret propinquam
esse Christi presenciam quam promiserat deus per patriarchas et prophetas
et ideo dicit Glosa / Spiritus sanctus
erat in eo ad sanctificandum et ad
docendum futura et que ventura
erant ipse monstrabat a quo in
corde suo absque testimonio alieno
responsum acceperat Et responsum acceperat
a spiritu sancto scilicet qui erat in eo
Non visurum se mortem id est non
experturum mortem carnis nisi
videret oculis corporis quem intus
videbat oculis mentis / Christum domini
id est vnctum a domino messiam
in lege promissum Glosa Responsum
solet dari nisi aliquid interroganti et ab eo responsum dicitur
quod inquirenti redditur Sed ubi
Glosa / interrogauit aut precibus
flagitauit ignoramus Sed
incunctanter asserimus quod desiderio

cupiebat intelligens eo spiritu qui
in ipso erat orauit hostio clauso
in secreto loco / magis non in cordis
cubiculo non ut sentiret corporis
mortem nisi videret Christum in corpore
eius vitam Vnde Augustinus in
sermone de Simeonis desiderio primum inquit / Intelligite fratres karissimi quantum
desiderium habebant antiqui sancti
patres videre Christum dicentes O si
me inueniat ista felix natiuitas O si illud quod credo in scripturis videam oculis meis quia
hec Ysaias cecinerunt dicentes
Ecce virgo concipiet et pariet
filium et vocabitur nomen eius
emanuel quod est nobiscum deus
Vnde cum suspirijs dicere poterant
et similiter hic Symeon optabat ne
me ista felix natiuitas inueniret et nolo mori nisi videam illud
mors inimica vincetur nolo egredi
de hoc seculo nisi videro illum per
quem conditum est seculum neque
vltra nolo viuere postquam videro fontem vite / Et addit quidam
alius doctor Ecce nunc domine veritatis redemptor Israhel quare facie
tua auertis obliuisceris inopie nostre
et tribulacionis nostre Nunc instat
tempus expediens mitte saluatorem perditis captiuis redemptorem
et mestis consolatorem Certe enim
quia in proximo aduenturus es beati
oculi qui te videbunt / Ecce iste
homo alter Daniel vir desideriorum
erat Igitur responsum accepit a spiritu
sancto / Daniel x / Noli timere
vir desideriorum pax tibi confortare
et esto robustus confidere seruor
iuuentutis vigorem sumas non
te frangat etas senior non te
contristet mors proxima non
moriaris nisi videas immo tangas
immo amplexeris Christum dominum Et
venit in spiritu in templum id est motus et inspiratus a spiritu sancto
ea die venit in templum qua

virgo beata puerum suum ibidem deo
patri presentavit Et forte erat sibi
revelatum ut ipsa die intraret et
puerum quem videret portari a virgine
desponsata beati fabro tamen obla
tione parvum ipse esset christus
in lege promissus Augustinus et tu
si vis tenere ihesum et amplecti ma
nibus omnimode labora diligenter
insistere ut ducem habeas spiritum
sanctum et eo duce venias ad
templum dei non in spiritu superbie
sicut ambitiosi qui sibi usurpant
honores et dignitates ecclesie
non in spiritu avaricie sicut symo
niaci et non in spiritu inanis glorie
ut se ornantes vestibus et ser
vis ut tantum appareant coram
hominibus non in spiritu adulationis
ut ypocrite non in spiritu luxurie
ut venientes ad ecclesiam videndi
dum et concupiscendum mulieres non
in spiritu vanitatis ad fabulandum
non in spiritu pigricie ad dormiendum
sed in spiritu humilitatis et animo
contrito ut suscipiamus misericordiam
in templo dei in medio Et iustifi
cante iustificatori ibidem devota
mente occurramus Et cum indu
cerent puerum ihesum parentes
eius ut facerent secundum consuetudi
nem legis pro eo Cum inducerent
id est intus in templum ducerent
vel portarent puerum ihesum id est
infantem quia christus ihesus tunc
erat infans XL dierum et
sic non facit dictum in etate Glosa
Racio quia puericia non tantum
convenit etati sed et humilitati
puritati et simplicitati unde christus
dicitur puer racione humilitatis
quia venit docere Mathei XI° discite
a me quia mitis sum et humilis
corde Racione puritatis quia
peccatum non fecit Racione servitutis
quia venit ministrare et non
ministrari Parentes eius maria
vera mater et ioseph pater
nominis putativus Ut facerent
secundum consuetudinem pro eo legis

id est ut presentarent eum domino et offer
rent pro eo sacrificium par turturum
et redimerent eum quinque siclis ar-
genteis eo quod erat primogenitus
Et quod christus non tenebatur
legem solvere sed implere ideo legalis
consuetudinis voluit subiacere hone
statem Et ipse accepit eum in
ulnas suas id est inter brachia sua
Beda dicens quare beata virgo non
prohibuit senem christum amplecti
timens de rapina ut de fraude
eo quod herodes illi minabatur propter
quia virgo cognovit devotum
desiderium eius et intellexit
deo placere quod ipse senex consolaretur
in amplexu pueri Augustinus Si
ad tactum fimbrie vestimenti
christi mulier sanata est quid putandum
de Symeone qui in ulnas
accepit infantem et gaudebat
videns parvulum se gestare qui
venerat ad vinctos resolvendos
sciens neminem eum posse de
claustro corporis eruere cum spe
future vite nisi is quem in bra-
chiis continebat Et dixit Symeon
Et quod pie credendum est propter id quod
christus infans in brachiis eius
quievit ultra hec nemo mente
aliquid diu et ardenter orabat
propter quod desiderabat dimitti a seculo
presenti Et benedixit deum et
dixit id est gracias reddidit deo de
impletione promissionis Vel
benedixit id est bonum dixit quia
nemo bonus nisi deus Luce XVIII°
Vel benedixit id est canticum bene
dictionis et glorificationis ce
cinit Hanfredus Carmine ceci
nit tamquam senex quem ad
modum dulcius canit ante
obitum albus olor nato domino
angeli cecinerunt oblato eo iusto
canit quod ad eorum gaudium
iam transibat Symeon Eo tempore
quo eum Symeon accepit in

volucras fecit et facit cuncta et in
membris suis usque in finem seculi
est factura et vindicandum deum
in donis suis quorum nullum
alicuius quam quod filius debi-
tis vel fenoris reddet celis nisi
tamen obligat hominem ad red-
dendam possibilem vitam et ad
eius servanda mandata quam
per se ipsum deus hominibus tradidit
humanatum pro quibus tamen alia
non possumus rependere / benedicat
et laus de ore atque corde homini
non recedat secundum prophetam dicentem
Benedicam dominum in omni tempore etc.
Et dixit Nunc dimittis servum
tuum domine i. pro quo vidi ocu-
lis corporalibus deum deum salva-
torem meum qui est deus vite et
mortis huius peticionem super verbis
dimittis i. dimitte potes ad
mortem eternus meae Symeon
servum tuum. Servus non ydolorum
aut quorundam viciorum seu rerum
temporalium. Servus non deum nec
enim qui temporalibus deum serviunt
et timentes et peccata aut
eum qui iniquitatis actionibus
infideliter serviunt. Sed servus suus
qui voluntate eius venit
et facit. Et cum nichil faciendum
obmittit. Etiam nunc pacto non
preponit. Et cum tamen omnia fecit
bene se inutilem sentit et nichil
fecisse se indicat pensans al-
titudinem preceptoris et sui de-
fficienciam serviens. Et cum non
contempnit ad verbum vel grave
iudicatus quod debetur. Cum
nullum preceptum displicet qui
donum sui placitum facit. Et cum
et si non possit plene perficere quod
iubetur non ad impossibilitatem
precepti aut ad indiscrecionem suam
hoc ascribit sed suo defectui
deputat quod fecit / Et hic est
servus bonus quem deus mittit
in pace in pace i. in sinum abra-
he ad requiescendum. Nota quod
pax est tranquillitas animi et
quia animus huius sancti in hoc
fuit tranquillitatis quod Christum inple-
xus suscepit quem expectabat
Ideo ore dixit servulo animo lat
et iocundum. Vel potuit expo-
nere illud Genesis xlvi° Quod
dixit Iacob filio suo Ioseph
iam letus moriar quia vidi
faciem tuam / Et hic dicit in
pace se dimittendum quia illum
amplexabatur qui dixit pressu-
ram in mundo habebitis in me au-
tem pacem. Iste enim Symeon vitam
presentem reputabat tribulacionem
et guerram secundum illud Iob vii°
Milicia est vita hominis super terram
Ideo volebat dissolvi et esse cum
sanctis patribus in limbo. Et
mirum videtur quod adhuc xx
xiij annis hic senex potius ele-
gerat esse in limbo quam diucius
vivere in hoc mundo quia tunc
non erat volatus ad patriam
que Christo nondum passo omnibus
manserat obserata / Bona ergo
nova nunciaturus predecessoribus
et prophetis in limbo hic senex
voluit mori et sic in pace dimit-
ti ut Ysaie dicit. Ecce quem
tu virgine nasciturum predixisti
ad omnium salutem hic venit
in mundum et ita factum est ut
dixisti ego vidi eum oculis meis
corporalibus cum ulnis meis
ipsum habui tali die hora tali
loco Baruch Jeremie et David
Et nunc nos passurum predixisti
et descensurum ad inferna ad nos-
tram liberacionem hic venit et
ad satisfaciendum suis promissis

Sed quid Symeon eciam secundum quosdam pro-
fessores ait non videbatur sibi de
hoc seculo migrare in pace nisi
Christum dominum vidisset. Racione et-
enim prophete dudum quamvis aliqui
fuissent eiusdem morte prempti
quo ad dei regnum spectassent
si enim pace mortui non fuissent
Unde Jeronimus aliqui longa expec-
tacione viderunt et infideles atque
ipse crassime tenebantur quod
sic factum erat in illis penitus
erant qui maiestas divina pro-
teret et sic enim professores semen de
ipse pueri tamen erant de tempore
ante hunc senem patres tercie
decesserunt. Iste vero de tempore eius
sic vitam suam finivit in pace
Sed quis in pace discedit absque
seculo Unde Origenes Ille in
pace discedit qui nichil habet
mundo deo sed omnem pacem bo-
nis operibus assumpsit. Si ergo
pax est eum in luminibus primum
in tenebris solum quia ipsum
vidit qui liberaturus erat eos de
tenebris et de umbra mortis
quanta pax est eis qui eum susce-
perunt ad lucem euntes eciam
Cui concordat Bernardus in sermone
de Epiphania dicens Servum
dimittet in pace qui Christum habet
in pectore. Ipse enim est pax nostra
qui persidiam habitat in cordibus
nostris. Et nunc ergo hunc operibus
dicta misera que tui conceis du-
cem ignorans illum filium Marie
Ignorancia quidem dei hunc vero
hec nempe quia lux venit in
mundum. Et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem et
lux quidem in tenebris lucet et
tenebre eam non comprehenderunt
Ac si diceret In platheis diruantur
aque et alienus non bibit ex
eis Et unica in medio templi
est nec tamen accedunt quibus
manet eterna damnacio.

Credimus virum stat o miseri que
vos nescitis hic moientes an
quam viderunt Christum dominum Sed
potius rapiamus amplectentibus
brachiis ad escam. Secundo videmus
tuum id est nostra eius suam quod accepit
sancto receptam non visurum se
mortem etc. Fidelia enim sunt
promissa dei Unde fidelis deus efficit
in verbis suis semper enim quod promi-
sit si promiserimus sua missa custo-
dit Et nunc viderunt oculi mei
salutare tuum Oculi carnis
hominem oculi mentis deum Aliud
enim vidit aliud credidit salva-
torem Unde viderunt oculi illius
senis carnem Christi non deitatem
sed mente intellexit quod ipse penitus
erat salus dei abscondita tamen
mortalibus sparsa Unde ei dicitur
per Lucam x° Beati oculi qui vident
que vos videtis Julianus ait vis-
ione tam oculi mentis quam cor-
poris huius senis beati dici potue-
runt Oculi quidem mentis quia
propheta videbat sed illuminatus
hunc esse dei filium Corporis autem
oculi quia ipsum videbat verbum
carnem factum Unde Gregorius in omelia
Beati oculi tui tam carnis quam
corporis hii quidem suscipientes
visibiliter deum Illi vero non
solum que visa sunt attenden-
tes immo illuminati fulgore spiritus
deum verbum incarnatum cognoscentes
Salutare tuum id est salutiferum sal-
vatorem quem per fidem vel inspira-
cionem certus fui venire Et
nota quod est salutare patris
eternam generacionem Psalmus Audiam
tibi salutare meum Item est salu-
tare nostrum per temporalem incarna-
cionem Ysaie xl° Apparuit lux
et clamet salvatorem Item est
salutare et salutem angelorum
per eternam instauracionem Ad Ephesios i°

instauravit omnia que in celis
et que in terris sunt. Item nota
quod iste Symeon exspectabat primo
adventum salvatoris in carnem
ad salutem animarum. Secundo
exspectabat adventum eius ad
iudicium pro salute anime et corporis
simul per gloriam. Ad Romanos viii°. Sal-
vatorem exspectamus dominum nostrum
Ihesum Christum qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue etc. Quod parasti ante
faciem omnium populorum, quod salu-
tare vel quem salvatorem parasti tu
deus pater per incarnacionem quem
alius parare non poterat. Nota
quod deus pater paravit filium suum
salvatorem nostrum tamquam
militem ad bellandum. Ps. Appre-
hende arma et scutum et exsur-
ge in adiutorium michi. Item lu-
cernam tamquam lucernam ad illumi-
nandum. Luce xv°. Que mulier
habens dragmas decem et si perdiderit
unam, nonne accendit
lucernam etc. Glossa, id est divina sapien-
tia lucernam accendit quod lu-
men sue divinitatis teste nostre
mortalitatis univit. Ps. Paravi
lucernam Christo meo. Item tam-
quam cibum ad saciandum. Christus e-
nim erat cibus invisibilis an-
gelorum sicut et cibus visibilis
hominum. Ps. Panem angelorum
manducavit homo. Ante faciem
id est ante conspectum omnium popu-
lorum tam iudeorum quam gentium
quia uterque populus eum exspec-
tabat et desiderabat. Symeon
ante faciem posuit illud salutare
non a tergo ut illud aspiciamus
et cognoscamus et in anteriora
prospicientes non retrocedentes ad
legalia temporalia et peccata et
ad ea que melioribus antepo-
sitis abdicavimus. Glosa docet
nos prius habere in conspectum adda

nuam que fuit causa adventus
sui in carnem et non ad vitam vanam.
Unde dixit propheta: Recordare
vitam meam ante oculos meos, et
quasi diceret non vitam meam sed
tuam vivam. Ad Titum iii°. Non ex oper-
ibus iusticie que fecimus nos sed
etc. Trenorum iii°. Misericordie domini quia
non sumus consumpti quia non defe-
cerunt miseraciones eius. Her-
ma tua ante oculos meos, et
per intelligenciam et frequentem
recordacionem. Ecclesiastici xxix°. Cum me-
dio gratiam fideiussoris tui ne
obliviscaris. Dedit enim pro te ani-
mam suam. Ezchen multos salutare
dei et ipsius vitam eius pertergo
qui non advertunt deum in suis
actionibus et maxime mini-
stria avertunt post legem. Dicitur
malis sacerdotibus Susannam
accusantibus. Daniel xiii°.
Averterunt sensum suum et decli-
naverunt oculos suos ut non
viderent celum neque recordarentur
iudiciorum iustorum. Lumen ad
revelacionem gentium, id est parasti
ipsum salutare tamquam lumen
ad illuminacionem gentium. Nota quod
tunc erat triplex tenebra, prima
ignorancie. Ad Ephesios iiii°.
Sicut et gentes que igno-
rant deum. Et contra hanc
Christus attulit gentibus lumen
fidei et sapiencie. Ysaie ix°. Populus gen-
tium qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam. Secunda
culpe. Ad Romanos xiii. Abiciamus
opera tenebrarum. Contra hanc
attulit lumen gratie. Johannes i°.
Plenum gratia et veritate. Tercia
visionis divine. Job xvii. In tene-
bris stravi lectulum meum.
Contra hanc attulit lumen
visionis sue. Ysaie ix°. Habitantibus
in regione umbre mortis
lux orta est eis. Ut ergo gen-
tibus in tenebris ignorancie

constituitis huius vitalis revelare sit lumen patrum et illuminans in cognoscendis. Job xii. In novitate providendis lumen tuum in agendis. Ysaias ii. Ambulemus in lumine domini. iii in imitandis. Johannis: ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. Inde clamavit psalmista: lucerna pedibus meis verbum tuum. De hoc lumine dicit Bernardus super Cantica: O homo sedebas in tenebris et umbra mortis per ignorantiam veritatis. Sedebas vinctus vanitatis delectatione. Descendit ad te salvator in carcerem non ut torqueret sed ut erueret de potestate tenebrarum, ut sit primo veritatis doctor. Depulit umbram ignorantie tue luce sapientie sue et iusticie, deinde solvit funes peccatorum tuorum gratis iustificans peccatorem [illegible] implens hic duplici beneficio Simonem David dicentis: Dominus solvit compeditos, dominus illuminat cecos. Vera lux quantum in se est omnes illuminare venit et omnes illuminat, tamen non omnes illuminantur quantum est ex parte suscipientium lumen propter tres causas. Prima quod homo se voluntarie in domo tenebrosa recludit nolens se lumini exponere. Secunda quod oculos claudit. Tertia quod obstaculum inter ipsum et lumen ponit. In domo obscura se cludit qui quasi affectat spiritualem cecitatem ignorantiam per suam rebellionem nolens intelligere ut bene agat, verbum dei et omnia que ad suam instructionem et salutem spectant refutat. De quibus Job: Ipsi rebelles fuerunt lumini. Oculos claudit qui non aperit voluntatem suam ad bene volendum et

ad consentiendum gratie dei que ipsum ad bonum dirigeret si ipsa operaret vel venientem non sperneret. Daniel xiii., ubi dicitur de senibus: declinaverunt oculos suos ut non viderent celum. Obstaculum interponit qui peccatum mortale committit. Ysaias lix.: Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Et ideo dicit Symon: lumen illuminis positum est ante conspectum dei homini ut si non recte ambulamus illud lumen non aspiciant sed errare volenti et oculos claudenti ad eius splendorem. Et filii lucis lumen lucis claritatem agnoscunt quibus vera lux lucet et multas prestat utilitates. Unde Augustinus in libro Soliloquiorum: Tu lux domine, tu lux filiorum lucis, tu dies qui nescit occasum in qua ambulant filii tui sine offensione. Et omnes qui sine hac luce ambulant in tenebris sunt quia te lumen mundi non habent. Ecce quottidie cernimus quod quanto magis a te vero lumine elongatur tanto magis in tenebris peccatorum involvitur. Et eo minus videt laqueos diaboli ad capiendum animas paratos. Et ideo sepius capitur et cadit. Et quod horribilius est se cecidisse ignorat. Cum vero casum suum ignorat eo minus curat surgere quanto se estimat adhuc stare. Tu vero lux mea nunc domine deus illumina oculos meos ut videam et cognoscam ne corream in conspectu adversariorum meorum. Et sequitur: Et gloriam plebis tue Israel. Dicendo populus gloria plebis Israelitice. Primo quia est

spiritualiter desponsatus erat xpo / Non
sunt inventi nisi ardones que
pervenit demum ibi Secundo q
deus spaliter natus Johannes iugo
balis cum sit est Tertio quia
quamvis nunc sit albis repleta
tamen in fine seculi piorum
gloria albis applaudetur Unde
dicimus Gloria erit israhelite ple
bis tum in fine seculi salvus
erit iudeus et lumen ad gentes
scilicet ad homines peccatores ut de te
nebris veniant ad lucem ad
israhelitas vero scilicet ad iustos lumen
quia ut non oberrant alutre scilicet
ipsorum interne splendente preci
ant / Hac condicione xpus
omnibus quia lumen ut peccator
tenebrosus lumen vitalis appe
tat detestans tenebras per
lumen et iustus in lumine pro
ficiat delectatus lumine et fugi
ens tenebras etc. De sancto petro

Venit Jhesus in partes Ce
sarie philippi etc. Xpo
sicut deus in rebus na
turalibus ordinavit ut paulatim
una queque res suam perfectionem
naturalem acquirat / Non dicit
e cuius natura tendit de imperfecto
ad perfectum Et per etiam videmus
aves paulatim assuefacere filios
suos ad volatum Ita suo modo
assuevit xpus ista discipulos
provocatus eos ad perfectionis cul
men. Et eo intendens docuit
eos verbis intendens docuit
eos miraculis intendens eos
provocavit exemplis Et aliqui
interrogationibus ad maiora
provocavit ut in punctu Ewangelio Et
hec de quibus hic Ewangelium loquitur
facta sunt tertio anno predicatio
nis xpi venit Jhesus tamquam
salvator ubique lumen doctrine
spargens ubique peccatores querens
ubique penitentes salvans

Inpartes Cesarie philippi i. prope
civitatem quam edificavit phi
lippus filius herodis et frater ar
chelai Iste enim philippus erat
thetrarcha yturie et traconitidis
regionis de quo luce iii° In ho
norem tiberii cesaris edificavit
unam civitatem Et ideo appellat
eam Cesaream Hanc autem edificavit
iuxta montem libanum ubi oritur
jordanis ex duobus fontibus
quorum unus vocatur jor et alius
dan qui simul iuncti jordanis
nomen efficiunt ut dicit Jeronimus
Et non quia hec erat civitas ad
quam deferebatur tributum pro quo
descriptus erat universus orbis
tempore nativitatis xpi sub Cesare
Augusto Luce ii° / Congruum ergo
fuit ut ibi rex terrenus a po
pulis sibi subiectis tributum
congregabat ubi celestis rex censum
fidei insignum etiam rei subiec
tionis a suis fidelibus congreget
Et interrogabat discipulos suos
dicens / non quasi dubitans vel
ignorans interrogabat vel quasi
indigens testimonio hominum ad
probandum quod sit deus tamen ipse di
cat Johannes v° / Ego autem ab
homine testimonium non accipio
Sed processit hec interrogatio de pia
clementia et prudentia probat
enim clementer prudebat discipulos
intimum confessionis Unde Glosa
preinterrogabat ut rectae confessionis
mercedem redderet confitentibus
Item ut errorem hominum presumptionum
discipulorum confirmaret Item ut
det nobis et prelatis singulare exem
plum inquirendi de fama nostra
inter vulgares qualis opinio
sit de nobis / si mala occasiones
eius precidamus Si bona ipsius
occasiones augeamus Sed quare
ad fictum iudeis et intra genti
lia xpus proposuit discipulis suis

hanc questionem Quidem dicunt ut
absque omni timore libere dicerent quod
habebant in mente Et quod contra
iudeos inter gentiles divinitas eius
erat revelanda et fides predicanda
Et clara confessio dei et passi-
onis eius subsequenda et insignanda
quod in urbe cesaris scilicet rome fi-
des petri et ecclesia dei erat fun-
danda quorum temporibus cesaree
hec sunt gesta Quem dicunt
homines esse filium hominis Circa
illi qui de christo nichil senciebant
ultra id quod sensibiliter cogno-
sce poterant ipsum purum hominem
esse putabant Et isti hic ho-
mines appellantur quia humano
modo considerabant opera christi
vel homines Circa de filio hominis
humano intellectu ipsum intelli-
gunt ut deum esse cognoscit
Circa qui non divinitatem ipsius con-
siderant non homines sed dii appe-
llantur Et nota quod ut dicit
magistra persona Quem me dicunt
esse homines sed quasi inaliena
scilicet filium hominis ne de se iac-
tantiis querere videatur prebens
nobis exemplum ut interrogando de
aliquo pertinente ad nos iactan-
ciam caveremus Item nota quod
dabat interrogacione christus insi-
nuat quod quamvis iste esset verus
homo tamen aliquid erat in eo
ultra naturam humanitatis Ex
quo ergo sola fides humanitatis christi
non sufficit ad salutem nisi et
credatur in christo vera divinitas
Ideo debet interrogat Quem
dicunt homines ut hic patefiat
misterium fidei quam ulterius debent
de ipso Et quare non querit
Quem me dicunt scribe et
pharisei Et quia dicunt ut Quidam
dicunt Quod pharisei volunt inve-
stigare et declarare mentem plebis
que ad mala non inclinatur

Et quamvis iporum opinio multo
verior erat de christo quam opte-
bat tamen erat quemquam liberam
opinio aut scribarum et phari-
seorum de christo erat plena malicia
Ex hoc instruimur quod non multum
debemus ponderare falsas opini-
ones malorum de hominibus de nobis
quamvis sint magne reputacionis
in mundo Et deum inquirere
de opinione simplicium et pbores
vel augustinus libro de sancta vi-
rginitate Et aliqui de nobis vel
male fingendo vel male credendo
famam nostram decolorare co-
nantur assit consciencie solacium
et plenum gaudium eo quod magnus
est tamquam stipendium milita-
cionis per arma iusticie non solum
dextra verum eciam et sinistra
per gloriam scilicet et ignobilitatem per
infamiam scilicet et bonam famam
At illi dixerunt alii alii iohannem
baptistam hic describitur opinio
vulgaris quam nondum consol
nator volunt prius compni erro-
res quos multi homines habuerunt
de ipso ut ipsis compulsis discipuli
habebant veritatem
Sicut in naturalibus prius ex-
pellunt tenebre ut postea
lumen clarum effulgeat Et
quia multiplex erat error inter
homines de christo quia alii estima-
bant ipsum esse iohannem baptistam
sicut ille quorum herodes imita-
batur opinionem unde dicitur luce
ix Audivit autem herodes
tetrarcha omnia que fiebant
ab eo et hesitabat eo quod diceretur
a quibusdam quia iohannes
surrexit a mortuis a quibusdam
vero quia helias apparuit ab aliis
autem quia propheta unus
de antiquis surrexit Ubi dicit
Glosa Quod herodes primo post
dissonos rumores populi hesitavit

utrum xpus esset iohannes Secundo pro
eo quod fuit opinatus quod xpm esse
iohannem ut dicitur Mat xiiii° In
illo tempore audivit herodes tetr
archa famam ihesu et ait pueris
suis hic est iohannes baptista ipse
surrexit a mortuis et ideo virtutes
operantur in eo Et quasi eadem
Marci vi° Item nota quod xpus po
tuit credi iohannes propter plures pro
consimilitudine vite utriusque Secundo
propter baptismum quia sicut iohannes
baptisavit in aqua venientes ad
se ita xpus predicavit baptism
salutis instituendum esse in aqua
et quibusdam hominibus saltem
per discipulos suos illum contulit
Tercio propter doctrinam predicacionis quia
penitenciam ambo predicabant
in remissionem peccatorum et ap
propinquacionem regni celorum Math
iii° et iiii° Alii autem heliam et
hoc pluribus credebant Primo propter
liberam et aptam reprehensionem mi
norum de transgressione legis
Quia sicut helias constanter
et intrepide redarguebat transgre
ssores legis et cultores ydolorum
ita xpus publice redarguebat
scribas et phariseos de transgres
sione legis et vanitate supersticio
num atque tradicionum Secundo
propter promissionem malachie prophete ultimo
capitulo Ecce ego mittam vobis he
liam prophetam antequam veniat
dies domini magnus et horribilis
putantes ergo quidam xpm esse
heliam credentes illam prophetiam
esse impletam in xpo Tercio propter
tanto imperio quia sicut helias pra
tina potestate fuerat faciendo ig
nem descendere de celo ut habetur iiii
Regum i° Et sicut etiam potentem
claudendi celum ne plueret annis
tribus et mensibus sex iii Reg
xvii° Et sicut potentem impe
trandi resurrectionem filii mulieris

vidue ut habetur ibidem Sic xpus
fuit testimonio de celo vocem patris
dicentem hic est filius meus dil
ectus Et plures mortuos suscitavit
Luce ix° ipso ca° xxxv° Iudicis
propter insignia portenta et prodigia
helias contra tunc memoria succe
danea venelacione et custodia
scriptura de ipso vigebat in populo
quapropter plures credebant
ipsum non resuscitatum quia non
mortuum sed de loco ad quem rapto
curru igneo portatus erat iam fuisse
prestitum pro ministerio aut propter
eius discipuli convenisse in xpo
sicut in Elizeo requievit
Alii vero ieremiam qui predicavit destr
uccionem templi et subversionem civitatis
sancte ierusalem et populi captivi
tatem et eandem xpus predixit
Luce xix° Secundo non propter sanc
tificacionem in utero que non erat
nota multis maxime rudibus
et plebeis sed propter vilitatem loci
anathoth in quo natus est ut
xpus in bethleem et propter insti
tucionem sermonis quod ihesus non timuit
verba correcta vel coacta proferre
sed utilia et vera et propter similitudinem
quia et ieremias prophetae precur
sus est et propter comminaciones ut
ipse ad urbem aliqui credebant xpm
esse Ieremiam aut unum ex prophetis
Luce resuscitatum a mortuis
vel spiritum prophete unius eorum per
mortuos Et hic dicunt illi qui
xpi miracula spiritualia et spirituales
ipsius prophecias non agnoverunt
sequitur Dixit illis ihesus vos
autem quem me esse dicitis
Vos qui ab aliis multis singu
lariter estis electi vos quibus datum
est nosse misterium regni dei aliis
non Mat xiii° Vos qui estis lux
mundi Mat v° vos quibus omnia
que audivi a patre feci nota
Iohannis xv° et xvi° Crisostomus
Vos inquam qui simul mecum

estis semper quia maiora signa
vidistis quam turbe et seculo-
ri aure audivistis non oportet vos
concordare cum turbis que pe-
gnunt homines et humana
divine opinantur Vos autem qui
quasi dii estis quem me esse
dicitis Et ideo deus non interro-
gavit discipulos de hoc in principio
sue predicationis sed postquam multa
signa fecit coram eis et multa
erat locutus ipsis de sua divinita-
te Videns autem Symon petrus
dixit Ecce unitas unionis quia
cum Christus omnes discipulos
interrogasset solus petrus respondit
non pro se tantum sed pro omnibus ut
dicit Augustinus Et hoc propter plures
rationes Prima propter commendandam
eorum unitatem quia unitas est
precipua multitudinis multa enim
sunt a bono et non conexo uni-
tas etiam in multis commendabi-
lis est quod unum unitur in bono ut
ergo unitas et concordia apostolici
collegii de unitate et consensione
fidei commendetur unus pro omnibus
respondit Secundo ad designandum
futurum principatum beati petri
solus petrus respondit propter princi-
palis dominationem quia enim ec-
clesia fundatur super fidem Christi
quam hic petrus confessus est
et super eandem ecclesiam petrus
constitui debebat principalis vi-
carius Christi et principalis pastor
Ideo ipse solus pro omnibus respondit
Unde Crisostomus Omnibus discipulis
interrogatis petrus tamquam
os apostolorum et caput pro omnibus
respondit Ecclesie patet quod omnes questiones
maiores fidei ad sedem petri sunt
referende de iure et eius effectu
maiores Tertia ad ostendendum prela-
torum debere reddere rationem de fide sub-
ditis requirentibus i petri iii° parati
semper estote ad satisfactionem omni
poscenti rationem de ea fide et
spe que in vobis est et sit non
intelligitur de ratione probativa

quia fides non habet meritum
ubi humana ratio prebet experimen-
tum Gregorius Sed de ratione declarativa et
elucidativa Tu es Christus filius
dei vivi Sicut dicit Damascenus
iii° sententiarum capitulo iii° Christus
non est nomen humane nature vel
divine tantum sed est significativum
eius qui ex divinitate et humanitate
consistens perfectus est deus et per-
fectus homo Unde in symbolo Atha-
nasii Sicut anima rationalis
et caro unus est homo ita deus
et homo unus est Christus Et
quoad sublimitatem patet differencia
opinionis petri de Christo ab opini-
one illorum de quibus interroga-
verat Christus discipulos dicens
Quem dicunt homines esse
filium hominis Sicut enim ex di-
scipulorum relatione est manife-
stum tunc iudei non opinabantur
esse Christum nisi purum hominem
quia alii Johannem baptistam
alii Heliam alii Jeremiam alii unum
ex prophetis petrus autem confessus
est ipsum esse deum et hominem
dicens Tu es Christus i. deus filius
et homo Secundo eundem subli-
mitatem audit divine persone emana-
tio de qua sequitur filius dei
Ille enim qui in divinitate est eius
patris filius factus est humanitate
virginis filius et quod dei patris
filiationem non mutavit vel abstulit
nec minuit filiatio matris
Ideo Christus utrumque genitus
filius dei propter esse non desiit Et
hic bene exposuit Gabriel Luce i°
dicens Hic erit magnus et
filius altissimi vocabitur Et
hanc filiationem confirmavit pater
in baptismo Mt iii° Hic est
filius meus dilectus in quo michi
bene complacuit Et in transfigu-
ratione Mathei xvii° Dico autem quod
ex ista confessione audit Christi
sublimitatem quia est filius

naturalis eiusdem substancie cum
patre sicut filius hominis homo
est et humana eius natura sit
et patre. Constat igitur quod christus est
dei filius perfecto deus est et verum
divine nature cum patre. Et has
duas enumeras in confessione
petri exponit hylarius dicens
Est autem hec vera et inviolab
ilis fides [illegible] deum filium
perfectum fuisse cum sit ab eternitate
parentis eternitas hunc igitur assump
sisse corpus et hominem factum.
Perfecta confessio est complexus
est itaque omnia qui et natura
et nomine expressit ingo summa
virtutum est. Tercio eandem sublimi
tatem ostendit entitate perfecte de
quo subiungitur vivi. Vita enim
intellectualis perfectior est entitas
que esse possit et maxime illa
vita que est fons et principium
omnis vite qualis est vita dei
iuxta illud Johannis 1º. Quod
factum est in ipso vita erat. Et
hanc vitam que est per essenciam
esse patris hanc eandem dedit filio ut
dicit ipse qui vita est Johannis vº
Sicut pater habet vitam in semet
ipso hanc igitur vitam patris
qui genuit et filii qui genitus
est confitetur petrus cum dicit
Tu es christus filius dei vivi. Un
de dicit Bernardus [illegible] in
sermone apostolorum petri et pauli
Tu domine veracissime ignis factus
est christus qui dei vivi es filius
sempiternus. Tu ab hominibus fruus
est homo qui incogitabili maiesta
te deus es apud deum. Dicit
autem eciam esse filium dei vivi ad
differenciam florum deorum et idolorum
qui non sunt vivi ut vita suis
cultoribus set mortem administrant.
Item alio modo considerantur sublimi
tas eius confessionis. Primo quod
sit tota trinitas operata est homines

susceptum a dei filio licet non tota
trinitas ipsum susceperit sed sola per
sona filii. Ad secundum ergo confessio
incarnati oportet concurrere notam
trinitatis quia ipsa unio facta
est mediante gracia spiritus sancti
facta est ad personam filii facta est a patre
qui filium misit. Insinuat ergo quod
petrus dicit Tu es christus id est
unctus ostendens graciam spiritus sancti
et persone ipsius spiritus sancti per
sonam concurrere ad misterium incarna
cionis iuxta illud Luce primo
Spiritus sanctus superveniet in te etc.
Et Math. 1º Quod enim in ea
natum est de spiritu sancto est. Insinuat
quod addit filius confitetur filii
personam. Insinuat quod subdit dei
vivi confitetur personam patris.
Primo autem quod singulariter dixit Tu
es designavit quod sola persona filii
tantum unita est. Insinuat quod dicit
ipsum esse christum confitetur tam
divinam quam humanam naturam
ipsius. Et sic confessio eius con
tinet personam assumentem natu-
ram assumptam trinitatem operantem
misterium incarnacionis spiritum sanctum
qui unxit patrem qui genuit.
Aliter potest intelligi predicte con
fessionis sublimitas quia pe-
trus confitetur in deo primo
fontalem entitatem cum
dicit Tu es. Exo. iiiº. Qui est
misit me ad vos. Et secundo christus
Johannis xiº interrogatus a iudeis
dicentibus Tu quis es. Respondit
principium qui et loquor vobis
Johannis viiiº. Secundo ostenditur
in ipso mentalem pietatem
cum addit christus id est unctus
oleo misericordie. Secundo
dum genus humanum Luce iiº
Natus est nobis salvator qui
est christus dominus. Unde Symeon
ubi supra Tu es unctus ut
homo non in temporale sed regnum

etiam reges quidam sacerdotes ungebantur
in veteri testamento sed tu unctus
es non oleo delato interius sed
oleo leticie gratie spiritus sancti et
tu es unctus in sacerdotem et
pontificem magnum ad offerendum
hostiam unicam pro omnibus saluta-
rem. Tercio confitetur de ipso persona-
lem proprietatem cum addit filius
dei. Dixit dominus dixit ad me
filius meus es tu hodie etc.
Et quarto confitetur equalem sub-
limitatem cum concludit dei vi-
vi. Johannis x°. Sicut me misit
vivens pater et ego vivo prop-
ter patrem. Respondens autem Ihesus dixit
Beatus es Symon bariona, id est filius
columbe per simplicitatem animi.
Bar enim idem est quod filius et
Jona columba ac si Christus diceret
per columbinam simplicitatem confes-
sus es me esse filium dei vivi
inspiratus dono spiritus sancti
qui datur intelligi in columba
sicut in columba apparuit super
Christum Mathei iii°. Vel aliter bariona
est syncopatum ab hoc nomine
bariohanna, tunc idem est quod
filius Johannis quia sic vocatus
est pater Symonis Petri, Johannis
primo: Tu es Symon filius Joha-
nna. Et Johannis ultimo: Symon
Johannis etc. Et bene filius Johannis
id est gratie dicitur, quia cognitione
sancti spiritus confessus est verum
filium dei. Nota quod multi confessi
sunt Christum esse filium dei, Natha-
nael enim dixit Johannis primo:
Rabi tu es filius dei. Martha Johannis
xi°, dixit: Ego credidi quia tu
es Christus filius dei vivi. Similiter
illi qui erant in navi Mathei x-
iiii° venerunt et adoraverunt eum
dicentes: vere filius dei es. Nullus
tamen predictorum pro tali confessio-
ne dictus est beatus sicut Petrus.
Cuius racionem ponit glosa dicens
Et quod nullus predictorum perfecte

cognovit Christum esse dei filium naturalem
sed potius adoptivum licet precipuum
inter alios filios adoptivos. Petrus
autem reddidit cognovit et confessus
est ipsum ita esse verum hominem
quod etiam intellexit eum esse dei
filium naturalem consubstantialem
patris genitum. Et hoc Christus
insinuavit dicens Beatus es Symon
bariona, id est filius Johannis, quasi
diceret: ideo beatus es quia cogno-
visti et confessus es me ita esse
dei filium naturalem consubstantialem patri
genitum sicut tu es filius naturalis
Johannis et eiusdem substantie geni-
tus. Quia caro et sanguis non
revelavit tibi. Et hoc potest multi-
pliciter exponi. Primo sic ut per carnem
et sanguinem intelligatur genus
Iudeorum sicut Apostolus appellat
ad Galatas primo dicens: Continuo
non acquievi carni et sanguini, id est
huius actibus trahi originem
carnis et sanguinis. Et sic est
sensus: Et quod tu Petre me dei
filium cognovisti non tibi provenit
ex eo quod per carnem et sanguinem
ex Iudeis natus es. Secundo per
carnem et sanguinem intelligi
potest doctrina scribarum et pharise-
orum quia secundum genus erant
cum Petro sed carnem et sanguinem,
ut sit sensus: Et quod cognovisti
me dei filium non venit tibi ex
doctrina scribarum et phariseorum.
Tercio per carnem et sanguinem intel-
ligi potest notitia que venit hoc
naturali virtute sensus et intellectus.
Et quia per hanc non cognovit
Petrus esse dei filium, ideo dixit
sibi Christus: Quia caro et sanguis etc.
Et quarto exponit Hylarius dicens
quod Petrus laudatus est ex eo quia
non aspexit in ipso tantum id
quod corporale erat et sanguine
sed dei filium aspiciens agnovit.

quod divinitas erat in xpo et a mundo per carnem et sanguinem intelligi possunt homines carnali sapiencia inflati quia carnales affectus vel carnales homines tam profunda secreta divina non revelant qua contrectare mens non tollitur nisi ad carnalia et ad terrena. Unde Symon carnis nequimus quia quod excogitaverunt caro et sanguis. Unde et qui crediderunt non ex sanguinibus nec ex voluntate viri sed ex deo nati sunt et caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Sed pater meus qui est in celis, i(d est) hanc confessionem per divinam revelacionem accepisti. Nemo enim novit filium nisi pater neque patrem nisi filius et cui voluerit filius revelare Math. xio. Sicut autem filius revelat patrem cui vult Ita pater cui vult per graciam revelat filium. Quia gracia petrum a patre inspiratum fuisse xpus affirmat dicens Sed pater meus etc. Unde Glosa et est Bede: Pater filio columbe revelavit quia est una operacio patris et filii et spiritus sancti. Et revelavit illi misterium fidei quod ei caro et sanguis revelare nequibat i(d est) homines carnali sapiencia inflati columbine simplicitatis nescii et ideo a sapiencia spiritus alieni. Symon super quo dicit xpus: Confiteor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. [illegible] mo iste petrus erat cui pater suum eternum et unigenitum filium revelavit. Ecce unus piscator plebeius qualem revelacionem accepit adeo ut sacramenta abscondita revelaverit sibi. Et ego tibi dico quia tu es petrus. Ac si diceret petro a xpo: Tu me

dixisti esse xpm filium dei vivi et ego dico tibi. Cuius dicere est facere quod amen qui petra sum quem confessus es nomen petri dedi ut hoc nomen sit tibi in testimonium veritatis confesse. Unde Ieronimus: Sicut xpus lumen apostolis donavit ut lumen mundi appellentur et cetera que a deo sortiti sunt vocabula Ita et Symoni qui credidit in petram xpm petri largitus est nomen secundum metaforam eciam congruitatem nominis colligere possimus constancie xpum confitentis. Nam constanti constancia et fidei firmitate petrus confessus est xpm esse dei vivi filium. Et ideo nomen pertinere ad constanciam et firmitatem animi dignus fuit quale hoc est nomen petrus. Et ideo dicit Glosa ordinaria: Tu es non dico tu vocaberis sed tu es petrus propter fortitudinem fidei et confessionis constanciam. Sed dubitatur utrum hoc nomen nunc primo vel alias prius fuit petro impositum qui prius Symon vocabatur. Ad hoc dicunt aliqui quod istud nomen promissum fuit petro a xpo quando Andreas frater eius primo ipsum duxit ad xpm ut dicitur Joh. primo. Videns intuitus Ihesus eum ait illi: Tu es Symon filius Johanna tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus. Et hec fuit promissio non tamen nominis impositio sed hic hoc nomen fuit impositum Symoni per predictam confessionem. Et huius opinionis confirmacio trahi potest ex dictis Ieronimi et Hylarii. Sed Augustinus de consensu ewangelistarum dicit quod non modo fuit hoc nomen ei impositum quando tunc xpus ei dixit: Tu vocaberis cephas dicit tamen

aliqui quod christus hoc nomen impo-
suit petro quando discipulos inquisi-
tionem fecit unde marci iii. dicitur
Et imposuit Symoni nomen
petrus. Et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam id est
super firmitatem fidei quam tu pe-
trus confessus es. Vel super
hanc petram id est super me
christum qui petra firma quem tu
confessus es esse filium dei vivi
edificabo ecclesiam meam. Est
enim ecclesia congregatio fidelium
in unitate fidei tamquam unum
corpus ex multis membris com-
pactum. Cuius corporis caput
est christus. Ad Coll. i°. Omnia
per christum et in christo creata sunt
et ipse est ante omnes et omnia
in ipso constant et ipse est
caput corporis ecclesie. Unde dicit
Aug. Voluit ergo ostendit christus
multos credituros id quod pe-
trus confessus fuit ex quibus ecclesia
congregandi erat. Cuius ecclesie
petrus futurus erat pastor.
Et porte inferi non prevalebunt
adversus eam. Per portas inferi
primo potest intelligi secundum Ieronimum
peccatorum blandimenta quibus
si adhibeantur sensus corporis
tamquam per portas deducuntur
homines ad inferos. Secundo here-
ticorum doctrine per quas illecti
homines ducuntur ad baratrum.
Tertio potest dici secundum Aug. Singule
spirituales nequitie in celestibus
porte sunt inferorum quibus
ducuntur porte iustitie. Quarto
secundum Rabanum porte inferi sunt
tam tormenta quam blandimen-
ta persecutorum quibus conantur
evellere fideles a christo ut finaliter
deducantur ad inferos. Prava eciam
infidelium opera inepta que collo-
quia porte sunt inferi quando
sunt vel actoribus vel sequentibus

ita predicantes ostendunt. Et idem
Beda in omelia. Nota quod totum
studium spiritualium nequiciarum
est evellere fideles a fundamento
omnis edificii spiritualis scilicet a fide
et a caritate christi spirituale itaque
adversus ecclesiam non posse eam se-
parare a christo. Caritas igitur in
aliquibus fidelibus sic prevaleat
fides vera operans per dilectionem quod
nullo sequantur a christo. Ideo ecclesia
per de hostibus suis reportat pre-
tatem victorie. Unde Beda nulla
blandimenta persecutorum nulla
prava infidelium opera vel inepta
colloquia ecclesie que super
petram fundata est prevalet
quia qui fidem christi intimo
cordis amore percepit omne quod-
quod extrinsecus periculi temptationis
ingruerit facilius contempnit
at quicumque credentium fidem
vel opere vel negatione depravat
perdidit hic non super petram
domino cooperante domum sue
confessionis edificasse sed iuxta
alterius loci parabolam super are-
nam sine fundamento posuisse
credendus est. Et tibi dabo
claves regni celorum id est potestatem
auctoritatem ligandi et sol-
vendi mediante militante que
dicitur regnum celorum. Unde nota
quod quamvis omnibus apostolis et
eorum successoribus data sit
potestas ligandi uni tamen scilicet
petro tantum hic videtur promitti
cum dicitur Tibi dabo claves regni
celorum ut ergo insinuetur quod quicumque
sub unitate fidei et ecclesie pace
societate fuit separatus non po-
terit a vinculis peccatorum ab-
solvi nec ingredi celorum intrare. Omnes
hic quod sit clavis videt beatus

Unde clavis sic sumitur methafori-
ce ad similitudinem clavis materialis que
est instrumentum proximum et im-
mediatum aperiendi et claudendi
hostium. Dimittere aut alium celum
esse aperiendum vel claudendum est spiri-
tualiter et aperire vel claudere celum. Et
ideo auctoritas sive potestas hec sententi-
andi dicitur clavis regni celorum.
Et est triplex clavis. Una est simpli-
citer principalis et convenit soli deo.
Secunda est non principalis. Est
tamen precellens et hec convenit
christo cuius auctoritas in sententiando
pertinet supra universalitate homi-
nibus iudicandi quia ipse omnium me-
rita et demerita novit. Et infalli-
bilitate iuste sententiandi qui
semper sententiat conformiter divine iu-
stitie. Tercia est particularis quantum
ad causas cognoscendas et dubias
quantum ad sententias ferendas et hec
a christo hec committitur petro et in
ipso successoribus eius. Sed quo-
rum sit tantum una clavis
videtur petrus et omnes alii quod
sicut in sole potentia lucique faci-
endi et iudicandi est una intra
dicere et due in effectibus. Clavis
enim dicitur potestas iudicandi quam
hec nos potestas integraliter continens
duas scilicet potestate discernendi meri-
ta se examinatione et diffiniendi in
causa declaratione per sententiam. Et
sic prima clavis vocatur scientia
discernendi qua peccatum et quorum peccato-
rum et peccatum apertus vere penitentes
a non penitente et circumstantie
peccatorum aggravantes et alia
addere vel non aggravantes et
alia addere pertinentia prudenter
distinguunt. Secunda vocatur
auctoritas iudicandi sive potestas per
quam digni et vere penitentes
absolvendi sunt. Indigni aut
et impenitentes a regno celorum

penitus excludendi. Sed dices
cum apostolus in iii° dicit: Unde christus
aperit et nemo claudit. Claudit
et nemo aperit. Dico quod hec
debet intelligi de auctoritate princi-
palitatis vel excellencie potestatem
enim ministerii sive administrationis
apostolis et eorum successoribus
commendavit ut habetur. Et Iohannes xx
vo. cum dixit accipite spiritum
sanctum quorum remiseritis peccata
et habetur de pe. dis. prima. Verbum. Et
Et quodcumque ligaveris super terram
erit ligatum et in celis id est quem-
cumque indignum remissione peccatorum
iudicaveris dum vivit apud deum
indignus iudicabitur. Et quodcumque
solveris super terram erit solutum
et in celis id est quemcumque solvendum
iudicaveris dum vivit remissionem
consequetur. Nota quod triplex est
iudicium scilicet petri et curie celestis.
Primum est quo deus animam mundat
in contritione. Et hoc precedit alia
duo tempore dignitate et effectu. Secundum
est iudicium presbiteri qui auctoritate
clavium ligat vel solvit interius.
Et post hoc sequitur tertium iudicium
scilicet approbationis curie celestis.
Unde exponere quodcumque ligaveris
super terram scilicet in iudicio clavis dis-
cretionis non errante erit liga-
tum et in celis scilicet per approbationem
curie celestis. Sed utrum hec
potestas se extendat ad remissionem
pene. Circa hoc doctores sunt
diversi modus tamen communior et
verior dicendi est. Unde presbiter
vi clavium absolvendo remittit
aliquam partem pene non in qua
eterne nec purgatorie sed quanta
eius pene ad quam deus obligat
peccatorem post absolutionem culpe
et pro illa parte in qua punietur
in purgatorio vel alibi. Sed
pro illa parte qua non absolvit
vel punietur hic sufficienter vel

impugnatoris. Et de hoc eciam tractat Aristoteles in s(e)c(un)da ethi(corum) pa(r)te de effectu et virtute clamium et est xxxv° q(uod) p(ri)mum se ex tendat &c. Et ibi de hoc lacius vide potestis et de aliis hanc materiam convenientibus &c.

De sancto Mathia apostolo

In illo tempore respondens ihesus dixit: Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et revelasti ea parvulis. Mathei xi° in fine capituli et Luce x°.

Nota multiplex est confessio. Prima confessio accusationis sive manifestationis de qua in ps(alm)o: Dixi confitebor adversum me iniusticiam meam domino &c. Secunda est confessio adhesionis. Math(ei) x°: Omnis qui confitetur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo. Tercia est confessio exultationis et isto modo potest hic accipi cum dicatur de xp(ist)o: Confitebor tibi pater, id est exulto in te et in meis operibus. Unde Luce x° dicitur: In illa hora exultavit ihesus in spiritu sancto et dixit: Confiteor tibi &c. Unde Theophilus: Sicut benignus pater videns filios suos dignos in bonum gaudet. Sic et xp(istu)s exultat quod apostoli tantis beneficiis facti sunt digni quia ut dicit Cirillus: Et videns xp(istu)s missurum per spiritum sanctum operacionem qua apostolis tradidit plurimorum acquisicionem vel in spiritu sancto letatur dicitur id est in effectibus qui per spiritum sanctum suis fidelibus eveniunt, venturi quia ipse existens amator hominum gaudii reputabat materiam errancium conversionem. Quarta est confessio laudis et graciarum actionis. Ecc(lesiastici) ultimo: Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deum salvatorem meum. Et hoc ultimo modo ipse hic accipitur. Confessio vero Augustinus super psalmos xliiii° dicit: Quadruplex est confessio gementis et laudantis. Confessio gementis pertinet ad penam eius qui confitetur. Confessio laudantis ad honorem pertinet eius qui laudatur. Xp(istu)s autem nichil penitere potuit quia nichil culpabilitatis fecerat. Sed confitebatur in laude patris. Et dicit celi, id est sanctarum animarum celestis conversacionis. Iob: Celi enarrant gloriam dei. Et terre, id est hominum qui adhuc terrenis rebus sunt implicati et nondum possunt contemplari celestia oculis mentis nec dicere cum apostolo: Conversacio nostra in celis est. Et est vox celi et terre quo ad creacionem quia in principio deus creavit celum et terram. Cum enim celum et terra et omnia que continentur in eis facta sunt ad laudem et gloriam dei. Ille qui vere gratus est adhuc sine ordinacione dei potenciam et sapienciam in omnibus creaturis. Et ideo de omnibus laudat deum tamquam eorum dominum ad cuius gloriam sunt creata. Et quia abscondisti hec a prudentibus et sapientibus id est secretum creacionis et magna sacramenta divine et mee incarnacionis. Nota quod hec sacramenta quadrupliciter sapientibus et prudentibus deus iuste abscondit. Primo quia eorum sunt sapientes sapiencia maliciosa qui habent sapienciam maliciosam de quibus dicitur Ieremie iiii°: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Et isti sunt in quibus viget quedam astucia cautelosa qua mediante considerant et examinant que agenda sunt et tunc dicuntur sapientes. Et eciam operacionem posuerunt ad finem ea que cogitaverunt et tunc

dicunt prudentes de talibus loquitur
Apostolus prima ad Cor. iii° Compre-
hendam sapientes in astutia eorum
a talibus igitur propter antiquam
avariciam malitiam multo abscon-
dita sunt eucharistica sacramenta
iuxta illud ysaie xxix ita medio
pelit enim sapientia a sapientibus
eius et intellectus prudentum eius
abscondetur. Secunda est sapientia
curiosa qua illi sunt sapientes
qui nimia vanitate et curiositate
perscrutantur ea que sunt creaturarum
potentias et virtutes considerare in eis sa-
pientiam creatoris et a talibus eciam
abscondita sunt sacramenta predicta
virgo omnibus rebus que sunt be-
nedicte virginalem mundiciam
non amisit. Et quia ex omni statu
salvandorum elegit optimum pre
ex statu coniugatorum fecunditatem
sine corrupcione. Virginitate
aut sed ex statu virginum mundiciam
sine sterilitate. Ex statu viduarum
sanctam et religiosam vitam
post filii sui mortem et ascensionem
in magna contemplacione et locorum
sanctorum visitacione. Et hoc
de secundo. Tercio de tercio de virgi-
nis habitudine ad angelicam sa-
lutacionem dicitur Luce primo. Cum eum
audisset turbata est in sermone eius.
Nota quod quedam est turbacio
subitanea absque racionis que preve-
nit. Et hec non fuit in virgine
gloriosa impediens usum racionis
et non subitanea que oritur ex
passione cum racio non dominatur
et nec ista fuit in ea. Tercia est
turbacio faciens commocionem in
mente subiecta tamen racioni non
impedit mentem turbatam ab ad-
miracione auditorum que tunc erat
in virgine. Et hec fuit orta
ex virginis verecundia que est passio
laudabilis in iuvenibus sed in
senibus quasi culpabilis.
Sed quare verecundabatur dico
primo propter ingressum angeli
in specie viri. Unde Ambrosius
trepidare virginum est et ad omnes
viri ingressus pavere et omnes
viri affatus vereri. Secundo propter
insolitam eius apparicionem clauso
hostio cum magno splendore. Unde
Augustinus in persona virginis vel
admire quidam pannipulus i.
tractatur quibus Gabriel angelus
facie rutilans veste choruscans
incessu mirabilis aspectu terribilis
cum immensitate luminis amplexus
quia michi nunquam prius apparuit.
Tercio propter insolitam salutacionem
quia omnis modus salutandi
alius erat ab isto. Ex iste ca-
nonnus modo prius mira mi-
nus auditus quia omnes nascuntur
filii ire in miseriis et penali-
tatibus et ita vivunt et in
anxietate moriuntur ita quod nullo
sine ve mihi mundo finiunt.
Ex quia Gabriel virgini salutando
dixit Ave concludens ab ea omne
ve. Ideo cogitabat qualis esset
ista salutacio leta et audita

recolendo et aure ponderando decep-
tionem et suam perditionem nisi
audiendo. Nota quod virgo docuit
nos in hoc facto sua prudencia
ut non credamus statim auditis
et maxime adulis quia hoc
est signum levitatis. Ecclesiastici xix
capitulo. Qui cito credit levis
est corde. Omnis autem non credere
signum est infidelitatis vel stoliditatis
vel magne duricie ipsius cordis
quia etiam maria facto suo nos
docuit cautelam quia ipsa non fuit
levis ad credendum ut Eva que
cicius fuit decepta nec omnino incre-
dula ut zacharias. Et conmissa
ad conservandum angelicam salutacionem
iuxta illud Ecclesiastici xliiii capitulo. Beatus
vir qui in sapiencia
sua morabitur et qui in iusticia
sua meditabitur et in sensu cogi-
tabit circumspectionem suam. Et sic
fecit maria ut dicit Crisostomus.
Et quia non videbat tunc ange-
lo statim nec ipsi iuxta morem
resalutavit. Et Ambrosius conpa-
rationem tria salutacionem tacuit.
Et sic de tercio principali. Nunc
venio ad quartum principale
et dicit Vincencius. Tercio virgine
sic cogitante angelus eam inspi-
ciendo et varias cogitaciones eius
sibi facilius deprehendendo turbatam
consolabatur dicens Ne timeas
maria. Ergo in persona angeli
ad mariam inquit. O matri-
monium non timeas magister meus
quia ego tamquam minister tue
consolacionis conceptionis adven-
io ut virginitatem tuam quam
forte times amittere perdas sed
ut omnibus preditas inter angelos
quia ille misit me dicite qui
nasciturus est ex te qui repa-
raturus est ruinam angelicam
de quorum numero ego sum et
humanam de quorum numero tu es

qui concedit. Ergo veni ad te
virgo ut tu credas et consencias
verbis meis et tu sola benedicta
ut rosa decoris pulcherrima inter
spinas et gemmas salvatorem
non sum minister sponsi sed illius
legatus qui venturus est inter
et parte intime sponsum misericordialem.
Et scias quod non defendet mulier
que fuit occasio erectionis sponsi.
Et de te scriptum est ipsa conteret
caput tuum. Veni ut sponsalium
tractator non ut insidiatorum
separator. Assumpsimus celi egressus
meus ubi de gracia domini dei que
in virgo concepturam es omnes-
sinni in gracia confirmati non nominum
dolum aut insidias tibi aut
crimen sponsi sperare. Noli ergo
timere maria. Nota quod angelus
non dixit virgini non verendi ...
Et ne timeas quia decet virgi-
nem esse verecundam. Unde plures
plures condiciones debet habere
virgo ad quod dei mittitur vel gracia
primo quod sit clausa non vacabunda
quia ingressus est angelus
ad eam attribuamus sanctum
eius habitaculum quod ipsa sua
habitatione sanctificabat quia lo-
cus non sanctificat hominem
sed homo locum vel dicit multi.
Secundo quod sit tacita non verbosa
quia maria pauca verba ange-
lo loquebatur. Prima ad Corinthios xiiii
virgo cogitat que dei sunt. Propter
quod dicit cogitat castitatem
insinuat. Tercio ut sit fortis
et sollicita in sua custodia et
habet sponsus unde fuit an adeo
vel non. Et ne subtolle sponsalium
venenum ingerunt. Sic fecit
maria ergo quare eam angelus
consolabatur dicens Ne timeas
maria. Et subiunxit causam
dicens Invenisti enim graciam apud
deum. Sed contra invenire est

ad quesitum venire. Sed hec sancta
virgo hanc graciam ut esset mater
dei non quesivit ut [illegible] legenda
orauit ieiunauit vel vigilauit
quia hec esset superflua [illegible]
Et [illegible] cum ipse lapides invenit
lapidem preciosum quem inquirebat
nominat [illegible] Symeon [illegible]
[illegible] querebat graciam redemptoris
quam diu et valde percuciebatur ab
hoste [illegible] ergo una virgo dicitur
hanc graciam invenisse in persona
tocius generis humani que quesivit
dampnata et multi [illegible] ergo
Vel potest dici quod virgo sancta
per multa bona opera quesivit
graciam dei [illegible] Et non istam
[illegible] ut esset mater dei unde
in quadam revelacione [illegible]
sancte vidue legitur dixisse beata
virgo Cum ergo audissem deum esse
timorata fui et sollicita de sa-
lute Cum audivi eum creatorem
meum et futurum iudicem [illegible]
[illegible] dilexi eum et valde timens
et cogitans ne ipsum offenderem
Cum audissem quod legem dedisset
populo suo et quanta miracula
illi [illegible] cepit multum
displicere et [illegible] omnia mun-
dana Cum audissem eum mundi
redemptorem et de virgine nasci-
turum tanta caritate fui illi vin-
cta ut ipsum solum cogitarem
vitans colloquia et parentum et
amicorum ubi potui dedi superflua
indigentibus retinui tamen vic-
tum et vestitum et optavi vi-
vere ad tempus nativitatis eius
si forte mereret fieri ancilla hu-
milis sue matris et bene [illegible]
deo placere castitatem Sic ergo
[illegible] maria quesivit graciam
ut supra dixi Nota quod multi sunt
qui non querunt dei graciam Et
[illegible] illam non inveniunt ut

sunt omnes iudei et pagani [illegible]
[illegible] dicitur de illud Job xxviii
[illegible]
[illegible] Alii querunt et non
inveniunt ut facientes aliqua opera
de genere bonorum ut dantes elemosi-
nas ieiunantes et orantes tamen
peccata non deserentes ut usuram re-
cipientes aut turpia lucra sectan-
tes aut iram aut odium retinentes
quibus dicitur Johannes vii Queretis
me et non invenietis Alii sunt qui que-
runt graciam et inveniunt qui
sequuntur consilium Ysaie i Lavamini
et mundi estote auferte etc Multi
enim lavant et tamen non sunt
mundi et [illegible] qui la-
vant tantum manus [illegible] et non
intus cor / [illegible] consolacionem
angeli et pluribus [illegible] virgo
consensit dicens Ecce ancilla
domini fiat michi secundum verbum tuum
[illegible] principale est virginis con-
sensus et approbacio angelice insi-
nuacionis Ideo nota quod [illegible]
maria sponsa christi [illegible]
[illegible] Et alibi [illegible]
[illegible] in matrem domini est electa
[illegible] consensus eius requiritur [illegible]
tam in matrimonio spirituali quam
carnali contrahendo [illegible]
[illegible] Et [illegible] Bernardus [illegible] allo-
quens virginem sic inquit Audi-
sti ab angelo quia concipies et
paries filium audisti quod non ex homine
sed per operacionem spiritus sancti expec-
tat angelus responsum tuum tempus
est ut [illegible] ad eum qui
me misit / [illegible]
et suscipe verbum eternum Expec-
tamus et nos o domina verbum mi-
seracionis quos miserabiliter premit
sententia dampnacionis Ecce
tibi offertur precium nostre salutis
statim liberabimur si consentis
[illegible] petit a te Adam cum prole
sua miserabili expulsus de paradiso

Abraham David desiderant hoc omnes
patres sedentes sperantes in regione
umbre mortis hoc totus mundus
petit hoc angelorum chori quia
ex ore tuo pendet consolacio mise-
rorum redempcio captivorum liberacio
dampnatorum et ipse rex et dominus
cum iniquantum desiderium decorem
tuum intime desiderat aspectum
(vidende) et visum tuum / Et sic respondendo
maria angelo dixit Ecce prep-
ta sum ad omnem voluntatem
et ad omne beneplacitum dei ergo
eius designatur prompta obediencia
Ancilla domini profecto humilitas
inhibetur notatur Ecce cum maior
humilitas quam mea que in matrem
dei eligitur ipsa se vocat ancillam
Crisostomus dicit Virgo / Vere est
magnum quod esse hominem humile
in ablacione Et magna et rara
virtus et humilitas honorata et
iuste reprehenditur multorum super-
bia qui de gracia eis data superbi-
unt / Fiat michi secundum verbum
tuum Virgo / Vere secundum meum
desiderium vel eius audet hoc virgo
petere vel desiderare ut fieret nu-
cium ut supra Circa hoc nota
secundum Thomam in scripto super tercio
in q articulo iiii^o et quinto
Quod tunc virtute spiritus sancti
caro Christi concepta fuit purissi-
mis sanguinibus beate virginis et
corpus Christi tunc conceptum fuit
omnium quod requirit per infinita
natura secundum perfectionem sui corporis
Vnde usque ad xl^o diem pervenit
ad quantitatem corporis quod naturaliter
primo animatur et postea creavit
in alia corpora creata anima matris
vitas ita quod per in complata anime
esset in spiritus complementa factus
erat perfectus homo qui tunc
ut homo elegit operari maxime
salutem in omnibus que dedit
et sustinuit usque ad consummatem

ergo ordinem est Feria secunda post
diem pasche primo Luce .xxiiii.
Duo ex discipulis Ihesu ibant
ipsa die in castellum quod erat
quod in spacio stadiorum lx
ab Ierusalem nomine Emaus / Luce ultimo
Et dicit glosa legem itinerandi
duo ipsis a Christo imposita Luce
x^o / designavit dominus et alios
lxxii et misit illos binos ante
faciem suam in omnem civitatem
et locum quo ipse erat venturus
Item propter testimonium sufficiens
ut sub duorum vel trium stabit omne
testimonium verbum / Item propter dilec-
cione que in duabus preceptis
consistit duo dicuntur / Ex qua dilec-
cione erant ad cognoscendum dispo-
siti resurreccionem Christi iam factam
Et dicuntur fuisse ex discipulis Ihesu
non ex xi apostolis Set ex lxxii disci-
pulis Et ibant hic ipsa die sue re-
surreccionis debuit esse omnibus
causa leticie quibus mors fuerat
causa tristicie de ipsa die enim prophe-
tatum fuit per psalmum dicentem
hec dies quam fecit dominus exultemus
Sed isti discipuli erant tristes
ut infra dicitur / Et absentes a
collegio aliorum discipulorum quibus
iam notificata erat Christi resur-
reccio / Ideo congruum fuit ut certifi-
carentur de illa et gauderent de
apparicione Christi Et ibant in castel-
lum quod erat spacio stadiorum
lx ab Ierusalem / Et dicit Beda quod sta-
dium est octava pars miliarii Et
lx stadia faciunt faciunt vii milia
passuum et quingentos Et ipsi lo-
quebantur ad invicem de hiis omnibus
que acciderant scilicet quomodo Ihesus
fuerat traditus captus illusus
flagellatus spinis coronatus mor-
te dampnatus crucifixus mortuus
et sepultus de signis que ipso
moriente contigerunt / Ipsos enim

est sanctorum itinerancium confabulatio de
aliquibus bonis factis ad releue-
landum laborem itineris Et qui
loquebantur de bonis factis et me-
mores erant recepcionis humane
facte per passionem christi Ideo dominus
Jhesus associavit se eis Unde Beda
super Lucam loquentibus de se
dominus appropinquans comitatum iun-
git et fidem sue resurreccionis mentibus
eorum infundit et occulte presencia
maiestatis semper se quod promisit
impleturum designet ipse enim Mathei
xviij Ubi duo vel tres con-
gregati fuerint in nomine meo ibi
sum in medio eorum Et factum
est dum fabularentur et secum que-
rerent fabularentur id est loquerentur
dicitur enim a fari faris non a fabula
non enim narrabant fabulas vani-
tatis quas paulus apostolus evitari
monet ad Thimotheum iiij A veritate
quidem auditum avertent ad fabulas
autem convertentur Et nota pro di-
in prologo Mathei Cum fabula
constituitur communis Confabulari ergo aliquorum
communis dicitur fabulari sicut isti
loquebantur de mirabilibus et
sanctis insolitis in passione christi
ut de terre motu eclipsi solis et
apercionibus sepulchrorum et resurrec-
cionibus mortuorum etc Et querebant
inter se de verbis mulierum que
dicebant christum vivere et angelos
se vidisse etc Et ipse Jhesus appropinquans
ibat cum illis tamquam bonus
socius itineris Specialiter autem
de sua passione loquentibus comitatur
dominus quia multum placet ei recor-
dacio sue passionis ad quam monet
nos per prophetam Trenorum iijo dicens
Recordare paupertatis et transgressionis
mee absinthii et fellis Oculi autem
tenebantur eorum ne agnoscerent
non veritate fallente sed ipsis non vale-
ntibus veritatem cognoscere Unde
Gregorius in omelia Convenienter eis

relevamen

speciem qua recognoscerent non ostendit
Sic agens foris in oculis corporis
quod apud ipsos agebatur intus in
oculis cordis Ipsi namque apud
semetipsos intus et amabant
et dubitabant Ideo se eis loquentibus
presenciam exhibuit Sed de se dubi-
tantibus cognicionis sue speciem
abscondit Et dicit Theophilus
Ideo tenebantur eorum oculi ut ipsi
totam suam intencionem revelarent
et ut vulnus detegentes reciperent
medicinam et ut vere cognoscerent
quod quamvis corpus ipsum passum
fuit et resurrexit non tamen
amplius tale erat ut esset
omnibus visibile sed tantum ab
hiis a quibus vellet videri Et
ait ad illos Qui sunt hii sermo-
nes quos confertis ad invicem
ambulantes et estis tristes
Interrogat ille qui omnia cogno-
scit non ut addiscat sed ut eorum
affectum excitet tamquam pius ma-
gister alloquens discipulos ut
ipsos doceat et dominus suos suos
ut confamiliaritate colloquendo
amplius plus diligat Unde
nota quod dominus aliquid interrogavit
de aliquo facto ut aliud aliis inno-
tesceret Luce viijo Interrogavit
quis me tetigit non tamquam
tangentem ignoraret sed ut
aliis beneficium fieret evidens quod
mulier passa fluxum sanguinis ab
ipso occulte perceperat per tactum
fimbrie eius Aliter interrogat
ut status hominis consideraretur ut
Johannis xjo dicitur de lazaro ubi
posuistis eum Non enim quesivit
ut consideraret statum eius qui
erat quadriduanus mortuus
iacens in monumento opus re-
suscitacionis ipsius adventum fieret
evidencius et laudabilius Aliquid
ut affectus illorum quos interrogat

excitetur ad bonum sicut dicitur Johannis
vi° interrogabat discipulos suos
dicens Numquid et vos vultis abire
propter quam interrogationem contristatus fuit
petrus ut dixit domine ad quem
ibimus verba vite eterne habes
Et isto modo interrogat istos dis-
cipulos hic dicens Qui sunt
hij sermones Nam ex predicta in-
terrogatione affectus horum discipulorum
fuit contristatus Et respondens unus
cui nomen Cleophas dixit ei
Unus tantum videtur quia so-
cius eius ex humilitate cessit
socio loquendi locum dedit Et tacet
hic nomen alterius et creditur
fuisse beatus Lucas qui nomen
suum hic causa humilitatis tacet
more scriptorum sacrorum librorum
Tu solus peregrinus es in Ierusalem
et non cognovisti que facta sunt
in illa his diebus quasi dicat
mirabile est quod te peregrinum illa
latent que omnes alii sciunt
cum tamen peregrini soleant no-
va investigare et scire et aliis
revelare immo sepe mentiuntur
se aliqua vidisse in Ierusalem que
tamen numquam viderunt Et videtur
iste Christo quasi admirative quia
mirabatur quod aliquis existens
in Ierusalem hiis diebus non cogno-
visset ea que facta ibi fuerant
circa Christum quia evidencia et
excellencia facti concursus populi
et signorum diversorum magnitudo
non debuit permittere aliquem latere
ibi facta Et quia pilatus scrip-
serat titulum crucis triplici lin-
gua hebraica greca et latina
et quia ex diversis partibus mundi
illuc convenerant illum legere pos-
sent vel a legentibus inquirere
Beda super Lucam peregrinum illum
reputabant cuius vultum non agno-
scebant Sed revera peregrinus
erat eis a quorum nature fragi-
litate perempta iam resurrectionis
gloria longe distabat peregrinus
erat eis a quorum adhuc fide ut-
pote resurrectionis eius nescia ma-
nebat Quibus ille dixit Que
non querit ut sciat sed ut ad illa
eorum congruentius respondeat et
sic eos melius arguat et instru-
at Dicebat enim omnia in Ierusalem facta
non solum per simplicem noticiam sed
eciam per certam experienciam Et dixerunt
de Ihesu nazareno qui fuit vir prophe-
ta potens in opere et sermone coram
deo et omni populo In hiis verbis
discipuli commendant personam Christi quantum
ad octo excellentes condiciones Prima
est efficacia salvacionis cum dicunt
de Ihesu id est salvator Unde Augustinus
in meditacionibus Quid est Ihesus
nisi salvator Ergo propter temetipsum
esto michi Ihesus id est salvator Noli
domine noli sic attendere malum
meum ut obliviscaris bonum tuum
O bone Ihesu si ego admisi unde
me dampnare potes tu tamen
non amisisti unde me salvare
soles Secunda condicio est innocen-
cia originalis de qua subditur
nazareno Quamvis enim Christus
dictus sit nazarenus a nazareth
civitate in qua fuit conceptus
et nutritus tamen principaliter
dictus est nazarenus a sanctitate et
puritate Nazarenus enim interpretatur
flos Unde Isaie xi° Egredietur virga
de radice Iesse et flos eius de ra-
dice ascendet Alia translacio habet
Et nazareus agetur per quod innocen-
ciam eius et puritatem origina-
lem dicitur nazarenus id est floridus
Nam sicut a radice arboris usque
ad ultimum productum ex arbore nichil
est ita purum sicut flos Ita ab
Adam usque ad ultimum hominem na-
scendum nullus est ita purus sicut
Christus Tercia condicio est nobilitas
virtualis quam exprimunt cum di-
cunt Qui fuit vir [illegible]

vultus et perfectione . Unde Cassiodorus super
primum psalmum / Non verum . Non
enim qui nesciat titubando diversa de-
siderat aut impressus se elatione iac-
tare . Sed animo stabili desiderans
celestium rerum contemplatione fir-
matus manet semper imperturbatus
de isto viro dicitur Actuum ij° / Ihesum
nazarenum approbatum a deo in vobis
virtutibus et prodigiis et signis si-
gnis que fecit per illum deus
in medio vestri . Tercia condicio
est claritas cognicionis de qua legitur
propheta / dicitur enim aliquis propheta
a precognicione futurorum . Christus enim
futura predixit ut patet Luce x
ix° / Iherusalem videns civitatem flevit
super eam dicens . Quia si cognovisses
et tu quia venient dies
in te etc. Item dicitur propheta a
cognicione futurorum dictorum et Christus
omnibus divina cognovit / Mathei xj°
Nemo novit patrem nisi filius
et divina cognita mundo revelavit
Et ideo propter sermones eius et doc-
trinam dictus est propheta . A turba
Johannis vij° / Cum audissent sermo-
nes eius dicebant hic est vere prophe-
ta . Et dicitur propheta conservator
revelatione . Et Christus plura secre-
ta tam cordium quam actuum reve-
lavit propter quod vere propheta dictus est
Nam cum mulieri samaritane
dixisset quinque viros habuisti et
alia plura secreta ipsa submoxit
domine ut video propheta es Johannis
iiij° / Quarta condicio est sublimitas
actionis que ostenditur cum additur
potens in opere . Christus potenciam
ad operandum confessa est Maria Luce
primo / Quia fecit michi magna qui
potens est etc. Unde ipse dixit Jo-
hannis x° / Opera que ego facio in
nomine patris mei ipsa testimonium
perhibent de me . Et ibidem Et si
michi non vultis credere operibus crede-
te . Sexta condicio est veritas predi-
cacionis de qua subinfertur . Et

sermone . Et merito Christus dictus est
potens in sermone . Primo quia
sermo eius habuit potenciam illumi-
nandi . Ideo quia est veritas Johannis
xviij° / Unde psalmista / Declaratio sermonum
tuorum illuminat etc. Secundo habuit
potenciam vivificandi quia est vita
ad Hebreos iiij° / Vivus est sermo dei
et efficax . Unde Petrus dixit
Christo Johannis vj° Domine ad quem
ibimus verba vite habes . Tercio habet
potenciam operandi quia virtus est
verbi Ambrosius libro iiij° de sacramentis
Sermo Christi operatorius est . Et Luce
iiij° dicitur / Sermo illius potestate
plenus est . Et Luce xx° Stupe-
bant in doctrina eius quia in pote-
state erat sermo ipsius . Septima
condicio est eiusdem gratia digna
submittitur coram deo . Aliquando
enim in sacris litteris hec signat recti-
tudinem intencionis Genesis xvij°
dictum est Abraham ambula
coram me et esto perfectus . Aliquando
rectitudinem cognicionis Genesis
xviij° / Intravit clamor eorum
coram me id est in mea noticia pre-
facti evidenciam . Aliquando sanctitatis
approbacionis / Genesis vj° Noe vero
invenit gratiam coram deo quia
rectitudine intencionis omnia refe-
rebat ad gloriam patris et certitudine
cognicionis patrem certissime cogno-
scens et a deo patre cognitus
et perfecti evidenciam . Ab ipso filius
demonstratus Mathei iij° / Hic est filius
meus dilectus . Et etiam sanctitate
approbacionis super omnes accep-
tatus cum non sit ei datus spiritus
sanctus gratie ad mensuram . Sed
de plenitudine de qua omnes accepe-
runt et accepit gratiam Johannis
primo / Octava condicio est eminen-
cia fame cum concluditur . Et omni
populo / fama enim sanctitatis sue
de Christo in populo eminebat ut
eum ipsum imitarentur ad sequendum ipsum

Unde Johannes viii. Diluculo Jhesus venit
in templum et omnis populus venit
ad eum. Predicaret etiam ad audiendum
eum. Luce xxi. Omnis populus suspe-
nsus erat audiens eum. Predicaret
in Jherusalem ad complacendum. Et
Luce xiii. Omnis populus gau-
debat in universis que gloriose fiebant
ab eo. Et non mirum quia ipse natus
erat ad gaudium et exultacionem
omnium. Unde angelus ait pasto-
ribus Luce ii. Annuncio vobis
gaudium magnum quod erit omni
populo etc. Et quis tradiderunt
eum summi sacerdotes et principes
nostri in dampnacionem mortis et
crucifixerunt eum. Et quis ideo
quam iniuste quam impie quam
crudeliter tradiderunt eum Pyla-
to. Deus pater tradidit eum ex pia
causa et iusta quia ex magna
caritate. Ro. viii. Qui eciam proprio fi-
lio non suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Christus
eciam tradidit semetipsum ex caritate
obediencia et pietate. Ysa. liii.
Tradidit in mortem animam
suam. Judas ex avaricia. Summi
sacerdotes ex invidia. Mathei xxvii.
dicitur de Pylato. Sciebat enim quod
per invidiam tradidissent eum. Et
in hoc gravatur ipsorum malicia
ex parte status. Quanto enim aliquis
tenetur non solum ex communi obliga-
cione alteri innocenciam conservare
sed eciam ex speciali commissione si
contra innocentem aliquid facit
gravior est malicia. Sed ad
summos sacerdotes et principes ra-
cione status et officii pertinet con-
servare iusticiam quia principes debent
esse custodes iusti. v Ethicorum. Igitur
tales tradentes innocentem in
mortem gravissime peccant.
Et dicit Lira im quamvis enim

illi essent mali tamen isti discipu-
li reputabant eos suos superiores
secundum illud prima Petri ii. Servi
subditi estote dominis vestris in omni
timore non tantum bonis etc.
Qui tradiderunt eum in dampnacionem
mortis id est ut dampnaretur ad
mortem. Unde Johannes xix. Nos
legem habemus et secundum legem debet
mori. Et crucifixerunt eum id est ad
peticionem et instanciam eorum
fecit eum Pylatus crucifigi quia
accusando et suadendo mortem
Christi procuratores ipsum intelliguntur
crucifixisse quia qui causam dampni
dat dampnum dedisse videtur.
Et ideo Marcus dicit Christum crucifixum
hora tercia. Johannes vero hora sexta.
Unde Augustinus. Quod inde fecit
lingua hora tercia milites hora
sexta manibus compleverunt.
Nos autem sperabamus quod ipse
esset redempturus Israel. Quasi di-
cerent hanc vestram sinistra speravimus
sed amplius non speramus. Et sperabant
quod ipse esset redempturus Israel scilicet
a temporali servitute Romanorum et
a spirituali servitute demonum et pec-
catorum. Eorum predictum erat. In
psalmo. Apud dominum misericordia et copiosa
apud eum redempcio. Et alibi
redempcionem misit dominus populo
suo. Et nunc super omnia tercia dies
est hodie quod hec facta sunt. Hec
dies resurreccionis a die scilicet quo
hec facta sunt id est a die passionis
quo passus fuit Christus et sepul-
tus quasi dicerent factum illud sic
ita notum quod non debuit te latere.
Et dicit Theophilus. Quod michi
videntur habere memoriam illius
ubi quod dixerat eis dominus se
tercia die resurrecturum tacent tamen
promissam resurreccionem timentes
eum cum loquebantur. Sed et

mulieres quedam ex nostris terruerunt nos que ante lucem fuerunt ad monumentum et non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui eum dicunt viuere. Et nota dicit non solum lacrimis et tristes sumus de eius passione sed etiam mutum et tristes sumus de audita eius post resurrectione quam mulieres nunciauerunt nobis. Et ideo dicit littera Sed et mulieres quedam scilicet maria magdalena. maria iacobi et Salomee. Et que cum ipsis erant ex nostris. hic vero dicit quia iste mulieres etiam discipule christi erant sicut et ipsi. Terruerunt nos dicit glosa de non inuento corpore plus mesticiam addiderunt illis quam de christi resurrectione gaudium quod veritate ipsis attulerunt. Et que ante lucem fuerunt ad monumentum quia cum adhuc tenebre essent Johannis xx°. Et non inuento corpore eius quia iam surrexerat non in nocte sed in ipso principio diei iuxta id ps. Exurgam diluculo. Venerunt eum quierunt de monumento vel propter imitationem eius gaudium vel propter preceptum angelicum dixit enim eis angelus Ite dicite discipulis et petro quia precedit vos in galilea. Vel propter premissum habetur Marci xvi° de visione angelorum. Videndum quod iste mulieres viderunt duplices angelos scilicet visione corporali et visione intellectuali seu intelligibili quia eos esse angelos cognouerunt. Cum dicant pluraliter loquitur quia duo fuerunt angeli in specie virorum propter testimonii sufficienciam quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Deutronomio xix°. Cum viue

ut supra dicitur Luce eodem. Et illud quid queritis viuentem cum mortuis. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum vero non inuenerunt. Et nota quod ex nostris scilicet petrus et Johannes ut patet Johannis xx°. Et nota currebant duo simul scilicet petrus scilicet et Johannes. Et Johannes citius precurrit petro et venit prior ad monumentum. Et hij duo discipuli sepe leguntur simul iuisse ut habetur Et Johannis xx°. Et Actuum iij° petrus et Johannes ascendebant in templum. Vel propter magnam familiaritatem et dilectionem vel propter misticam significationem. Per hoc enim significatur quod per duplicem vitam itur ad deum scilicet per actiuam que per petrum et contemplatiuam que per Johannem designatur. Vel ad designandum quod ad ambulandum et querendum deum prosunt bonum et meritorium notitia scilicet fidei cognitio que per petrum quia petrus agnoscens dicitur. Et gratie infusio que per Johannem designatur. Et nota Johannes interpretatur in quo est gratia vel gratia dei. Isti duo euntes ad monumentum inuenerunt esse vacuum sicut mulieres dixerunt lapidem scilicet reuolutum monumento vacuum et linteamina posita et sudarium quod fuerat super caput Jesu inuolutum et seorsum positum a linteaminibus Johannis xx°. Congruum enim fuit ut sicut dicit glossa in principio creationis primo loquela mulieris et per mulierem viro Ita modo bonus angelus primo per se ipsum loquitur mulieri tempore nostre reparationis ut a suo fermento tolleretur obprobrium illud quod per dolosa mediata fuit et ut reuelatio mulierum de christi resurrectione facta viris per testimonium virorum confirmaretur quia testimonium

muliebre est debilius quam virile
quia faciliores sunt ad credendum
audiens et ad decipiendum. Et
ideo serpens callidior cunctis animan-
tibus primo accessit et temptavit
mulierem sciens ipsam faciliorem ad
decipiendum. Et ipse dixit ad eos
O stulti et tardi corde ad credendum
in omnibus que locuti sunt prophete.
Stultos eos vocat quia credeb-
ant vitam morte detineri et
eum qui mortuos ad vitam revo-
caverat non revocatum ad vitam
et penis(?) suppliciis illum pe-
risse quem salvum homines existim-
abant. Unde prima ad Cor. i° dicit
paulus predicamus Christum crucifixum
iudeis quidem scandalum, gentibus
autem stultitiam. Item tamquam tar-
dos ad credendum eos redarguit
quia verborum domini que prius
dixerat et tercia die resurget quasi
erant obliti et immemores et
quia scripturis prius prophetantibus
Christi resurrectionem verbis angelorum
et mulierum non crediderunt. Hec
est homines ignorantes scripturas
maxime ad salutem necessarias
stultos adeo reputari. Nonne opor-
tuit pati Christum et ita intrare
in gloriam suam. Hec oportunitas opor-
tunitate(?) Christum pati pro
salute hominum sicut ipsemet asser-
uit Math. xvi° Et luce ix°
Oportet filium hominis multa pati
et reprobari a senioribus. Congruum
enim fuit ut sicut primus prevari-
cator appetendo sublimia totam
naturam infecit et a gloria est
deiectus ita secundus restaurator
patiendo obprobria sanaret naturam
et sublimaret in gloria. Et ideo
dicit apostolus ad Philip. ii° de Christo
humiliavit semetipsum factus obe-
diens usque ad mortem mortem
autem crucis, propter quod et deus
exaltavit illum. Et ideo dicit

ad hebreos ii° Videmus Ihesum propter passi-
onem mortis gloria et honore corona-
tum. Et iudicat(?) Christus insinuavit
quod sicut ipse patiendo intravit in
gloriam Ita et eius electi per passiones
ad gloriam pervenire debent. prima ad
Cor. iiii° Illud enim quod in presenti
est momentaneum et leve tribulacionis
nostre supra modum in sublimita-
te eternum glorie pondus operatur.
Et incipiens a moyse et omnibus
prophetis interpretabatur illis in
omnibus scripturis que de ipso erant.
Omnes enim prophete vel factis vel
verbis Christi passionem predixerunt
quorum prophetias Christus istis duobus
discipulis clare exposuit. Unde
Actuum iii° dicitur. Deus qui predi-
xit per os prophetarum omnium pati Christum
suum sic et implevit. Et in eodem
luce ultimo dicitur necesse est impleri
omnia que scripta sunt in lege
moysi prophetis et psalmis de me.
Et ideo dicit Erymus(?) de cassia de
libro xiii ca° viii°. Incipiens
ab adam usque ad ultimum prophetam
malachiam inclusive vel exclusive
satis plane declarat quomodo scripture
de Christo loquuntur et de eius passione
Et quomodo aliqua facta antiquorum
patrum Christi passionem prefigura-
bant. Et illud dimitto propter
prolixitatem materie. Et appropinqua-
verunt castello quo ibant scilicet
Emaus que condam fuit civitas
metropolis palestine insignis
et nobilis. Hec destructa fuit
per hostes postquam iudea subiecta
fuit romanis. Et ipse se finxit
longius ire ut magis incitaret
eos ad actum caritatis. Et dicit
glosa. Talem se exhibuit eis
in corpore qualis apud eos erat
in mente. Et quia(?) adhuc
in eorum cordibus peregrinus erat
a fide ideo se finxit longius ire

Sed dices ubicumque fictio est ibi
est duplicitas quia ipse est simpli-
citatis ergo in eo nulla fuit fictio
Dicendum quod quedam est fictio verbi alia
est fictio facti / Dominus autem non finxit
se longius ire hoc asserendo verbo
sed facto ab eis corporaliter discedendo
Et fictio facti aliquando fit propter
bonum finem et sic est licita Ali-
quando propter malum finem et tunc
est illicita / Finis autem fictionis
in Christo non fuit causa decepcionis
Sed ostensio veritatis fingendo enim se
longius iturum designabat quod ad-
huc longe erat a cordibus eorum
Et preterea eciam dedit occasionem
eis ipsum invitandi et cogendi
ad hospicium Hymo hic xiiii Cao
xxxo dicit / Quod illi discipuli ex
intencione ibant in castellum
Sed Christus ut illis innotesceret
se socium itineris fecit nichil sibi
in castello penitus erat quam
obviam finxit se longius ire
et ivisset omnino longius ab eis
presidem et corpore declinasset in
quam voluisset viam nisi ab eorum
esset pia caritate detentus ut
huiusmodi fictio notam habet peccati
atque delicti nec reprehensionibus
quorumdam hominum subiacet Sed Christus
novit omnia antequam fiant hiis
discipulis se tali pacto tacito socia-
vit ut si cordescerent amore in
eum auditis tam altis declaraci-
onibus scripturarum si essent hospita-
litatis fervidi amatores si homini
notitia peregrino ex caritate ut
notum fratrem susciperent ad hospi-
cium vel preparam fingit qui
vult hominem invitare aut scien-
cia coopiri Sed experiendo aptitu-
dinem captat dum non cupit aut
temptat decipere Sed incognitorum
dare secum fingit sepe presumentes

ut subiectorum suorum perpendat bonitatem
fingit magister ut noscat quid senciat
suus discipulus et ut eum am-
plius / fingit sepe virum primbim
ad iram dicere sibi quod portat in
volumus ut ipse fortius se teneat
Et coegerunt illum dicentes mane
nobiscum quoniam advesperascit et incli-
nata est iam dies / Hymo ubi sup-
ra / Ecce nunc quo cogitur Christus qui nul-
lis potestatibus subiacet Videte ipsi de-
tinebant eum piis precibus et
humilibus oracionibus Sicut Iacob
detinebat angelum dicentem sibi di-
mitte me aurora est Cui Iacob
non dimittam te nisi benedixeris michi
Gen xxxii / non manu aut alia
corporali potencia Iacob detinebat
angelum sed tantum humilibus
oracionibus et precamine Similibus
vestibus Moyses ligavat dominum
cum ipse dominus loqueretur sibi dicens
dimitte me ut irascatur furor
meus Exo xxxii / non ergo violen-
cia sed caritate atque pia oratione
Christus cogitur et tenetur / Dulcis
enim est violencia quam infert
sincerus amor Et colligit hic per
quod peregrini non solum sunt ad hospi-
cium vocandi sed eciam trahendi
exemplo Loth qui angelos venientes
Sodomam compulit opido / ut ve-
nit pernoctarent in hospicio suo
Gen xix / Et ideo dicit paulus
ad Hebr / hospitalitatem nolite obli-
visci per hanc enim quidam placuerunt
deo angelis hospicio receptis Solli-
cite autem specialiter tenentur clerici
qui sunt discipuli dei et maxime
Episcopi prima ad Thy iiio Oportet Epi-
scopum esse hospitalem De hac
materia legitur xlii dis. Inplicatio
et in C questionem Et viii q
prima Cum quidquid Et subiungi-
tur hic Quia advesperascit Cuius
ad noctis appropinquacionem / Et

inclinata est iam dies / quo ad diei inclinationem vel cessationem / Et nota quod hec advesperacio spiritualiter fit in anima per appropinquacionem ad culpam agravantem et elongacione a gratia Jeremie vi° ve nobis quia declinavit dies gratie / Et dicit Symon ubi supra Et quod necessaria est nobis Christi commansio quia dies nostra tendit ad vesperam et mane et vespere factus est dies unus et tota vita hominis mane fit et vespere Mane siquidem in luce virtutum ab oriente fidei sole consurgente vespere cum temptationum tenebris appropinquamus ut credimus fuisse aliquam vitam iustorum que temptationum et pugnarum saltem invisibilium vesperam non habet prudentium adversatur / Huius argumento rogandus est dominus ut nobiscum maneat ne cadamus Sepe namque mane floret viridis herba transiens cum aliquid debilitur (?) farinque (?) Et mane sepe florem in apparentibus bonis et transitoriis motibus nostris Sed vespere temptationis decidimus in peccata indurati consuetudine arescimus pereuntque (?) ... Ideo porrectum (?) qui novit ut nobiscum Christus maneat quia advesperascit et nos male apti huiusmodi vesperam sustinere nisi nos rogati atque coacti mansio (?) ... / Mane tempus est iuventutis vespere senectutis / Mane tempus est gratie vespere tempus est pugne / Mane conversionis vespere probationis / Mane ascensionis vespere descensionis / Mane clara cognicio vespere umbratica Mane nota
cognicio ... vespere cognicio ... / Mane cognicio in deo vespere in semetipso Et quod nobiscum sit advesperascit dies vite presentis maxime Christi mansio nobiscum fiet optima Egredimur

sepe lupi ad vesperam ut invadant greges omnium videntes ad causas caulas et querunt si aliquam invenerint separatam a grege subterfugientem pastorum oculos canum quod latratus quam cum invenerunt in corpus ... trahunt Et hii velociores sunt et eciam sub figura ... demones lupis vespertinis velociores esse dicantur Abacuk primo Et eos qui in regnum ... sit et iuste impositum deponunt et rumpunt vincula iustitie ut in nephandis labantur Lupus ad vesperam sepe vastat Jeremie v° Vnde cum talibus vespere fit satagandum (?) lucem et mane nobiscum quia sine ipso facere nonnumquam nec valemus Et tenetur dominus pius precibus ut vindicat ad gratiam ut luctator abstinuit Tenetur ne vastatur ad penam ut dixit Christus Moises fuit Tenetur ne illudamur ut dampna patiamur ad vesperam Et hii discipuli satagerunt Et intravit cum illis Ecce bonus hospes cum quo discipuli Christi venerunt omnia bona secundum illud Sapientie vii° venerunt michi omnia bona pariter cum illa scilicet cum dei sapientia Intrant aut tunc ianuis apertis nostri suam indigentiam sed eorum qui cum eo erant quia alii aliter intrare non poterant Et factum est cum recumberet cum illis accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis Recumbebat enim Christus cum illis sicut magister cum discipulis Et sicut prelatus cum subditis quod est contra abbates et priores qui raro vel numquam recumbunt cum subditis suis in refectorio Accepit panem tamquam paterfamilias ut secundum dominum suum illum distribueret sancte familie sue Et benedixit

sicut sacerdos vel ut. Et fregit sicut
providus dispensator sicut volens
unicuique partem suam distribuere et
porrigebat illis sicut minister qui
tenutus est cibos apponere. Et aperti
sunt oculi eorum et cognoverunt
eum. Augustinus in questionibus euangeliorum
non enim clausis oculis am-
bulabant sed inerat eis aliquid
quo non sinerentur agnoscere quod
videbant quod scilicet caligo vel aliquis
humor efficere solet. Beda. Cum
benedictum panem eis porrigit ap-
eriuntur eorum oculi ut eum cogno-
scant et removetur eorum impedi-
mentum quod a sathana in oculis
eorum erat ne cognosceretur ihesus. Et
hoc impedimentum permittit inesse
dominus donec ad sacramentum panis
veniatur ut unitate corporis
eius participata removeri intelligatur
impedimentum inimici ut christus possit
agnosci. Et nota quod isti discipuli
cognoverunt christum eo modo et con-
suetudine frangendi et benedicendi
panem. Unde legitur panem
fregisse et benedixisse pluries
primo in quinque panum ordinatorum
multiplicatione Iohannis vi°. Secundo
in septem panum distributione
quatuor milibus hominum Mathei xv°
Tercio in sui corporis consecratione
sub specie panis Mathei xxvi°. Et
Luce xxii°. Et quarto in discipu-
lorum suorum illuminatione ut hic
Quibus autem quatuor fractionibus
designatur quadruplex expositio
sacre scripture scilicet quadriformis
scilicet hystoricam tropologicam et
anagogicam. Et ipse evanuit
ab oculis eorum scilicet abstrahendo ab
eorum conspectu corporali suam pre-
senciam corporalem ut in membris corpo-
ris incipit apparere gloria resurrec-
tionis. Quinto ubi supra quamvis quo

evanuit. Videt scilicet per illud quod
valebat quod faciebat dote agilitatis
que donum est glorificati corporis ut
subito possit esse ubi velit et
se offerre vel auferre hominum membris
quando velit. Et dixerunt ad invicem
nonne cor nostrum ardens erat in no-
bis dum loqueretur in via et ape-
riret nobis scripturas. Et est nota-
bile quod eo amisso primo cognoverunt
bonum quod copiam eius habuerunt
Sicut et mater Thobie moritur
post recessum eius Thobias x°.
Et dixerunt cor nostrum ipse enim
solus est qui loquitur ad cor. Osee
ii°. Unde Augustinus cathedram habet
in celis qui corda hominum docet
interius. Ardens erat scilicet ardore ca-
ritatis. Unde dicit Glosa. Audito
sermone eius cor prius frigidum igne
spiritus sancti est accensum quod
enim preceptis domini instruimur
quasi tot facibus inflammamur.
Et non mirum quia verbum dei est
quasi ignis ardens et quasi mal-
leus conterens petras Ieremie xxiii
Ignis scilicet inflammans ad amorem
quando reducit ad memoriam audien-
cium dei precepta bona vel recipien-
da promissa. Secundo quasi malleus con-
terens petras incutiendo timorem
scilicet quando comminatur dampnatis futura
eterna supplicia vel perditorum
exempla ut diluvium Sodomitarum pu-
nitione precipitationem malorum an-
gelorum. Primum est ad inflammandum
tepidos et frigidos. Secundum ad fra-
gendum duros et obstinatos.
Secundo dicebat in via cor istorum
quia tamen divino igne incendebatur
ad hoc in uno verbo quod incedebant
et videbant dulcedinem christi ignita
eloquia scripturarum. Et surgen-
tes eadem hora regressi sunt
in ierusalem et invenerunt

congregatos undecim et eos qui
cum ipsis erant dicentes quod sur-
rexit dominus vere et apparuit Symo-
ni / Symon significatur e vehementer
eloquium dei quod ardenter diligit
suos dei significatur eloquium audi-
tur sedule ciborum ardentem atque
fervencium plenius fuit Statim
enim hic sunt appositus rene suus
postquam xpus cenavit Tanta
animi comestione corporali tunc
fecit obliti sunt corporalia spiritua-
libus iam refecti Repudiaverunt
corporis mensam pigriciam abiece-
runt Et eadem surgentes eadem hora
scilicet vespertina bona aliis innuitae
ut consolacio que illis per huius
visionem erat communia fieret cum
ceteris ipsorum relatione communis om-
nibus eis communicata est gaudia fidei
vere omnibus sociis Et regressi
sunt in iherusalem de qua fuerant prius
egressi Scilicet cum tristicia et diffi-
dencia sunt egressi cum leticia
et plenitudine fidei sunt regres-
si Igitur prius egressi diffi-
dentes de xpo perfidem gaudentes
hec Symon Et invenerunt con-
gregatos xi scilicet apostolos metum iu-
deorum ut patet Iohannis xx° Item
resurrectionis dominice gaudium
Et notat dicit xi quia Iudas
ab eorum consorcio recesserat
et Mathias nondum electus erat
Et eos qui cum ipsis erant scilicet
lxxii discipulos vel aliquos co-
eis vel aliquas mulieres eiusdem
religionis dicentes illis scilicet quos
congregatos invenerunt quod
surrexit dominus vere et apparuit
Symoni Sed hec exposicio non
multum videtur consonare inten-
cioni littere Et ideo aliqui exponunt
litteram sic Invenerunt undecim
dicentes ita quod dicentes potest atti-
casibus Sed cum prima exposicio
potest sustineri / Et ipsi illis

discipuli tangunt quatuor specialita-
tes resurrectionis dominice / Primo re-
surgentis seu resurrectionis xpi vir-
tutem ubi surrexit / non enim dicitur
resuscitatus quasi virtute aliena
Sed surrexit virtute propria per se / Ego
dormivi etc. Secundo resurgentis
gloriam ibi dominus non enim surrexit
ut primus scilicet servitute penalis
miserie sicut lazarus et sicut
dominus scilicet implenitudine potestatis
ceterum ultimo data est michi omnis
potestas Tercio resurgentis vitalem
veritatem non fantastice suscitatus sicut
Samuel ut impossibile ut lazarus
iterum moriturus Sed xpus resur-
gens ex mortuis iam non moritur
ad Romanos vi° Quarto resurrectionis
certitudinem ibi et apparuit Symo-
ni Cui inter omnes viros primo apparuit
Primo ut eius negacionis et cul-
pam indultam ostenderet ne despera-
ret Secundo ut eum ipso facto docer-
et qualiter suis subditis penitenti-
bus condescendere debet quantumcumque
peccassent Tercio ut peccatoribus
omnibus spem vite et venie
tribueret Et ipsi scilicet duo discipuli
ad maiorem certitudinem fratrum
de resurrectione xpi / narrabant
que gesta erant in via scilicet qua-
liter quesivit ab eis causam
tristicie eorum et quomodo increpavit
eorum duriciam et qualiter expo-
suit eis scripturas Et quomodo
cognoverunt eum in fractione pa-
nis quod scilicet viderunt eum fran-
gere benedicere et distribuere panem
sicut solebat facere inter disci-
pulos ante mortem suam etc
Feria tercia post pascha sermo

Dum autem hec loquentur
stetit Ihesus in medio eorum
et dixit pax vobis Hoc
ewangelium statim sequitur

precedens Luce xxiiii. Et dicit Dum
autem hec loquerentur scilicet duo discipuli
redeuntes ab emaus / vel sic Dum
autem hec loquerentur id est cum discipuli
inter se loquerentur de resurrectione domini
iam eis patefacta inimicabilibus et
apertis et absistis duobus ab emau-
us redeuntibus Stetit ihesus in
medio eorum / ut cunctis et apertius
ab omnibus videretur et ut promissio
sua ante passionem impleretur / Ubi
duo vel tres congregati fuerint in
nomine meo In medio ego eorum
stetit sicut sol in medio mundi
ad illuminandum Et sicut cor in
medio animalis ad vivificandum
Et sicut centrum in medio circuli ad
comprehendendum Et nota quod est apparicio
de qua loquitur etiam Johannes xx° dicens
Cum ergo esset sero illa die una
sabbatorum Et sequitur Johannes Tunc
Thomas non erat cum eis Lucas
autem dicit Et nota isti duo discipuli
de quibus dicitur in evangelio super proxi-
mo fuerant congregatos xi
discipulos ergo intelligendum est
sine dubio quod Thomas convenerat
antequam dominus eis hec loquentibus
apparet sicut dicit Beda super Lu-
cam Et dixit eis pax vobis
non pax temporis quam comparendi cum
multis tribulationibus et passi-
onibus quia omnes mei facti
sunt pro Christo Sed pax pectoris
et pax eternitatis / prima impleri
tria in festivo ... dicitur
Johannes xiiii° Pacem relinquo
vobis scilicet impleri pacem meam
scilicet eternitatis que est specialiter pax
mea do vobis id est cito dabo post
hanc vitam quasi diceret tamen
securi sitis de illa pace habenda a
me ac si iam haberetis eam vo-
bis / de prima pace dicitur Ad philippenses
iiii° Et pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda

vestra et intelligentias vestras in Christo
Ihesu Et psalmus Audiam quid
loquatur in me dominus quoniam loquetur
pacem in plebem suam Super ergo
dicit Augustinus Clarevallensis dominus in illo
pacem et mundus faciebat sibi
strepitum foris / Consolens ergo se
aliquantum a strepitu mundi et
convertens se a se et ad se illum cuius
vocem audiebat intimus quasi
abstruans aurem suam pacem ha-
bebat pectoris Ego sum nolite
timere Et dicit Ego sum vere per
essentiam non per apparitionem
Exo iii° Ego sum qui sum Nolite
timere nec me tamquam mor-
tuum quia vivus sum et vera
vita hominum meorum surrexit Apocalypsis
primo Fui mortuus et ecce sum
vivens nec aliquem tyrannum
qui non potest occidere nisi corpus
solum Matthei x° Nolite timere eos
qui occidunt corpus animam
vero occidere non possunt Sed potius
eum timete qui potest et animam
et corpus mittere in gehennam
nec aliquod mundi periculum Johannes
xvi° In me solum pacem
habeatis In mundo pressuram
Sed considerate quia ego vici
Conturbati vero et conterriti existima-
bant se spiritum videre dicit Glosa
Credebant apostoli sed tamen turba-
bantur primo propter hoc quia paucorum
opinionem sua maioris partis
conclusit deinde petrus si credidit
turbari tamen potuit quod Christus
ianuis clausis cum corpore suo et
vestibus per impulsu se infu-
dit et repente intravit et
coram eis stetit Et ergo dicit
littera / quod erant conturbati scilicet per stuporem
et admiratione et conterriti per timo-
re quodam naturali et horrore quo
omnes abhorrent mortuos Et

existimabant perterriti se spiritum videre
Et dicit glosa Noverant discipuli
christum fuisse verum hominem cum quo
tanto tempore erant conversati in mundo
Sed quia mortuus erat non
crediderunt tercia die potuisse veram
carnem de sepulchro / putant
ergo se videre spiritum quem emisit
in passione Et dixit eis Quid
turbati estis et cogitationes ascen-
dunt in corda vestra / Hic aufert
dominus errorem eorum et ingerit
consolationem et dicit Quid id est
qua de causa turbati estis / Et
cogitationes ascendunt quasi
ab inferiori tamquam fece et fan-
tastice non desuper scilicet de celo descen-
dentes / Et nota quod fantasia est
vis anime inferior et quandoque vera
et quandoque non vera Intelligentia
vero est vis anime superior et
semper vera / Patet ergo quod dicit
ascendunt scilicet tamquam ab inferi-
ori innuebat quod cogitationes
ille erant fantastice et false
Unde Beda super Lucam Carnales
cogitationes nisi fece morbide
et perniciose / Periret enim christus fruc-
tum passionis si non subsecuta
fuisset vitalis resurrectionis quasi
christus tamquam bonus agricola
diceret discipulis quod ego in vobis
plantavi hoc reperio non spinas
quas non plantavi / Desuper venit
descendit fides quia desuper est
/ Cogitationes autem iste non
descendunt sed in cordibus vestris
sicut mala herba ascendunt
Videte manus meas et pedes
meos quia ego ipse sum / Et
hic dicit apostolus cicatrices voluerit
quas retinuerat in manibus et
pedibus apparere etiam dixit
Thome infer digitum tuum huc
Johannis xx / Ego ipse sum quasi
diceret per has cicatrices considerate
quia ego ipse sum ille qui passus

sum pro vobis et resurrexi / Unde Beda
non autem sine causa manus suas
et pedes potius quam latus quod
eciam noverant eos videre et re-
cognoscere iubet / Sed ut visis cla-
vorum signis quibus tenuerat
affixus non solum corpus esse
quod viderunt / Sed et ipsum quod
sui corpus esse quod cruci affixum
noverant intelligere possent
Unde beatus Johannes huius dominice appa-
ricionis memoriam faciens latus
quoque suum quod lancea fuerat
revelatum discipulis eum ostendisse
perhibet ut quo plura nossent
novissime passionis ac suscepte
mortis indicia cognoscerent
eo citius patratae iam resurrectionis
ac devicte mortis fide gauderent
palpate et videte quia spiritus
ossa et carnem non habet sicut
me videtis habere palpate quo ad
tactum qui sentit per medium coni-
unctum Et videte quo ad visum
qui sentit per medium extrinsecum
Quia spiritus carnem et ossa
non habet Unde dicit Beda super
Lucam Et idem Glosa / Ordine
multis documentis dominus persuadet
resurrectionem suam prebendo se
et oculis videndum et manibus
contractandum qui dum palpanda
ossa discipulis et carnem quod monstrat
statum sue et nostre resurrectionis
signat / In illa enim resurrectione
gloria erit corpus nostrum subtile
per effectum spiritualis potentie / Sed
palpabile per veritatem nature
/ Erit enim nostra resurrectio vera sicut
resurrectio christi in carne et ossibus
Job xix / Credo quod redemptor
meus vivit super quo dicit Gregorius
xiiii moralium dominus resurrectionem quam
in se ostendit nobis promisit quia
gloriam capitis secuntur membra
Redemptor ergo meus suscepit mortem
ne nos mori timeamus ostendit

resurrectionem ut nos resurgere posse
confideremus Et cum hec dixisset
ostendit eis manus et pedes i. cica-
trices manuum et pedum quas dominus
resurgendo potuit sanare Sed voluit
eas reservare propter plures causas secundum
glosam ordinariam Prima ad fidem
resurrectionis astruendam Per cica-
trices enim patebit quod erat idem
idem corpus quod prius fuerat et
postea resurrexit Secunda ut pro
nobis supplicans quale genus
mortis pro homine pertulerit semper
ostendat ut sic eum vehementius
et efficacius ad miserendum mo-
veat Unde Bernardus Mater ostendit
filio pectus et ubera Filius patri
latus et vulnera ubi nulla potest esse
repulsa ubi tot amoris concurrunt
insignia Tertia ut apostolos et alios
ad compassionem et ad gratiarum
actionem magis provocaret Quarta
ut in iudicio quam iuste damp-
nantur impii denunciet Quinta ergo
omnipotencia curandi corporis cica-
trices sanavit sed ut perpetue victo-
rie conniceat triumphum Adhuc
autem illis non credentibus et mi-
rantibus pre gaudio dixit Habetis hic
aliquid quod manducetur Adhuc
illis non credentibus scilicet perfecte im-
probabant cum aliquantulum crede-
rent sed nolebant perfecte acquiescere tam-
quam scientes illud Ecclesiastici xix°
Qui cito credit levis est corde et
hoc expediebat ad confirmacionem nostre
fidei Unde Gregorius minus michi ma-
ria magdalena prestitit que cito
credidit quam thomas qui diu
dubitavit ille dubitando vulnerum cica-
trices tetigit et de nostro pectore
dubium dubietatis amputavit
Et mirantibus scilicet de tanta novitate
hec enim sunt mirabilia testimonia
domini propter suam resurrectionem
probant apostolis mirabilia testimonia
tua domine pre gaudio scilicet putre

ipsi Sancti enim fuerunt discipuli visio
domino Johannis xxi° Deinde dixit eis
Habetis hic aliquid quod manducetur
dicit Glosa ad insinuandum veritatem
resurrectionis non solum tangi sed
etiam cum eis comedere voluit non
ideo quod ipse vel nos post resurrectionem
cibo indigere debeamus sed ut se corpus
verum et vivum et non solum spiritum
habere monstraret Et id manducat
potestate non necessitate Aliter enim absor-
bet terra aquam siciens Aliter radius
solis calens Ille indigencia iste
potestate Et illi obtulerunt ei partem
piscis assi Cuius forte tamen aliam
partem comederunt ut pro hoc de pi-
tate cibi et messoris ea noces
essent Et favum mellis Glosa
sunt autem hec duo competenter
oblata scilicet pars piscis assi et favus
mellis Christus enim erat piscis assus
per nature humane passionem Unde
dicit Glosa Et est dictum Gregorii
piscis assus ipse est mediator passus
Christus enim latere dignatus est in aquis
generis humani Capi voluit laqueo
mortis nostre et quasi tribulacione
assatus est tempore passionis sue Sed
qui piscis et assus fieri dignatus
est in passione favus mellis nobis
extitit in resurreccione Hic est
favus mellis more leonis re-
pertus per divine nature dulcedi-
nem Iudicum xiiij° Et id Christus
qui in pisce assato signavit tri-
bulacionem passionis sue in favo
mellis ostendit nam corpore
voluit persone sue. Favus quip-
pe mellis in cera est Mel vero
in cera est divinitus in humanitate
Et in sua Cum asso pisce favus
sumitur quia qui hic afflictionem
pro veritate susceperint illic dulce-
dine vera saciantur Et cum
manducasset coram eis sumens
reliquias dedit eis et dixit ad

eos commendaret coram eis ad ma
iorem certitudinem sue resurrectionis
et ut ipsi essent illius testes
et de visu / Et dedit illis reliquias
ad maiorem certitudinem et approba
cionem vere comestionis et quod
in veritate totum residuum man-
ducasset / Et dixit ad eos ut pro-
baret suam resurrectionem quantum ad
auditum secundo comprobauit eam supra
quantum ad visum tactum et gustum
Hec sunt verba que locutus sum
cum adhuc essem vobiscum / Hec
sunt illa i. res verborum / verborum
enim quedam dicuntur voces quas profe-
rimus quedam dicuntur res quas per voces
significamus Que locutus sum
ad vos supra xviii° capitulo Ecce ascen-
dimus Jerosolimam et consummabuntur
omnia que scripta sunt de filio
hominis per prophetas Tradetur enim etc.
Cum adhuc essem vobiscum i.
in vita mortali in qua estis
et vos et ante passionem meam
insinuaciam Eciam angeli comprobauerunt
mulieribus resurrectionem domini
dicentes eis quem queritis viuen-
tem cum mortuis non est hic sed
surrexit Recordamini qualiter lo-
cutus est vobis cum adhuc in Ga-
lilea esset dicens quia oportet
filium hominis tradi in manus homi-
num peccatorum et crucifigi et tercia die
resurgere Supra eodem capitulo quo-
niam Vnde dixerunt hec mulieres
quoniam necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege moysi
et prophetis et psalmis de me
Necesse est non necessitate coacti-
onis sed immutabilis ordinacionis
impleri i. per effectum exhiberi
omnia que scripta sunt Amen vo-
Amen dico vobis donec transeat celum
et terra iota vnum aut vnus
apex non preteribit a lege donec
omnia fiant In lege moysi et
prophetis et psalmis In hiis enim
tribus totum veteris testamentum

comprehenditur. Lex enim est liber man-
datorum prophete liber reuelacionum
psalmi liber oracionum Lex moysi i.
penthateucus docet quid operandum
sit prophete quid credendum psalmi
docent impetrare graciam ad vtrumque
scilicet ad bene operandum et ad recte
credendum Tunc aperuit illis
sensum ut intelligerent scripturas
Tunc scilicet post visum post tactum post
commendacionem legem Aperuit illis
qui prius erant obtusi sensum
ut viderent et legem intelligerent
Et iam ab apostolis de lege
edocti legem intelligunt Iudei vero
non usque in hodiernum diem quia
non habent sensum apertum vnde dicit
apostolus ad Cor. iii° capitulo vsque
vsque in hodiernum diem cum legitur
moyses velamen est positum super
cor eorum Cum autem conuersus
fuerit i. populus iudaicus ad dominum
auferetur velamen Gregorius libro
xviii° capitulo xv° dicit super scripturas
exponendo de se ipso in itinere ipse
dominus interpretatus est Venit ad
intelligendum illas absque expo-
sicione aperit intellectum Tunc
primus apertus est interior hominis
sensus cum se non cognoscit quia
super quem hominum sensum sibi
aut alii demonstrantur perdidit
omnino intelligere donum doctrine
collata prius potius etiam doc-
tore non indiget qui ut intelli-
geret donum diuina suscepit Et quidem
et in hiis que tradimus interior
spiritus sanctus intelligendi graciam
prebet Vbi enim intimus sonaret
vox ipsa docentis Sanctas quip-
pe scripturas velatas magnis
misteriis ipse nemo conspicit nisi
singuli ad esset intelligencie
donum Et in veteri testamento legimus
quod pluribus ut intelligerent
sensum aperuit Ioseph cum esset

ncarare ut somnia somnian-
cium intelligeret habet dona suscepit
Et eductus de carcere interpretatus
est magni misterii somnia pharao-
nis / Danieli etiam dedit intelli-
genciam ut somnia et visiones
apte cognosceret Solus deus potest
sensum hominum aperire et alta intel-
ligendo conspiciant non autem
omnibus donum intellectum aperit
sed hiis qui non avulsi sunt a sece-
laribus suis et delectacionibus pri-
mis Sicut enim dominus per ysaiam dicit
xxviij° Quem docebit scientiam
et intelligere faciat auditum ablac-
tatos a lacte avulsos ab uberibus
Ecce enim que dantur et quibus
et pro tempore atque loco respuat quod
diu erant usque filii in egipto
ut intelligerent sensum eius non
aperuit quo usque illos divisos ab
impiis sub ducatu in manu mo-
ysi predicta transduxit unde quod
deuteronomio xxix° capitulo Et non dedit vobis
dominus cor intelligens et oculos vi-
dentes et aures que possent au-
dire usque in presentem diem Malorum
quippe societas sepe facit dona
deserere divina Et loca deliciarum
incolas suos divinis muneribus
privavit dissentaciones amalis et
aggrestis hominum vita hominum priv-
avit intelligenciam arcanorum
Et iuste peccanti dedit dominus cor
intelligens salomoni Et ubi sal
natorum sensum cor ad clare intelli
gendum aperuit optimatem
suorum iniusticia in ratione gestorum
secutus adiuvit Tercium sic
scriptum est Et sic oportebat pati
christum et resurgere a mortuis die
tercia et predicari in nomine eius
penitenciam et remissionem peccatorum
in omnes gentes / Sic scriptum est
danielis ix° ubi dicitur / post ebdoma-
das lxxij° occidetur christus et

non erit eius populus qui eum ne-
gaturus est Et resurgere a mortuis
tercia die / Osee vj° [illegible]
vivificabit nos post duos dies
dies in die tercia suscitabit nos et
vivemus in conspectu eius Et dicit
a mortuis i. a loco mortuorum
i. a sepulchro quo ad corpus a limbo
no quo ad spiritum Et predicari in nomine
eius / quia non est aliud nomen
datum sub celo hominibus in quo op-
teat nos salvos fieri Actuum iiij°
penitenciam scilicet corde homines cuius solius
est peccata dimittere vel penitenciam respectu
actualium peccatorum / Et remissionem
peccatorum / tam actualium quam
originalium / in omnes gentes Non
in una gente tantum quia non
est acceptor personarum apud deum
Sed in omni gente qui timet
deum acceptus est illi Actuum x°
Ideo dominus mittens discipulos suos
ad predicandum ait illis Euntes
in mundum universum predicate
ewangelium omni creature Marci ult°
Incipientes ab ierusalem i. a populo
iudaico Et hoc propter plura / primo
propter ipsius iudaici dignitatem quia
eius fuit lex et testamentum et
promissiones ex quibus christus secundum car-
nem natus est Ad Romanos ix°
Secundo propter dandum inferioribus
spem venie certissimam / Unde Glosa
ut omnes variis erroribus imp-
licate ad spem venie provocent-
ur cum dei filium crucifixerunt ve-
niam datam Tercio propter predicacionis
ubi de maiorem auctoritatem quia
in ierusalem erat studium legis Et
dicit ysaias ij° / De syon exibit lex
et verbum domini de ierusalem Ideo enim
erat civitas studii magistri et
sacerdotum Et ideo christus quibusdam
personis suis dixit nesci-
ebatis quia in hiis que patris mei.

sunt oportet me esse. Dominica iiii post octavas pasce
de sancto Georgio et Adalberto
Ego sum vitis vera. Johannis
xv° in principio. Ideo Christus
dicit se vitem propter vinum quia
verum vinum produxit. Genesis penultimo.
Lavabit in vino stolam
suam et in sanguine uve pallium
suum ligans ad vineam pullum
suum et ad vitem asinam suam.
Hec vitis plantata fuit in monte
utero virginalis que virgo fuit
alta permanentia vite arida in
sine amore carnalis concupiscentie
et soli opposita pro abhundancia
gracie. Vitis enim plantata in loco
alto arido et soli opposito prosperum
fructum affert. De hac vite per
illud Ecclesiastici. Ego quasi vitis
fructificavi me vitem in qua tres
propagines erant. Tercio mundo ista
sancta deitas sanctissima. Ex
hac vite tres liquores emanant:
sanguis aqua et lacrima. Sanguis
ad redempcionem aqua ad re-
generacionem et lacrime ad iustifi-
cacionem. Homo enim per peccatum
erat servus hostis inmundus et
dei inimicus. Tria igitur erant
sibi necessaria ideo de hac vite emanat
liquor sanguinis ad redempcionem.
Prima Petri primo. Non corruptibili-
bus auro vel argento redempti
estis sed precioso sanguine agni in-
maculati. Sed secundo erat in-
mundus. Ideo ex hac vite emanat
liquor aque salutaris ad eius
regeneracionem et mundacionem. Cerca
enim aqua que de latere Christi per
suam passionem emanavit bapti-
smus virtutem regeneratinam et
mundativam accepit. Ad Ephesios v°.
Mundans eam scilicet ecclesiam qua
diligit lavacro aque in verbo
vite. Sed quia erat inimicus
emanavit liquor lacrimarum ad iu-
stificacionem. Cum enim Maria Magdalena

lacrimis suis sibi iustificacionem obti-
nuit. Multo forcius Christus pro nobis
et lacrimis suis pro nobis supplicat
patri tum clamore valido et lacri-
mis et exauditus est pro sua reveren-
cia. Ad Hebreos v°. Sed dicit ali-
quis videtur quod vitis dicatur
de Christo similitudinarie sicut leo
lapis ergo non videtur bene dicere
Ego sum vitis vera. Sed per omnes solucio
dicit Augustinus. Et nota quod addens
vera ab illo se distinxit cui dicitur
quomodo conversa es in amaritudinem
vitis aliena. Jeremie ii°. Dicit
se ergo Christus vitem veram ad litteram
ad differenciam synagoge que labrusca est
et vinum amarum protulit dominum
salvatorem spinis coronavit. Dicitur
ergo Christus vitis vera non tantum
per similitudinem sed quia non aliena
Christus enim de quo vinum habet actum
vitis vera. Vitis dicitur. Sed syna-
goga non. Et pater meus agricola
est non tantum qui exterius colit sed
qui interius auget et dat incre-
mentum. Prima ad Corinthios iii°. Ego
plantavi Apollo rigavit deus
autem incrementum dedit. Et ideo
dicit Augustinus de verbis domini. Colimus
enim deum et colit nos deus.
Sed nos sic deum colimus ut
eum non meliorem faciamus
colimus enim eum adorando non
arando. Ille autem nos colens
meliores nos reddit. Cultura
ipsius est circa nos hec quod
non cessat suo verbo extirpare
mala semina de cordibus nostris
aperire cor nostrum aratro sermonis
sui plantare semina preceptorum
in cordibus nostris et expectare
fructum pietatis. Dicitur ergo pater
celestis agricola sive cultor
vinee quia curam adhibet circa
palmites quosdam igni depu-
tat quosdam purgat. Omnem

palmitem in me qui non fert fru-
ctum tollet eum. Math. iijo Iam
securis ad radicem posita est. Omnis
arbor que non facit fructum bo-
num excidetur et in ignem mittetur.
Unde Crisostomus li. viijo c. viijo Vitis
christus est cuius palmites sunt
omnes fideles eius. Sed palmes
que non fert fructum conscia vite
digna in morte ab ipsa tolletur
velud ramus siccus ex arbore
presciditur quia vena latens hu-
moris qui ab arbore ramos in
ramos diffunditur in primitus
truncata est ne diffundatur. Fructum
vero ferens curabitur in arbore
atque purgabitur ab impertinentibus
et amaculosis ut fructum plus
afferat non solum in quantitate sed
etiam in preciositate. Decet enim ex
ista mundissima vite ramos mun-
dos procedere atque fructum emanare
mundissimum aptum regno celorum.
Et sic vinee isti statui cultura con-
dit. Nota tria genera palmitum
colliguntur ex verbo isto. Quidam
sunt viti adherentes sed non fructi-
ficantes. Et sunt hii qui manent
in christo vite per fidem sed non fructi-
ficant per operationem. Et isti peni-
tus separabuntur a societate christi
et consorcio sanctorum per finalem
sententiam de quibus hic dicitur. Om-
nem palmitem qui in me ma-
nentem per fidem non fert fruc-
tum scilicet per operationem tollet eum
qui pater meus id est ab eorum consor-
cio separabit. Math. xxvo Separabit
eos ab invicem sicut pastor se-
parat oves ab edis. Et Math.
xiijo Exibunt angeli et sepa-
rabunt malos de medio iustorum.
Item quidam sunt palmites
qui christo adherent per fidem et
operationem istos purgat ut am-
pliorem fructum reddant. Unde

sequitur ibidem. Et omnem qui fert
fructum purgabit eum ut plus
fructum afferat. Purgabit scilicet per
primam penitentiam. Johannis Io Si confe-
ssi fuerimus peccata nostra fidelis et iustus
est ut remittat nobis peccata
nostra et emundet nos ab omni iniqui-
tate. Item purgabit per passionem.
Unde dicitur in psalmo. Quoniam
probasti nos deus igne nos examina-
sti sicut examinatur argentum.
Cui concordat Bernardus super Cantica
dicens mens posita in temptatione
tribulacionum considerat quod a virtute
sue pristina soliditate repellitur
timet sollicite trepidat ne quod
esse dudum ceperat funditus amit-
tat. Tunc gravi temptationi re-
sistere satagit inquirit et qualiter
eam debellare iam valeat princi-
pibus elaborat. Tunc arripit
gladium orationis fletum compunctionis
et sic eam debilitat et de ea glo-
riose triumphat. Et ita tunc fit
ut mens que pigra et infirmi-
da prius iacebat in prosperitate iam
fortior et uberior ad fructificandum
assurgat in adversitate. Et de
ista purgatione dicitur Malach.
iijo Et purgabit filios Levi.
Sic purgandi sunt filii levitici
conformes filii Babilonis. Tercio
purgat per fidem. Unde sequitur
Iam vos mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis. Iste sermo
sermo fidei qui purificat creden-
tes. Actuum xvo fide purificans
corda eorum. De quo sermone lo-
quitur Bernardus super Cantica dicens
O quam bonus sermo iste qui la-
vat intrinsecus sordes qui intentio-
nibus purificat actiones qui
vulnera sanat cicatrices consoli-
dat. Corpora preciosus thezaurum
qui sit sermo possessorem scilicet
ditare ut unum de consortibus

innocentum consortem efficiat ange-
lorum. De quo sermone etiam loquitur
Cirillus xiii° capitulo viii° dicens: Fa-
cile ablutionis verbum mundatorium
suavem purgatorem salvator
admittit pro suorum salute fidelium
ut ablueret aqua sanctificata per
verbum mundaret ecclesiam. Sermo
bonus abstersione malorum
et totius mundicie complementum
purgatorem facit patri agrico-
la. Sanctificavit denique spiritus
sanctus. Quis igitur ab au-
dicione sermonis eius absfugiat
si fideliter et humiliter audien-
tes emundat. Verbum enim est alius
sermo quem quatuor celi novum
conscripserunt quia ille qui lo-
cutus est Christus qui sermo usque
ad finem seculi erit in promulga-
tione ut sit in audicione que
qui in fide accommodant audient ab
auditu malo non timebit. Ma-
nete in me et ego in vobis.
Augustinus. Ita sunt in vite palmi-
tes ut viti non conferunt sed
inde accipiant unde vivant.
Ita non vitis sed in palmitibus
ut vitale alimentum subministret
eis non sumat ab eis. At post
et manentem in se Christum habere
et manere in Christo utrumque discipulis
prodest non Christo. Nam precisso palmite
potest de viva radice alius
pullulare. Qui autem precissus
est sine radice non potest vivere. Be-
dam [illegible] super [illegible]. Quod
aliud est manere in illo [illegible]
[illegible] est in porta. Tercio est in illo
seculo / quatenus in nobis manere
in illo est ille soli adherere ad
herere ipsum toto corde diligere
et illius precepta mandatibus
servare et cum amore non [illegible]
re / Et in fine manere cum illo
est esse ubi est ille in regno in
gloria feliciter gaudere. Et in [illegible]-

non presentari regnare illum fa-
cie ad faciem contemplari. Sic
faciunt sancti angeli et omnes
sancti / Manet autem iuxta eum
et non cum eo vel in eo qui non
est in via spei fidei et caritatis
sed in via erroris qui non est in
via precepti sed in via peccati. Iste
enim quamvis non sit in Christo vel
cum Christo tamen iuxta Christum est
quamdiu sit errorem deserere
et in Christo possidere spem et cari-
tatem. Sed in via errore vacat
gratie gratum facere liberum fa-
cere liberum arbitrium ad diligendum
illud quod voluerit ad bonum di-
gere. Primum autem longe ab eo
est per summam dampnacionem cum
abyssus recessisse. Maneat ergo
in illo ut fructum boni operis
facere mereatur. Alius enim nisi
manseritis in illo fructum
boni operis omnino facere nequimus.
Unde sequitur textus. Sicut
palmes non potest fructum a
semetipso nisi manserit in vite.
Sic et vos nisi in me ma-
seritis. Crisostomus ubi supra. Declarare
clarior est sua assumpta simili-
tudine quod palmes precisus
a vite fructum ferre non potest
quia precissus in fusione perstrinxit
quam vitis faciebat in palmi-
te. Sic qui precisus est a Christo
fructum dignum generare non
potest qui cum sint unum vitis
et palmes divisio est in unitate
non est et unitas cum multipli-
citate accepta et redit cum qua-
litas sive amplius unitatis
deserit nulla fructificandi
virtus adest palmite nisi
manserit in vite. Sic nulla
virtus ad bonum nisi maserint

in xpo et nisi manserit xpus
in eo. Arescet enim ista recepta
fructificatione in multum facit non
xpo sed ex xpo homo ... quo
circumscriptus enim fructus bonorum operis
ab illa radice procedit et ab eo
qui nos sua gratia liberavit et
suo auxilio provehit ut fructum
plus afferre valeamus. Et ideo eum
repeticione et superiorum explana-
tione subdit: Ego sum vitis et
vos palmites. Qui manet in
me et ego in eo hic fert fructum
multum. Qui manet in me
credendo obediendo perseverando et
ego in eo illuminando subveniendo
et perseveranciam dando hic scilicet
et non alius fert fructum multum.
Et ideo manere in me tamquam
in fructuum origine et radice.
Etsi enim est possibile xpo per fidem
non adherere et tamen operari fructi-
ficare. Et ideo sequitur: Quia
sine me nichil potestis facere. Et
hoc ideo dicit, secundum Augustinum, ne aliquis
crederet saltem aliquem parvum fruc-
tum spiritualem palmitem posse
ferre a semetipso. Quia nisi palm-
es in vite manserit et vixerit de ra-
dice quantumcumque etiam parvum fructum
a se ipso ferre non potest. Si quis in
me non manserit mittetur foras
sicut palmes scilicet a vite separatus
et extra vineam proiectus. Sic
malus christianus privatur ab unitate
ecclesie. Ipse ultimo foras tamen
veneficii et impediri et sic non
faciet fructum. Et ideo subiungit:
Et arescet privatione humoris
gratie. Et colligent eum et
in ignem mittent et ardet.
Ardebit enim proiectus de vinea domini
et non vobis punitionem pene.
Hec autem nota quatuor mala
que illi conferuntur qui non ma-
nent in xpo vite. Primo quod precise
potata et eradicantur. Mt xv°.

Omnis plantatio quam non plantavit
pater meus celestis eradicabitur.
Secundo quod arescunt. Mt xxi° dixit
dominus ficulnee in qua non invenit
nisi folia tantum: numquam ex te fructus
nascatur. Tertio quod tollantur per ange-
los. Mt xiii° Colligent de regno
eius omnia scandala. Quarto
quod igne comburuntur. Ezechiel
xv° Fili hominis quid fiet de ligno
vitis ex omnibus lignis nemorum
que sunt inter ligna silvarum?
numquid tolletur de ea lignum ut
fiat opus aut fabricabitur de ea
paxillus ut dependeat in eo
quodcumque vas? Ecce igni datum
est in escam. Hec ille. Colligitur
tamen genus palmitum quia
sunt quidam palmites qui in
in vite manent per fidem ut fructi-
ficent per operacionem. Istos dominus
combustione deputat infernali.
Unde Augustinus super Johannem: unum
de duobus palmiti convenit aut
vitis aut ignis. Si in vite non
est in igne erit. Ut ergo in igne
non sit in vite sit. Nullus ra-
mus alicuius arboris ita utilis
est sicut palmes si viti adhe-
serit et homo nullus utilis est
si adheret xpo. Si non et non adheret
peior est omnibus creaturis quia
ad nichilum valet nisi ut eternali-
ter comburatur. Unde Crisostomus ubi
supra: Videamus supportatam pecca-
torum, videamus supportatam divine
iusticie severitatem. Si manso per fidem
et dilectionem non sit in xpo, sua
culpa supposita mittetur foras.
Anathema erit a xpo et ecclesia.
Ecce ordinata iusticia divina.
Arescet ab omni virtute et ab
omni gratia ut velud lignum ari-
dum aptius ardeat. Et ardens
homo colligetur inevitabiliter,
mittetur in ignem, ardebit eternaliter,
non tamen ad consumacionem ne penam
finem habeat. Si manseritis in me

et verba mea in vobis manserint
quodcumque volueritis petetis et
fiet vobis. Et verba mea in vobis
manserint non sicut illis de quibus
dicitur Math. xiii°. Ad tempus
credunt et in tempore temptacionis
recedunt. Sed sicut illis de quibus
in psalmo: Qui servant testimonia
eius et memores sunt mandatorum
ipsius ad faciendum ea. Quod-
cumque volueritis petetis et fiet
vobis. Unde Johannes xv° dicit: Si
quis voluntatem dei facit hunc
exaudit. Et dicit Bernardus libro
xii° [illegible] Manens in Christo
per veram fidei adhesionem qua
nulla maior et per veram dilectionem
qua nulla melior et per unitatem
qua nulla securior sicut ait prima
Johannis ii°. Qui dicit se in Christo
manere debet ut Christus ambulavit
et ipse ambulare. Cui mansioni
voluntarium redditur premium et
exaudicio peticionis debetur. Sic
manenti in Christo adiutorium et subsidium.
Quodcumque volueritis petetis et
fiet vobis. Et solent verba premis-
sa considerantur restringitur peticio
tue iusta exaudicio porrigitur.
Si in me manseritis non aliam
formam petendi habebitis quam
ego porrexi patri meo cui om-
ne meum et omnem peticionem sub-
didi voluntatem. Et si verba mea
in vobis manserint que doctrinalia
sunt ipsa docebunt quid honestum
quid iustum quid delectabile quid
iocundum quid utile quid licitum
et expediens datori dare quid
postulanti dignum accipere videatur.
Et non sane dictum est quodcumque
volueritis petetis et fiet vobis et si non
illico [illegible] tamen cognosco et si non
quod petimus fiet tamen utilius.
Nam etiam discipuli Christi non
recte petentes audierunt: Nescitis
quid petatis. Et apostolus
inquit: Quid oremus nescimus
Sed ipse autem spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus etc.

De sancto Philippo et Jacobo sermo

Non turbetur cor vestrum neque
formidet. Johannes xiv°. Dixit
Jhesus discipulis in cena
[illegible] a vobis vadit me. Et
post turbati sunt omnes excepto
proditore quo egresso consolabatur
reliquos dicens: Non turbetur cor
vestrum quasi diceret quod nullus istorum
ad quos tunc loquebatur proditore
absente hoc facturus erat. Item
dixerat Petro ter me negabis
ex quo quilibet poterat formidare de
se ipso ne negaret magistrum et domi-
num. Augustinus. Unde Cirillus super Johannem:
decens erat eos audientes hoc
valde turbari. Si enim vertex et
caput ipsorum Petrus et ita igne-
[illegible] ante galli cantum ter erat
negaturus non de minori
magistrum negaturus [illegible] con-
turbabantur. Ideo Christus eos con-
solatur: Non turbetur cor vestrum.
Item per oppositum [illegible] Quod [illegible]
discipulos suos hortatur ut [illegible]
[illegible] suo non vellent in fide
Et ideo dicit: Non turbetur cor etc.
Pro quo nota quod optime piscatur
in aqua turbida quia pisces
non vident et ideo non sibi cavere
non possunt. Ita homo turbatus non
providet pericula et periculationes
quasi iam impulsus pronior est
ad casum. Et ideo tunc facilior
est ad impacienciam inobedienciam
et ad ruinas. Et ideo tunc
diabolus optime piscatur. Unde
ventus turbinis dicitur veniet
ab aquilone id est turbacione a demo-
ne. Jeremie i°. Item alio per oppo-
situm: Non turbetur cor vestrum scilicet de
recessu meo neque formidet de per-
secucione futura. Et hoc [illegible]
Glossa dicens: Quod talis est sermo
consolacionis sensus: Non turbetur
cor vestrum neque formidet de mea
passione quia sicut homo tamen
possum mori ita deus sum qui

experiencia deitatis me possunt consolari
Et dicit Augustinus quo ad sensum alle-
goricum Et quod discipuli sui timebant
propter hominem mortem corporalem
poterant formidare. Et eos turbabant
consolatur ergo eos dominus contestans se
deum esse qui potest de morte eripere
et post mortem in eterna tabernacula
collocare. Cui exposicioni concordat
Crisostomus super Iohannem xiiij capitulo primo dicens
Omnis turbacio amplius est spiritualis
conversio que sicut est imo inferen-
tem confusio exequitur in lacrimis
et fletu et scissura cordium expirac-
tione nostrorum nulla maior causa
turbacionis atque tristicie quam se-
parari a dilecto [illegible] abes [illegible]
falli neque falli potest. Ait ergo ihesus
discipulis Non turbetur cor vestrum
de recessu meo neque formidet de per-
secucione futura aut de promissione
superna. Creditis in deum et in me
credite. Hic Christus ponit fidem re-
medium contra turbacionem quia fi-
des turbat oculum cordis et cla-
rificat et serenat mentem ut
appareant illa pericula que in tur-
bacione latebant. Actuum xv° fide
purificans corda eorum vera enim
fides qua quis innititur ipsum
impicibus reddit secundum Iohannem
xj° Qui credit in me eciam si
mortuus fuerit vivet etc. Christus
ergo asserens suos discipulos di-
cit Creditis in deum et in me
credite. Hic enim consequens est quod
non esset consequens nisi ego essem
deus. Unde Augustinus super Iohannem
Vnus fidei qua in patrem et filium
creditur potencior est omnibus pericu-
lis que fidelibus accidere possunt
et ipsos ab omnibus difficultatibus
liberabit. Unde prima Iohannis v dicitur
Omne quod natum est ex deo vincit
mundum. Et hec est victoria que
vincit mundum fides nostra. Et iterum

Quis est qui vincit mundum
nisi qui credit quia Christus est filius
dei. In me ergo credite id est ad me per
fidem aspirate et ad me credendo
currite sicut pueri currunt
ad patrem. Unde Crisostomus dicitur
In me patrem habebis et turbari
aut formidare non debetis. In domo
patris mei mansiones multe sunt
Nota quod domus patris triplex est una
est edificij materialis de qua Iohannis
ij° Nolite facere domum patris mei
domum negociacionis. Alia consor-
tij katholici ubi deo dicitur de quo
psalmus in domo dei ambulavimus
cum consensu. Tercia habitacionis et-
ernalis de qua psalmus in domum domini
letantes ibimus. Et in hac omnes
sancti quietem ad immortalitatem
eternitatem serenitatem atque similia
unum accipiant premium nomine
denarij diurni Matthei xx° Et ta-
men pro varietate meritorum aliter
fulgebit in premio unus quam
alter. Unde prima ad Corinthios
xv° Stella differt a stella in
claritate Sic et in resurreccione mor-
tuorum. Propter hanc igitur diversitatem
felicitatis multe sunt mansiones
in celo quia cuilibet electo premium
meriti dabitur sublimitatis premium
Dicit ergo in domo patris mei mansi-
ones multe sunt parate sunt eternaliter
electorum. Ad Ephesios primo Elegit nos
ante mundi constitucionem. Et
per multitudinem non dicit aliud quam
differentem participacionem eiusdem beatitu-
dinis id est differentem modum viden-
di eandem divinam essenciam. Unde
[illegible] in domo patris sunt in celo multe
mansiones diversis virtutibus quas
non persone accipiunt sed opera de-
bent retribucione operacionum habitacionum
dicit Crisostomus ponit abecedario pro
predestinando pater filius et spiritus sanctus nam te
patiendo et movendo [illegible]
apostolis et ceteris electis loca eterna

parat et quos aberus pater pre-
stinavit / Unde sequitur Si quo minus
dixissem vobis q. d. Et non essent
vel si aliquis minus essent parate
mansiones vel in domo patris
per eternam predestinationem insinuasse
vobis sicut supplementum defectus
et dixissem vobis quia vado
vobis parare locum quasi diceret
Sed hoc est impossibile quod ego mo-
verim quia impossibile est quod ali-
que de novo predestinem / Ideo dixi
vobis quod mansiones multe sunt
in domo patris mei iam parate per
predestinationem Sed adhuc sunt
parande per intuitum fidei que fides
maxime habebit meritum in mei
absencia / Et ideo dicit preparare
vobis locum / id est vos de novo pre-
stinandos sed vos ad ipsum dispone-
re quia perfectior erit fides vestra
de mea divinitate subtracta a vo-
bis mea corporali presencia Sicut
enim abire Christi corporaliter fuit
preparare eis locum non aliquid
de novo parando in celo sed in cor-
dibus eorum fidem perfectam fa-
ciendo Sicut ergo perfidem vobis
ad gloriam bene dispositis Et
si abiero et preparavero vobis locum
iterum venio et accipiam vos
ad meipsum ut ubi ego sum
et vos sitis Et preparavero vobis
locum id est perfidem scilicet virtutem in
mei absencia per quod fides vestra
erit magis meritoria Unde Augustinus
Lateat dominus Ihesus et parat locum
lateat ne videatur lateat ut
credatur / Tunc enim locus paratur
si confidenter vivatur creditur ut
desideretur ut desideratus ha-
beatur / Paratio enim mansionis
est desiderium visionis / Unde sequitur
Iterum venio id est vobis apparebo
vel in iudicio vel in morte singu-
lorum nihil mundo Sicut armiger

armiger hospicium preparato redit ob-
viam domino suo ad conducendum
ipsum Et accipiam vos ad meipsum
introducendo scilicet vos in eternas man-
siones Ut ubi ego sum et vos
sitis id est ut ubi maneatis mecum
eterna beatitudine perfruendo Iohannis
xii° Si quis michi ministrat
me sequatur et ubi ego sum
ibi sit et minister meus / Nota
quod non dicit ut ubi ego ero sed
ubi ego sum quia ipse licet
tunc hic docens diceret adhuc esset
viator / erat tamen simul et
perfectus comprehensor / Crisostomus
in persona Christi dicit discipulis
Quoniam tunc paravero vobis lo-
cum supra tamquam deus in
virtute consciendus / Ergo ipse qui
merui qui patrem qui in possessione
pro omnibus salvandis iterum
veniam iterato accipiam vos
ad meipsum non vos ascenditis
sed ego vos accipiam in meum
consortium ut non alibi sitis nisi
ubi ego sum / Amator hominum
Christus qui etiam ipsos volt
habere consortium non tantum eter-
nis quod sociatur multitudi-
ne angelorum ineffabilis ista digna-
cio et incomprehensibilis omnis
dilectio que ad homines tantum
pendet ut ad terram descenderet
et quereret perituros et per mor-
tem et et sanguinem faceret esse
celestes ut secum eos in domo
patria posset habere consortes Et
quo ego vado scitis et viam
scitis / Quo ego vado scilicet ad patrem
scitis quia enim aliquis noviter
perfidem primum erant aut omnes
discipuli sciebant aut multi
de ipsis / Et hoc patet ex confessione
Petri qui Christo interroganti
pro omnibus respondit Tu es Christus filius

da vim Math xvi°. Et viam scitis
i. incipium noscitis qui sum via
propria itur ad patrem. Sed quod
hic est verum quod hic dicit textus ergo
Thomas statim supra tamquam
ignorans de hoc quesivit dicens
se utrumque ignorare. Iterum Phi-
lippus querit de tercio scilicet de patre. Dicendum
quod Christus non loquebatur de omnibus
sed de aliquibus. Vel aliter dicendum
quod omnes discipuli sciebant et
viam et terminum sed non sub illa
racione sub qua Christus loquebatur
ut ego cognosco Sortem sed non
inquantum est veniens et ideo
ego Sortem cognoscens possum
querere et dubitare de ipso sub racione
venientis. Sic eciam discipuli Christum
cognoscebant sed non sub racione
vie. Tercio dici potest quod discipuli
sciebant sed non advertebant vel
actualiter considerabant. Et ideo
Philippus reprehensus fuit de
consideracione. Dicit ei Thomas
Domine nescimus quo vadis et
quomodo possumus viam scire. Thom-
as dubitans tarde intelligebat
dictum Christi et hic potest notari profec-
tum quia sicut negacio Petri
nobis profuit ad tollendum pre-
sumpcionem. Sic nesciencia Tho-
me fidei nostre robur et distinctionem
generat. Thomas dicit Christo illis
impossibilis est noticia vie qui
terminum ignorant. Ergo nos
ignorantes terminum tamen itineris ideo
impossibile est nobis scire viam
Dicit ei Jhesus Ego sum via
veritas et vita. Hic commendat
Christus discipulos suos et maxime
Thomam de noticia vie de qua du-
bitavit supra. Etiam viam sci-
tis. Et dicit Ego sum via pre-
supposito ergo quod ipsum sciebant se-
quitur quod viam sciebant. Unde

Augustinus. Sciebant ergo viam id est
quia est via. Eundum autem Christus erat
ut assequatur veritas et vita. Cum
restaret nosse quo iret nisi quia
ad veritatem ibat et ad vitam
ibat ergo ad seipsum per seipsum. Vel
aliter potest exponi quod Christus inquantum
homo Christus assumptus est via
ita quod eius via per exemplum est
via dirigens eius merito et gracia
est vita reducens eius obediencia
est via perducens ad gloriam secundum
illud ad Philipenses ii°. Humiliavit
semetipsum factus obediens patri
usque ad mortem propter quod et
deus exaltavit illum et dedit
illi nomen etc. Ego ergo sum
via sine errore querentibus
Ego sum veritas sine falsitate
invenientibus Ego sum vita
sine morte permanentibus. Cui
concordat [illegible] dicens Ego
sum via inobliquabilis veritas
infallibilis vita imperturbabilis
via recta veritas certa vita beata
via morum veritas sciendorum
vita premiorum via vite veritas
doctrine vita salutis eterne via
in qua ambulandum est. Unde Jeremie
vi° Interrogate que sit via
recta et ambulate in ea. Sed
beati qui fuerint immaculati in
hac via. Sola via ista perducit
ad gloriam omnes alie vie ad in-
feros penetrant quia est via
que videtur homini recta novissi-
ma autem eius ducunt ad mor-
tem. Sed hec est via sapiencie
qua Salomon erudiendo fi-
lium suum demonstrare promitte-
bat dicens Viam sapiencie mon-
strabo tibi qua cum ingressus
fueris non coartabuntur gressus
tui et currens non habebis

offendiculum xpi xiiij° / Vitas est omnia constituens Aqua verum est quicquid quodque verum est / Omnia superius incommunicabile / omnia vincens cunctos verita rationibus et auctoritatibus fulta cui nil obsistit nisi suo detrimento voluntas illa rebellis cui tamen invita seu voluntaria subiacebit / Vita est agenda atque servanda per primum hec ille / Nemo venit ad patrem nisi per me / quasi diceret / Nemo venit ad me veritatem et vitam nisi per me viam / nemo venit ad me deum nisi per me hominem assumptum quia ego per assumptam carnem mortalibus factus via per quam venitur ad veritatem et vitam / Et hanc viam factus moriendo resurgendo et ad celos ascendendo Unde Bernardus de cena domini / Miser homo etiam heremus semper gibbosus semper proclivus semper eger semper infirmus ad gaudia paradisi / Unde expulsus sicut ipse redire non poterat ita ad veritatem et vitam que deus est ascendere valebat / Ideo venit verbum caro factum est et deus factus est homo inclinavit se verbum ad carnem deus ad hominem et sic genus humanum non solum ad paradisum sed etiam portavit ad celum ubi est esse verum et esse eternum / Veritas que semper fuit et erit vita beata que nec principium habuit nec finem habebit / Tercius nota quod quantum ad notitiam et sequelam filii nemo venit nisi per patrem inspirantem iuxta illud Iohannis vi° Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit illum Sed ad patris gloriam nullus venit nisi per filium redimentem et restituentem quia ipse filius factus est nobis a deo sapientia

iustitia sanctificatio et redemptio prima ad Corinthios primo / Unde ipse dixit de se Iohannis x° / Ego sum hostium per me si quis introierit salvabitur etc. Unde sequitur / Si cognovissetis me et patrem meum utique cognovissetis / Hic informat discipulos suos de sancte trinitatis et profunditate ostendens quod ipse et pater habent idemptitatem consubstantialem dicens / Si cognovissetis me etc. scilicet intelligendo perfectam fidem mea substantia in qua sum idem cum patre iuxta illud Iohannis x° Ego et pater unum sumus / Et patrem meum utique cognovissetis / Nam illa que idem sunt eadem cognitione cognoscuntur Unde Crisostomus inquit xpus ad discipulos Si sciretis meam substantiam et dignitatem et eam que patris sciretis / Noverant quidem eum sed non ita ut oportebat / Sed quia spiritus sanctus postea adveniens plenam in eis eorum constituit cognitionem / Ideo subiungit / Et amodo cognoscetis eum / Unde Cirillus eadem ratio subiunxit / Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia. Sed quia debat notare quidam discipulorum aliquis iam erant informati sicut Petrus quando dixit / Tu es Christus filius dei vivi Matthei xvi° Ideo subiungit Et vidistis eum / id est aliqui vestrum iam viderunt id est intellexerunt quod sit videre perfecte intelligere / Unde nota quod quicumque vera fide videt id est cognoscit filium in ipso videt patrem cum est idem essentia et similis in substantia Sed splendor lucis aqua procedit Unde de ipso dicitur Cum sit splendor glorie ad Hebreos primo

Sed quia debat notitia non omnibus
discipulis adhuc erant informa-
ti et proprie philippus et thomas
ideo ondit scriptura sequens sim-
plicitatem ignorantie corporis phi-
lippi primo quod ipse estimabat patrem
in substantia sine persona sua posse
videre oculis corporalibus / Et tunc
visione desiderat / et tamen sequitur
in textu / Dicit ergo philippus do-
mine ostende nobis patrem et suf-
ficit nobis / Ostende nobis patrem
ut scilicet ipsum corporaliter videamus
unde glossa super Johannem dicit
Tunc philippus corporis ocu-
lis volebat videre patrem forte
ideo quia audierat quod prophete
viderunt deum sed illa visio non fuit
in divina substantia de qua ait
Johannes prima johannis 4o / Deum
nemo vidit unquam / Sed fuit
in subiecta creatura secundum Augustinum
in et iijo de trinitate / Item se-
cundo colligitur philippi simplex
ignorantia quia ipse estima-
bat patrem maiorem et potiorem
filio intantum quod visio patris
omnem eius sufficientiam largi-
retur Et ideo subdit Et suffi-
cit nobis quasi diceret Tamquam
pater maior et potior te est
Ideo ostende nobis ipsum quia hoc
solum erit nobis sufficientia id est nichil
plus quaerimus / Cum concordat
Crisostomus dicens / Multum erra-
bat philippus quoniam si patris
visionem petebat ad oculum
corporis quam oculis mentis in-
tuitu reservatur / quod non solum
corruptibilibus oculis carnis
sed etiam glorificatis sit credendum
non posse intueri deitatem /
Anima ergo sola cum glorifi-
cata fuerit intuitiva visione
atque fruitione deitatis habebit
non impedita glorificato corpore

unito erit / Si aut philippus
visionem poscebat ad intellectum
etiam errabat si illam in presenti
vita aliter quam per speciem quaerebat
Non ergo viator et comprehensor
potuit simul esse / Si autem de
futuro erat petens sic quod in
patria patrem illis ostenderet non inde-
gne petebat / sanctas petebat
credebat in visione patris suffici-
entiam nos habituros / Dicit
ei Jhesus tanto tempore vobiscum
sum et non cognovistis me
Hic subditur ignorantie redar-
gutio / Primo intelligendum est nondum
Tunc quod qui patrem maiorem vel
meliorem credit illo ut filium
cognoscit ut patrem / Sed quia
philippus et forte quidam alii
discipuli sic credebant et quia
equalitatem filii et patris propter
experientiam longi temporis conversationis
cum Christo et eius doctrina intelligere
debuerunt / Ideo redarguens
eorum ignorantiam ait Tanto
tempore vobiscum sum et non cogno-
vistis me / Non dicit non vidistis
me sed non cognovistis me quasi
diceret Si vere cognovissetis tunc
etiam in me novissetis patrem
quia eadem cognitione cognoscitur
substantia patris et filii quia
est una / Et ideo cognoscens filium
patrem ignorare non potest / Et
huic concordat hylarius vij
de trinitate dicens / Tunc ipsius
arguit apostoli incognoscendo se
ignorantiam / Cum ergo ea que
gerebat propria deo essent ut calca-
re undas imperare ventis
peccata dimittere mortuis vitam
reddere / Ideo eius quod dolor oratio
est quod in forme assumpto dei
natura intellecta non est unde
ad declarationem eam dicto probat

philippe qui videt me videt et
patrem Augustinus / Solemus de si-
milibus duobus ita loqui. Si
vidisti istud vidisti illum. Sic go
dictum est qui videt me videt et
patrem quia non ipse sit pater et fi-
lius sed quia a patre similitudine in
nullo prorsus discrepat filius
Et quo tu dicis Unde nobis
patrem non credis quia ego in
patre et pater in me est / Est enim
filius in patre sicut genitus in
genitore et pater in filio sicut
gignens in genito / Et quia
hec est generatio absque porrectione
intra manente / Et in alta-
ri alto ... Et nota quod per hoc
christus informat philippum
in fide Unde dicit Augustinus
primo de trinitate / Volebat enim
eum de fide vivere antequam
illud quod credere debebat posset
videre / Et ideo dixit non credis
Contemplacio enim merces est
fidei cui mercedi per fidem corda
mundantur deinde instruit de
fide premissa generatione non
tantum loquens philippo sed
pluraliter omnibus / tunc subdit
verba que ego loquor vobis
a me ipso non loquor quasi dicit quia
ego ab eo accepi loqui a quo
accepi esse Unde hylarius viii
de trinitate per hoc neque se filium
negavit nec naturam in se
paterne virtutis abscondit Verum
dum loquitur ipse in substantia
manens loquitur dum autem
non a se loquitur nativitatem
in se dei ... testatur / Pater
autem in me manens ipse fa-
cit opera / Ac si diceret si pater
in me manens facit opera ergo
ipse in me operante est et ego
in ipso sum qui operatur in me

Cum enim simul non sint simul
operari non possunt / Primum inter ipsos
notandum Quod licet due
persone sint operantes quia tamen
in patre est auctoritas et principium
omnis processionis hinc est quod filius
principalitatem patri attribuit
operandi / Quod enim simul filius
cum patre operetur ipse ostendit supra
v° / dicens pater meus usque
operatur et ego operor / Et item
Quecumque pater facit et hec et
filius simul facit Quod vero
principalitatem filius patri
attribuit ipse ostendit ibidem
dicens / Non potest a se filius facere
quidquam nisi quod viderit patrem
facientem / Item sermo ... ...
Quod per duobus potuit
cuivis in noticiam ydempti-
tatis substancie patris et filii scilicet
per doctrina et miraculis / Quia
igitur doctrina christi a solo deo
principaliter esse potuit et habet
hunc filius a patre sicut et
substanciam ideo eam in patrem
referens dicit / Verba que lo-
quor a me ipso non loquor
Eodem modo retulit eam in
patrem supra vii dicens mea
doctrina non est mea sed eius qui
misit me Sicut ergo eorum
est una doctrina sic et una
substancia Et eodem modo de
miraculis et operibus intelli-
gendum est / Quia ergo pater
et filius sunt alius et
alius in persona et sunt idem
in substancia quod probat ydemp-
titas doctrine et operum Ideo
ex quo unus sit in alio Et
ideo christus concludit dicens
non creditis quia ego in patre
et pater in me est Alioquin

propter opera ipsa credite / Eadem enim
racione xpus ad fidem iudeos indu-
cens dixit Iohannis viij° / Si non facio
opera patris mei nolite credere michi
Si autem facio et si michi non vultis
credere operibus credite ut cognoscatis
et credatis quia pater in me est et
ego in patre / Sic non solum phi-
lippum de imperfectione fidei videtur re-
darguere sed eciam quosdam alios
a quo ipsi dicit non creditis et
Tales enim redargutiones fiebant
discipulis ut provocarentur ad ea
que erant fidei cognoscenda et
propterea ad opera demonstranda quod
hij duo apostoli sollicite perfecerunt
ut patet ex legenda ipsorum et
singulariter de Jacobo ex eius Epistola
canonica / Et dicitur xpo Amen
amen dico vobis qui credit in
me opera que ego facio et ipse
faciet / Sicut enim pater manens
in filio per indempticationem substancie
facit opera principaliter / Sic xpus
manens in sanctis per graciam principa-
liter facit opera / Manet autem in eis et
opera facit et habitat per fidem sicut
dicit ad Ephe. iij° / habitare xpm
per fidem in cordibus vestris / Ut ergo
apostoli et eorum imitatores xpum
ipse haberent miraculorum principalem
actorem / Ideo presupponit dispositionem
ad hoc que est per fidei perfectionem
dicens qui credit in me fide scilicet
operante per dilectionem opera que ego
facio scilicet sanare infirmos illuminare
cecos suscitare mortuos / Et ipse
faciet / Congruum enim fuit in prin-
cipio ecclesie fideles qui predicabant
fidem in nomine xpi ipsi xpo
in miraculis esse conformes ut
gentes ex miraculis moti fidem
adhiberent doctrine / Marci illud capitulo
ultimo / Illi autem profecti predicave-
runt ubique domino cooperante et
sermone confirmante sequentibus

signis et non solum xpus promit-
tit credentibus miraculorum graciam
sed eciam ipsorum copiam / Et ideo
subdit / Et maiora horum faciet
Et hoc de efficacia doctrine et
de operibus mirabilibus verificatum
est in apostolis quia predicante xpo
pauci de iudeis crediderunt pre-
dicante petro una die quasi tria
milia conversi sunt / Actuum viij
predicante philippo multa ma-
ria crediderunt et baptisati sunt
Et sic de alijs apostolis de operibus
et miraculis idem patet quia
ad tactum fimbrie xpi pauci sana-
ti sunt / Ad umbram petri mul-
ti sanati sunt / Ad conspectum phi-
lippi mortui suscitati sunt et
omnes qui statim diaconus erant
morbi sunt sanati / Sed quia
xpus non sic concessit fidelibus
suis maiora facere quin ipse sit
principalis actor talium / Ideo sub-
dit / Quia ad patrem vado quia
dicit sanctus Augustinus / Xpus ego facio
et sua miracula de quibus ille faciet
prime qui credit in me quia ego
facio ut ipse illa faciet quamvis
sim corpore absens quia vado ad
patrem cum sim equalis in poten-
cia et deo eandem potenciam
quam pater in quantum deus et
a quo omnis potestas data est in celo
et in terra in quantum homo / Et
ideo sum sufficiens ad predicta con-
ferenda / Et non solum deo sufficien-
ciam conferendi predicta sed eciam ef-
ficaciam quia efficaciat illa confisis
credentibus et petentibus / Unde
subdit / Et quodcumque pecieritis
in nomine meo patrem / hoc faciam
Non enim solus pater faciet sed
eciam ego faciam tamquam effi-
cax ad dandum quecumque in
nomine meo fuerint postulata
Et dicit Crisostomus libro vij° capitulo ij°

Christi nominis dictum quod patri
exhibeatur petitio ut filius exau-
diet. Cum exauditio ad eum per-
tineat cui porrecta est petitio.
Sed quia prius petitio datur in
nomine filii sibi commissum est
proprie ut glorificetur pater in
filio quia gloria patris est filius
sapiens. In sapientia filii factus est
mundus assumpta humana
natura in ipso est redempta omnia
tradita sunt filio a patre ut
exaudiet petentes et ut gloria
patris in filio nota fiat non ut
ex novo pater aliam gloriam quam
ab eterno habuit capiat. Wilhelmus
de Lena domo inquit. Multi
sunt malarum cogitationum stimu-
lis impediti qui dolentes et
gementes in nomine domini ab
ipsis petunt liberari qui si
cito non sunt adimpleti in petitionem
se a domino estimant derelictos.
Sed non est ita immo eos magis
diligit quos quasi solos cum
temptationibus diu pugnare
permittit quia crescente pugna
gloriosiorem illis dabit hic
inpeditis victoriam et in futuro
coronam. Ad quam dignetur etc.

De inventione sancte crucis et

Hodie agitur memoria
illius diei in qua crux
Christi de visceribus terre re-
velata fuit et extrac-
ta inventio et impulsu Helene
regine matris Constantini impera-
toris christianissimi. De cuius sancte
crucis inventione et presentis
festi recommendatione tria principaliter
sunt dicenda. Primo quare crux
non debebat diutius manere sub
terra. Secundo an tantum illa
crux inventa fuit an etiam cruces
latronum cum Christo. Et de significa-
tione earum. Tercio de inventione
signi crucis in diversis locis. Et
quid significet crux inventa

corporaliter in quolibet loco. Propter primo
advertendum quod crescente etiam fide-
lium non erat decens illud lignum
in quo salus mundi pependit et
mortuus Christus triumphavit et
mortem moriens superavit diutius
quiescere sub terra et absconditum
pluribus delitescere. Prima quia
crux Christi candelabrum est illius
lucerne que Christus est que est lux
vera illuminans omnem hominem
venientem in hunc mundum.
Hugo de Bamlagone crucis
Christi inquit. Et quod Christus ipse
sue passionis ferebat candelabrum
acsi lucerne que sub modio
ponenda non erat. Sed super
candelabrum ut luceret omnibus
gentibus in domo dei sine intermissione
militante. In signo ergo crux Christi
candelabrum est et sic a doctori-
bus sanctis appellatum. Decens
est ut detra contraheretur et illud
lumen verum quod est Christus in pas-
sione super illud candelabrum
positum tanquam in signo lumen
spirituali videtur et debite honora-
retur. Secundo crux Christi cla-
vis est ad aperiendum celum
quod ante passionem Christi omnibus
erat clausum. Sed clavis non
debet subtrahi sed ab indigentibus
parata haberi ut quando opportunitas
intrandi commodum advenerit
prompte habeatur. Debebat clave
possimus illud tantum esse
collectum. Apocalypsis xxiiii intelli-
ge. Ecclamus david qui aperit
et nemo claudit claudit et
nemo aperit veni et educ vinc-
tos de domo carceris sedentes
in tenebris et umbra mortis.
De qua clave Ysidorus dicit Ysaias
Dabo clavem domus david super
humeros eius etc. Et Ysaie ix
factus est principatus eius super

hymnoz eius dextra eciam dicit
Aug(ustinus) in quodam sermone super Johannem
Ecce quod hec clavis crucis xpi infer-
ni portas aperuit celorum ianu-
as expandit paradisi ingressum re-
novavit quasi nervos p(re)scidit ce-
lum tenuit salvavit errorem ab
egit veritatem reduxit terram celo
fecit et homines angelos Et ideo
ipsi hanc demones non sunt bonis
hominibus terribiles sed contemptibiles
Tercia quia crux xpi dicitur scala
unde Aug(ustinus) in sermone de [illegible]
Crux xpi scala celi per quam homo
lapsum trahit ad locum suum et
ad se ipsum Johannes xii Ego si exal-
tatus fuero a terra omnia traham ad me
ipsum Hec est scala quam in figura
vidit Jacob patriarcha stantem in terra
cuius summitas celum tetigit Gen(esis)
xxviii Unde canit ecclesia de sancta
cruce Hec est scala peccatorum
per quam xpus rex celorum ad se traxit
omnia Ergo crux scala dicta est
ideo abscondi non debuit sed reve-
lari ut spes cum fide Inventa hec
scala passionis xpi fortificatur
in fidelibus quia ligno crucis in-
vento et armis passionis xpi
credentes p(ro)pius pie xpum passum
forcius crediderunt et sine dubio
plures conversi sunt ad creden-
dum qui non dum crediderant dispo-
nentes ex divina gracia in se hanc
scalam ascensionis in celum Unde
dicit Aug(ustinus) in sermone ubi supra
Hec scala habet quatuor gradus
quibus homo ad celum perducitur
Primus est in p(ro)prie altitudine ubi
positum est caput domini crucifixi ut
habeamus sursum corda nostra ad
caput nostrum xpum per continuam
in eo meditacionem cuius nos mem-
bra sumus In latitudine ma-
nus extenduntur crucifixi p(er)se-
verent ergo manus nostre in latitudine

bonorum operum vite et ceterarum
in longitudine corporis xpi p(er)pen-
dit Castigemus ergo corpus nostrum
penitencia oracione et ieiunio
p(er)severanter In p(ro)fundo crux occul-
ta fuit et fossa infra terram sit ergo
fides vera que est de invisibilibus
que non vidisti nec vides corde
credendo ad instanciam crucis inter-
merito spei His gradibus in celum
per scalam crucis ascendimus Hec
Augustinus Quarta crux dicitur
vexillum ecclesie militantis et
triumphantis vexillum autem
bellicum tempore hostilitatis et belli
non debet abscondi sed contra hostes
elevari Ysaie Super montem
caliginosum levate signum
Unde dicit beatus Aug(ustinus) in quo-
dam sermone Crux xpi vexillum
est dirigens in bello proficientes
declarans diem belli ad quod
omnes domino fideles confugiunt quo
sublato omnes fideles pugnantes
aut errant capiuntur aut mo-
riuntur Unde nullus potest cense-
ri de xpiana milicia nisi manu
fidei erexit signum crucis xpi Hec
ille Unde hoc signo xpiani se in
fronte signant et in confirma-
cione signantur ut xpum confi-
teri numquam erubescant quia
in fronte apparet verecundia Ergo
cum xpus non erubuit pro
nobis sustinere multas verecundias
et confusiones igitur dum oc-
currit dictamine racionis aliqua
similia pro eius honore nos susti-
neamus Sit ergo xpianus ope-
re qui sub vexillo xpi et sub nomine
xpiano voluit militare Unde dicit
Aug(ustinus) in quodam sermone de vita
xpiana sit Rogo vos ut attencius
cogitemus quare xpiani sumus
et crucem xpi in fronte portamus
Non enim sufficit nobis quod nomen

xpianum quis se dicat et cruce xpi se signet et elemosinas secundum se suum posse non faciat caritatem et iusticiam et castitatem servare non velit nichil ei prodest. Xpianum nomine magna res est et signum xpi et tam preciosum ut res magnas et preciosas signare debeat. Quid enim prodest si aureum signum facias et putridas paleas intus recludas. Quid enim prodest si signum xpi in fronte et in ore portamus et intus fetoribus dyabolicis criminibus et peccatis pleni sumus. Cum enim male cogitat male loquitur male operatur si se emendare noluerit quod se signat peccatum illius non minuitur sed augetur. Multi enim ad furtum vadunt et ad adulterium et signant se cruce et tamen de malo opere non revocant se et resiliunt quia sine magis includunt in se demones quam expellunt. Sed qui se cum dei adiutorio vicia repellunt et bonum cogitantes illud adimplere conantur iuste signum crucis in labiis et in fronte ponunt. Hoc contra agere illos qui signo crucis utuntur accipe et xpianum nomine non ad iudicium sed ad remedium habere. Hec sunt verba Augustini. Et ponitur etiam in micrologo. Sub hoc vexillo rex crucis militavit et non desistens sed usque ad finem perseverans meruit ab imperatore celorum victoriam coronam eternam. In isto vexillo hasta est crux tela vel pannus caro mundissima cuius pictura rubens color intransito albo et puro sanguine xpo depictus in latere. Quod exivit sanguis et aqua manibus et pedibus et pluribus locis sui sanctissimi corporis. Sub hoc vexillo militare

debemus sub quo cunctis fugientibus Maria in honorem feminei sexus usque in finem permansit. Unde potuit ipsa dicere et nos cum ea illud Canticorum v. Dilectus meus candidus et rubicundus. De quo etiam dicit Ysaie lxiii. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Crux tamen xpi et signum fuit et erit ante iudicium non quod absconditum sed manifestum ut venientibus ad iudicium compuncta reddatur iusticia. Unde Augustinus. Et credo quod in sermone de cathecismo supra allegato. Et tunc attendendum crux xpi signum fuit. In medio enim iudicie constitutus unus latro dexter qui credidit per xpum sanatus et eius mortem liberatus est. Alter qui insultabat est dampnatus. Iam hec significans quod facturus esset cum vivis et mortuis quia veniens ad iudicium in nube quosdam scilicet oves cum dextro latrone ponet ad dexteram et salvabuntur. Alios cum sinistro ad sinistram et peribunt. Hec ille. Crux ergo sancte crucis et signum xpi inventionis quasi presagium fuit divini iudicii inevitabiliter futuri. Et hoc de primo principali. Circa secundum principale an sola crux xpi fuit inventa. Respondetur quod in inventione eius tres cruces fuerunt. Crux domini et cruces duorum latronum pendentium a dextris et crux mali a sinistris. Et ex legenda patet de festo Gordiano quod omnes tres erant invente. Sed tamen quia xpi crucis inventionem ecclesia festum istud instituit. Item sciendum quod hec triplex crux signat triplex martirium voluntarie patiendo mortem temporalem propter deum de qua cruce xpi descenditur in plenitudine

omnium bonorum Sicut xpus in cruce
et de cruce animam suam cum effectu
patri commendavit Sic anime mar-
tirum sanctorum statim post mortem
evolant nullam penam pur-
gatorii sencientes vnde dicitur
iniuria facit martirem qui orat
pro iniuriante Secunda crux dextri la-
tronis signat martirium seu pe-
nam voluntarie penitencie pro
peccatis et de ista cruce descenditur
in paradiso Tercia crux latronis
sinistri signat martirium seu pe-
nas peccatorum qui eciam in pre-
senti vita sine penis et miseriis
non consistunt tam corporalibus
quam spiritualibus et maxime
remorsu consciencie de qua cruce
descenditur cum latrone sinistro
in infernum Primam crucem xpi
sciunt et inveniunt et tollunt
omnes perfecti vivificantes sanctos qui xpm
perfecte secuntur secundum ipsius est possi-
bile de qua et ipsius amatori-
bus dicitur Mat. xvj° Et Luce
ix° Si quis vult venire post
me abneget semetipsum et
tollat crucem suam et sequatur
Lucas autem addit quotidie Et
meo quod in Lvo Si quis
paucitas sequencium denotatur
vnde Bern. O domine Ihesu quam
pauci sunt qui post te ire volunt
tamen nemo est qui ad te non
velit pervenire Multi volunt te
consequi sed tamen non ita te sequi-
untur tenentur et sicut tu eos
preposisti de quibus conqueritur Crisostomus
dicens Si quis aurum diceret vel
thezaurum proponeret non oporteret eum
violenter vocare et clamare Sed
sic percipientes concurrerent ad
aliquid inde habendum Sed nunc
autem ad tollendum hanc crucem
oportet hominem abnegare tria sua
suos et semetipsum dicitur infra

de sancto wenceslao et sicut supra
dixi de hac cruce descenditur in
plenitudine omnium bonorum quamvis
ut plurimum non invenitur que ple-
nitudo dicitur paradisus Et hoc
per illud dictum xpi Omnis
qui relinquit patrem aut matrem
uxorem et filios etc propter nomen
meum centuplum accipiet et
vitam eternam possidebit Secunda
crux dextri latronis est penitencium
qui in vita peccaverunt et
indigent penitencia et penitere
possunt iste latro penituit cui pe-
nitencias quasi dulces erat pre me-
moriam scelerum de male actis
contra deum et eo iusticiam
Loquens dixit latroni sinistro nos
quidem iuste nam digna factis
recipimus Luce xxiij° vnde Aug
in sermone quodam de resurreccione
dicit malorum omnium causa est peccatum
iustus est deus non enim inter pate-
mur si non meruimus Cum simus
in penis ad quas venimus peccatis
nostris dum ihesum xpm cogitemus
qui noluit esse in penis sine
peccatis suis sed sustinendo sine
culpa penam et culpam solvit
et penam Culpam solvit peccata
dimittendo penam solvit mor-
tuos suscitando De hac cruce de-
scenditur cum dextro latrone in para-
disum et in plenitudinem omnium bo-
norum ascendit quia primum
primam venit penitens ad cari-
tatem que est plenitudo legis
Tunc enim vere penitet in caritate
te ẞ et ipse cum deo et deus
cum eo Caritas enim omnia suff-
ert quia paciens est benigna
est non emulatur non agit perperam
non inflatur non est ambiciosa non
querit que sua sunt non irri-
tatur non cogitat malum non
gaudet super iniquitate Congau-
det autem veritati omnia suffert

omnia credit omnia sustinet prima
ad Cor. xiii°. Et quicumque pro
peccata mortalia in hac cruce
pene usque in finem perseverant
salvus erit quamvis quod non
merete evolet sicut dextre quia
quia quamvis peccata sint mortalia
dimissa quo ad culpam tamen
quedam aliqua pene restant ad
purgatorium si peccatis et etiam pro
venialibus in presenti vita non sunt
satisfactum Tercia crux sinistri latro-
nis est reproborum in malo fin-
aliter et in blasphemia perseveran-
cium que crux usque ad finem secu-
li stet et habebit suos martires
quia sequentes mundo et dyabolo
fatebuntur se hic fuisse passos
et fuisse martires dyaboli dicentes
illud Sapie quinto ante medium
Lassati sumus in via iniquitatis et
perdicionis et ambulavimus vias
difficiles / viam autem domini ignora-
vimus De quibus dicit Ricardus
Omnes qui labores sustinent sed
non secundum pacem cordis cum deo vigi-
lat raptor ut rapiat fur ut
dampnum perficiat etc. Si pacem cor-
dis non secundum cum deo tunc erit cum
dyabolo et angelis eius Et ita
sicut latro sinister non fuit emen-
datus per passionem Christi innocentis
et per doctrinam socii sui sed cum in-
dis blasphemantibus blasphema-
vit et sic in peccatis suis mor-
tuus fuit Sic omnes impeni-
tentes typum illius latronis
gerentes in eadem dampnacione
perseverunt / Et ideo de ista cruce
sinistri latronis ut dixi dicitur
in inferno dampnis nulla est redemp-
cio quia finalis impenitencia est
peccatum in spiritum sanctum quod nec
remittitur hic nec in futuro. T
De tercia principali nondum Secundo
signum crucis in diversis locis inve-
nitur. Primo invenitur in libro
et est defectum incorrectum vel
aliquid superfluum et ponitur

tunc in spacio ad illum finem ut
male scriptum vel obmissum corri-
gatur / liber autem est consciencia
ut dicit Richardus / Consciencia vero
liber est clausus et signatus in
die iudicii aperiendus Et in eius
spacio obmittit faciendum ex divino
precepto vel facit obmittendum
tunc obligatur ad emendacionem
alias gravius puniretur quia
nullum malum manebit impu-
nitum igitur ponat ibi crucem
ingestiencia sua dolorem scilicet et
penitencia et signum penitencie
et correccionis sue vite Et ita
si liberum librum sue consciencie
in presenti vita sufficienter correxit
per contricionem confessionem et satisfa-
cionem tunc in vita futura non
corrigetur Secus si illum hic
corrigere neglexit Et hen-
correctores horum librorum pauci
inveniuntur quia raro aliquis pe-
nitencia sic agunt pro mortalibus
peccatis ut redeant ad innocen-
ciam et ab omni pena absolvuntur
ut dicitur de pe. dis. iii in principio
Facilius sed invenire illos
qui iure servant innocenciam quam
qui congrue agunt penitenciam
Secundo invenitur crux in via
duplici de causa primo ad direccionem
viatorum ne errent Sic peregri-
ni sancti nos precedentes posuerunt
nobis cruces in via huius vite
de qua via dicit Augustinus / prius
vita est vita ad mortem / Et de
hac dicit Apostolus / videte quo-
modo caute ambuletis Caute ambu-
lat qui crucem sanctorum pere-
grinorum precedencium sequitur con-
siderando crucem Christi et opera apo-
stolorum voluntarias paupertates
martirum passiones confessorum
vigilias et abstinencias virginum
castitates viduarum sanctitates
ieiunia et oraciones ut dicit Augustinus
in sermone viii° de Epi. Vitam

proximum non solum sibi sed etiam
aliis esse utilem debet ut quod
agunt apud eos agi non non pos-
sibus abstineat. exemplis. Secundo
invenitur crux in via ad designa-
dum homicidium ibi perpetratum
et hic significat peccatum mortale
vel peccatorem mortalem unde Ber-
nardus. Crudelius magis moriturus
est quam ille qui portat ignem
nescium peccatum in conscientia quia
nec illum extinguit nec sentit ig-
nem in via huius vite committens homi-
cidium spirituale et peccans morta-
liter in via ponere crucem id est cruciamentum
confessionis contritionis et satis-
factionis ut supra. Tertio inveni-
tur in cimiterio insepultus super
mortem naturalem que dupli-
citer cruciat primo per recogitacionem
ipsius mortis. Ecclesiastici xli°.
O mors quam amara est memoria
tua que est multis. Eccli. vii. in fine
In omnibus operibus tuis memo-
rare novissima tua et in eternum
non peccabis. Et nota quod me-
moria mortis esse amarum
e contrario non est semper malum
signum unde Augustinus super salmum
super inquit. Non sunt xpo
etiam similes. Et unde est quod
ille imminente turbatus est nisi quia
infirmos assumpsit corpore id est infirma
certa sua infirmitate voluntaria
consolatus est similiter ut si qui
suorum adhuc morte imminente
turbantur ipsum intueantur ne
deber se putantes reprobos peiori
desperationis morte absorbeantur.
Secundo per recogitacionem mortis
amicorum mors cruciat et
pungit mentem hominis unde Augustinus
libro confessionum dicit quidam de
amico suo mortuo cum quo
erat dimidium anime mee
Nam ego sensi animam meam et
animam suam unam fuisse in duobus
corporibus et hinc abhorruit plus

sunt plangendi quia sunt ma-
li quia quia sunt mortui mor-
te corporali. Quarto inveniuntur
crux ante tabernam ubi medo
vel romania vel vinola propinatur
et signat cruciatum qui ex deliciis
crapula et ebrietate solet eve-
nire unde Ecclesiastes dicit. Non solum
anime sed etiam corpori sunt deli-
cie nocive quia ex forti fit debi-
le ex sano egrotum de agili
grave ex formoso deforme ex
iuvenili vetustum in apparen-
tia unde ysaie v° dicitur. Ve qui
mane consurgitis ad potandum
vinum usque ad vesperam ut vino
estuetis. Dives enim quottidie
epulabatur splendide et postea
in penis constitutus infernalibus
petiit guttam aque ad refrige-
randum linguam suam. Luce
xvi°. Quinto invenitur crux
in ecclesia et signat memoriam
passionis xpi que multum pu-
nit et cruciat. Utiliter devotos
homines per confessionem et reddit
eos securos in ipso et quietos
spiritualiter. Unde Bernardus. O anima
anima mea si quietem deside-
ras securitatem et fecunditatem
assume pennas ut columba
et vola ad foramina petre ad
cavernas macerie ad vulnera
xpi per piam recordationem quia
in nullo loco quies gratior. nullibi
securitas tutior. Nusquam
fecunditas uberior. Ibi enim discis
quid perdices supplicis quia iste
filius hominis pendens inclinato ca-
pite inclinato emisit spiritum con-
tinens priorum parentum et aliorum
suppliciorum certa tunc contra-
rium commissum. Et unde iracun-
dis quia sicut ovis ad occisionem
ductus est et non aperuit os suum
Et cum malediceretur non maledixit

cum patientia non communicabatur.
Et contra invidis quia ipse pressus
iniuriis et crucifixionibus orando
dixit: Pater dimitte illis etc.
Et contra accidiosis quia ipse festi-
navit ad passionem pro nostra salute
dicens Iude suo traditori: quod
facis fac citius. Et contra avaris
quia nudus affixus est cruci
vestimenta sua dividenda mili-
tibus per sortem committendo ita
ut de ipso tamquam de summo
paupere in temporalibus diceret
Evangelista Math. viii°: vulpes foveas
habent et volucres celi nidos, filius
autem hominis non habet ubi caput
suum reclinet. Et contra gulosis
et ebriosis quia potatus est aceto.
Et contra luxuriosis arguit tamquam
testa (?) ... eius cum tamen vita
illorum florere et pinguescere
videtur in hoc mundo. Sexto
invenitur crux supra ecclesiam et
signum triumphi quo Christus cru-
cifixus super omnes inimicos suos
obtinuit qui volebant per mortem
nomen et memoriam eius ex-
tinguere et delere de terra, quia propter
hoc datum est illi nomen quod est
super omne nomen ut in nomine
Ihesu omne genu flectatur. Ad Phi-
lippenses ii°. Et tunc signat triumphum
et consolationem omnium fidelium pie
sustinencium persecutionem propter iusti-
tiam Math. v°: Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam quia ipsi
consolabuntur. Quam consolationem
nobis concedat Ihesus Christus. Amen.

De ascensione Christi sermo sequitur

Recumbentibus undecim
discipulis apparuit illis
Ihesus et exprobravit incre-
dulitatem eorum etc. Marci ultimo.
Consueverunt principes ituri ad re-
giones longinquas suas suis
capitaneis fidelibus committere civitates
suas dando eis potestatem suam cum
certis mandatis qualiter usque ad
reditum adventum eorum et ho-
mines terre sue debeant gubernare.
Sic princeps generis humani Christus
constitutus rex a deo patre in huma-
nitate per passionem suam et
victoriam diaboli transiturus ad pa-
trem suum celestem, etiam capita-
neos et officiales videlicet apostolos
et discipulos suos super ecclesiam
sanctam id est super fideles homines
tunc presentes et futuros constituit
dando eis potestatem super omnia
demonia et ut languores cura-
rent mandans eis ire in univer-
sum mundum et predicare evangelium
omni creature. Et de hoc determinatur
in isto evangelio. Et hic tres partes
principales inferius describuntur. Christi
apparitio et ipsius amicabilis
collocutio apostolis facta. Circa
primum notandum quod Christus ante
hanc apparitionem decies apparuit
discipulis post suam resurrectionem.
Et demum nona apparitione apparuit
eis discumbentibus in cenaculo
et tunc comedit cum eis prout
dicitur Actuum I°. Et convescens
id est simul cum suis discipulis
comedens precepit eis ab Ierosolimis
ne discederent sed expectarent
promissionem patris id est a patre promissum
vel dicere patris ab ipso complen-
da. Et tunc subiunxit: Vos autem
baptizabimini spiritu sancto non post
multos hos dies, quasi diceret
spiritus sanctus super vos descendens
vos purificabit et confortabit
ad perficiendum vobis iniuncta
ut in urgendam (?) ... hominum sa-
lute. Secundo dicto ut dicit Magister
historiarum Christus precepit eis ut
egrederentur de civitate ad montem
oliveti et tunc statim evanuit
ab oculis eorum post comestionem

vo xi apostoli et alii discipuli Et re-
dendum quod etiam mater domini et alie
sancte mulieres que prius secute
erant dominum ministrantes ei exire-
debant² Ihesus monte oliveti et
tunc dominus iterum apparuit eis
et hec erat decima apparicio Sed
qualiter tunc ultimo comedit cum
eis / dico primo ut per effectum co-
mestionis veritas pateficet sue
humane carnis quam veram carnem
humanam statim super sydera erat
translaturus Circa veritatem car-
nis maxime probat comestio
Cum enim veritatem carnis non haberet
non posset comedere Et ideo dixit an-
gelus raphael ad Thobiam Cum
essem vobiscum videbar quidem
comedere et bibere Sed ego invisi-
bili cibo et potu utor qui ab ho-
minibus videri non potest Thobie xii°
capitulo fine / Et hec est racio Greg(orii)
dicentis Comedit et ascendit
ut per effectum comestionis veri-
tas pateficet carnis Alia racio
ad ostendendum quod humane nature non
repugnat in corpore glorificato usque
ad celum exaltari Unde dicit
Augustinus de verbis domini natura humana
gaudendum eo quod sit assumpta
ab eo ut inmortalis consti-
tueretur in celo atque ita fieret terra
sublimis ut incorruptibilis pul-
vis sedet ad dexteram patris Quis
non gaudeat qui suam naturam
inmortalem considerat eam in Christo
et de se ipso hoc sperat cito esse
futurum Tercia racio ad ostendendum
finalem suorum dilectionem [illegible]
[illegible] Solent amicorum amici
longe recessuri simul insignia
dilectionis epulari / Unde sicut Christus
moriturus comedit ultima
cena in carne passibili ostendens
in hoc suam magnam erga nos

dilectionem dicens desiderio deside-
ravi hoc pascha manducare vobiscum
antequam patiar. Luce xxii°
Sed dilectionis quia apostoli impo-
steris seculo ante diem iudicii ipsum
in carne non erant visuri Christus cum
eis comedere voluit / Et sequi-
tur ibi Et exprobravit i(ncredulitatem) rep-
rehendit incredulitatem eorum
quantum ad certitudinem fidei et in-
tellectus quia auditum et visam
resurrectionem Christi non crediderunt
Et duriciam cordis quantum ad
tarditatem credendi quia multis
signis et argumentis resurrec-
tionis ipsius ostensis tarde credi-
derunt Sed per que verba incre-
pavit dico quod de hiis non constat
ex evangelio Sed forte fuerunt
verba similia hiis que ipse dixerat
duobus euntibus in Emaus
O stulti et tardi corde ad credendum
in omnibus que locuti sunt
prophete Luce xxiiii° Sed hic non
solum prophete sed angeli sancti
et sancte mulieres Christi testifica-
bant² resurrectionem ut statim
dicetur² Et nota quod xi incre- 3d
pavit alibi et hic suos discipulos
ad ipsorum correctionem et
emendationem Unde hec est differentia inter
correptorem diligentem et odien-
tem Circa primum intendit
corrigere et emendare correptum
Sed secundus scilicet odiens inten-
dit detrahere et confundere et hoc
semper apparet tunc quando quis
corripit aliquem in publico coram
multis que tamen prius tene-
bantur in occulto corripe fratrem
illam doctrinam evangelii Si
peccaverit in te frater tuus etc.
Matth xviii° Prima intencione
Christus exprobravit discipulos
et ipsorum incredulitatem Unde

Gregorius exprobrat incredulitatem
ut succedat credulitas Exprobr-
at duriciem cordis lapidei ut
succedat cor carneum et ple-
num caritate Item exprobravit
eos dicit Augustinus Ex quo quod
gentes credituri erant xpistum
resurrexisse que non viderant
audita apostolorum predicatione qui
tamen non crediderunt videntibus
eum Unde sequitur Et ideo hiis
qui viderant eum surrexisse non
credebant Propheta mortuus et
eorum scripture de xpisti resurrectione
predixit eciam dominus in persona xpisti
eius resurrectionem dicens Ego
dormivi et soporatus sum quia
mors eius erat sibi quasi sop-
nus Ergo non erat ibi dubitacio
Et subiunxit Et exurgam Item
ut credebant mulieribus ma-
rie magdalene et Jacobi et Salo-
mee de quibus dicitur Luce
ultimo Et regresse a mo-
numento nunciaverunt hec omnia
quia scilicet que viderant et audie-
rant circa sepulchrum de resur-
rectione xpisti Et visa sunt eis
verba ista quasi deliramenta et
non credebant illis Item ut
crederent xpisto quia cum xpistus
venisset ad eos stans in medio
dicens eis pax vobis ipsi dubita-
verunt an ipse esset qui mor-
tuus fuerat Unde dixit eis
Quid turbati estis et cogita-
tiones ascendunt in corda vestra
videte manus et pedes quia
ego ipse sum palpate et videte
quia spiritus carnem et ossa non
habet Sed quare discipuli fu-
erunt tardi ad credendum xpisti
resurrectionem Respondet Gregorius
ponendo duas causas Prima propter
eorum infirmitatem in illo statu
credendi quia nondum erant per-
fecti Secunda propter nostram firmitatem

infirmitatem inducendam Unde dicit
beatus Gregorius Minus michi maria
magdalena prestitit que cito cre-
didit quam Thomas qui diu
dubitavit Ille enim dubitans
vulnerum cicatrices tetigit et
pectore nostro vulnus dubitacionis
amputavit Et ideo dicit Leo
papa quod dominus non permisisset
in tantum discipulos suos du-
bitare de xpisti resurrectione nisi
propter dubitacio fuisset nostre
fidei confirmacio Tercia causa
huius dubitacionis et tarditatis
ad credendum resurrectionem xpisti
fuit magnus amor discipu-
lorum ad xpistum Unde enim fa-
cile creditur quod multum desideratur
sicut econtra illud quod timetur
non facile possit emitti credi
Et dixit eis euntes in mundum
universum predicate evangelium omni
creature Hic describitur impo-
sicio officii ipsis apostolis facta
a xpisto quia statim post comestionem
omnes apostoli cum discipulis et
maria matre domini atque aliis
sanctis mulieribus et cum
aliis credentibus egressi erant
civitatem urbem et venerunt
in montem oliveti prout preceperat
illis dominus expectantibus ibi ad-
ventum domini Et ecce subito
in medio eorum apparuit et prius
quam diceret eis verba iam expo-
sita tunc hii qui convenerant
interrogabant eum dicentes
Domine si in tempore hoc restitues regnum
Israhel Reputabant illi tamquam
carnales regnum iudeorum ipse quod
fuit translatum ad gentes quod
tunc dicebant a iudeis ante
xpisti ascensionis tempus restituendum
Dixit autem eis Non est vestrum
nosse tempora vel momenta que pater

posuit in sua potestate quasi diceret
ad vos non pertinet scire futura
que in sola dei sunt dispositione
posita de quorum numero est restitu-
cio regni iudaici quod non citra
sed sperant iudeis restituetur nisi
ne seculi quando reliquie iudeorum
credunt in xpm et salvabuntur
Unde quo libro dicit Symon
de Cassia libro xx° capitulo xxiij°
Non sufficiat miles castrensis [sessore]
ea que sunt scire spectat ad re-
giam maiestatem frustra investi-
gat creatura de eo qui omnem
docet scientiam. plus enim novit
deus quam nos discere valeamus
et docet utilia etiam non investi-
gata ut ysaie xlviij° Ego dominus
deus tuus docens utilia. que
utilitas presciencia futurorum quia
aut facit superbos aut desperare
aut homines tepidos vivere sup-
tiam unde ille qui secreta homini-
bus revelavit incarnatus si no-
luisset hec quesita et visa ab
eodem utilia fore querentibus
similiter revelasset ille qui
multa suis prophetis revelavit
qui vidit verge visionem utili-
tatem sed tamen xpus seu non
credit querentibus ad quesitum
quia occultatio futurorum que
omnes pretantur futura homines
facit timidos et cautiores et
ideo subiunxit. Sed accipietis
virtutem supervenientis spiritus sanc-
ti in vos et eritis mihi testes
in ierusalem et in omni iudea et
samaria et usque ad ultimum terre
Symon ecce plus concessit quam
illi desiderabant. plus enim est
gratia seu presentia spiritus sancti
quam quelibet presciencia futuro-
rum vitiis quam apostoli acceperunt

fuit vere docere sine reprehensione
vivere et libere sine timore operari
miracula et magna et multa
testificare miracula xpi Et quia
testes diversorum operum esse videntur
et constantes Ideo necessaria erat
eis virtus spiritus sancti qua con-
firmarentur. Ad perficiendum autem
divinam voluntatem eius ubi dicit
que habetur Marci 16° Longine
scribit verba Marci precedentia Eun-
tes in mundum universum predica-
te evangelium omni creature In qui-
bus verbis iniungit ipsis officium
predicandi evangelium quod precellit
aliam omnem doctrinam Ideo dicit
Euntes non enim dedit eis equos
ad equitandum sed pedes ad am-
bulandum In mundum universum
quasi dicat totum mundum circui-
tum iterum Et ideo ipsum totum
docere volo vos quia totus mundus
iacet in ignorantia et errore
predicate evangelium non philosophorum va-
nitates aut poetas fictiones omni
creature id est homini Et causa secundum
Gregorium homo sed in se aliquid
omnis creature sed esse cum
lapidibus vivere cum plantis
sentire cum animalibus intel-
ligere cum angelis Ideo homo dicitur
minor mundus quia aliquid
omnem creaturam mundi in se
continet. Vel ideo homo dicitur
omnis creatura quia ipse est
finis propter quem facta est omnis
creatura dicente propheta Omnia
subiecisti sub pedibus eius Vel
propter copulativum omni creature id est
omni nationi seu lingue. Xpus
enim ante passionem preceperat discipulis
apostolis dicens In viam gentium
ne abieritis et in civitates Sa-
maritanorum ne intraveritis
sed potius ite ad oves que perierunt

domus Israel Math. xv° Sed post resur-
rectionem Christi precepit eis ut irent
in universum mundum ex quo iudeorum
abiectio et gentilium vocatio designa-
tur / unde Christo dictum est a patre
postula a me et dabo tibi gen-
tes / Et sequitur Qui baptiza-
tus crediderit et fuerit salvus erit
Hic tangit duo necessaria fideli-
bus ad salutem / primum est fides secun-
est baptismus. Ex quo notandum
quod fides est principium totius spiritua-
lis vite / unde ad Hebr. xi° dicitur
fides est substancia i. fundamen-
tum sperandarum rerum quia
in ipsa ut in fundamento incipit
fabrica totius edificii spiritualis
Et ideo ibidem dicit Apostolus Sed
sine fide impossibile est deo pla-
cere / Et ideo dicitur Qui crediderit
scilicet fide operibus adimplendo Sed
quia sola fides non sufficit
ad salutem nisi homo restituatur
innocencie amisse in paradiso per
peccatum fit restitucio per baptismum
ideo adiungitur secundum necessarium
ad salutem cum subiungitur
Et baptizatus fuerit Unde Joh.
iii° Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non
intrabit in regnum dei / Et
de habente hec duo concluditur
Salvus erit quasi Christus di-
cat Credens cum veritate fidei
servabit innocenciam baptismi
ille ad gloriam quam iuit aste
deo meruit pervenire Item
nota quod hic debet intelligi
de adultis quia parvulis suffi-
cit fides ecclesie universalis
quia quamvis isti fidem non
habeant tamen habent virtutem fi-
dei secundum sacramentum baptismi
cuius virtute salvantur Qui
vero non crediderit condempnabitur
duo enim supradicta sufficiunt

et de necessitate requiruntur ad
salutem quia post predicacionem
Evangelii nemo adultus salvatur
nisi cum fide formata habeat
baptismum ad minus in desiderio
in casu necessitatis quia si quis ha-
bet fidem veram et desiderat bapti-
et non invenit aquam baptisetur.
sufficit ad salutem Item si quis ha-
bet fidem veram credens se baptisatum
cum non sit aqua baptisatus
salvatur de se sibi non bap- Ad
complecionem quia talis est baptismo
flaminis invisibiliter per fidem quamvis
non habuit de baptismo Ad condempna-
cionem non ut hic dicitur sufficit
fidei carencia quia si quis baptisatus
non credit credenda vel a fide
apostatat condempnabitur si perseve-
raverit in perfidia sua secundum Augustinum
de fide ad petrum Item condempna-
bitur omnis qui deum negat
factis mandata eius non custo-
diendo Unde dicit Johannes in cano-
nica sua Qui dicit se nosse
deum et mandata eius non custo-
dit mendax est. Ex quibus conclu-
dit Gregorius in omelia sic dicens
Ex quo ita est ideo fidei nostre veritatem
in consideracione vite nostre debemus
agnoscere Tunc enim veraciter fideles
sumus si quod verbis promittimus
operibus adimplemus Inde enim
baptismatis omnes nos antiqui
hostis operibus atque omnibus
pompis renunciare promisimus
Unde quisque vestrum consideret in mente
si hoc post baptismum servavit quod
ante promisit si sic tunc quasi
fidelis gaudeat si non in quantum
potest errorem suum deplangat
Signa non eos qui crediderint
hec sequentur in meo nomine
demonia eicient i. in virtute nominis
mei linguis loquentur novis
serpentes tollent et si mortiferum
quid biberint non eos nocebit
super egros manus imponent et be-

habebunt. Hec Summa. audit veritatem ewangelicam confirmandam evidenter per signa que fides fideles mitos fidei secum erunt quorum hec principia quinque narrantur. Primum est demonum eiectio. Vnde Luce x^o dicitur: Et quod Christus dedit potestatem discipulis suis super omnia demonia. Reversi denique septuaginta duo cum gaudio dicebant: Domine etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Secundum est per novas linguas locucio. Vnde apostoli in die penthecostes ceperunt loqui novis et variis linguis. Actuum ii^o. Tercium est serpentium fugacio. Ideo dicit: serpentes tollent, id est auferent vel depellent. Vnde de paulo legitur Actuum ultimo quod viperam que adhesit manui eius quam ipse excuciens sine sui lesione in ignem proiecit. Et de sancto philippo legitur quod magnum draconem qui plures interfecerat expulit in desertum. Et similiter legitur quod beatus Gregorius dracone interfecit. Quartum signum est non pati nocumentum a mortiferis. Vnde legitur de beato Iohanne Ewangelista quod venenum per ipsum sumptum nichil ei nocuit. Quintum signum est salvacio languentes. Vnde de petro et Iohanne in Actibus apostolorum legitur quod multos sanavit et aliis plurimis sanctis. Et dicit Gregorius in omelia: Hec omnia signa ista facta fuerunt in novitate ecclesie quia tunc fuerunt necessaria ut fides credencium miraculis nutriretur et per signa multitudo ad fidem traheretur. Sed postquam fides ad statum debitum pervenit conveniens fuit talium signorum cessare frequencia. Et hoc ponit tale simile: Sicut cum arbusta plantamus tam diu aquam superfundimus quousque ea convaluisse videamus. Sed cum ad radicem semel fixerint rigando

cessamus. Et quamvis signa predicta modo non fiant ita frequencia ut primitus corporalia, fiunt tamen spiritualia. Cum enim sacerdotes per gratiam sancti spiritus manus credentibus imponunt et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt quid aliud faciunt nisi demonia eiciunt. Et cum illa secularia vite veteris delinquunt et sancta desideria laudes sui conditoris decantant et narrant novis loquuntur linguis. Et cum suis bonis exhortacionibus maliciam de alienis cordibus auferunt serpentes tollunt. Et cum pestiferas suasiones audiunt tamen ad malam operacionem non trahuntur per consensum mortiferum quid bibunt sed eis non nocet. Et cum proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt et eos tota virtute fulciunt et per exempla sue operacionis illorum vitam corroborant qui in bona accione titubant quid aliud faciunt nisi super egros manus imponunt ut bene habeant. Item scias quod hec miracula de tanto sunt maiora quanto spiritualiora. Corporalia enim miracula ostendunt aliquando sanctitatem sed non faciunt. Spiritualia que aguntur in mente virtutem vite non ostendunt apparenter sed faciunt. Illa habere et mali possunt, istis autem soli boni perfrui possunt. Vnde de quibusdam vitas dicit Matthei vii^o: Multi dicent michi in illa die: Domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia non novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres karissimi amare signa que possunt habere cum reprobis communia, sed hec que modo diximus caritatis atque pietatis miracula amate que tanto sunt securiora quanto occultiora. Et de quibus apud dominum

tanto maior est retribucio quanto
despectus apud homines mundi. vnde gra-
bet Gregorius Et ipse tractum qui
facit mencionem de nouis linguis
notat quidam Hugo de sancto Jacobo
Quod tres sunt lingue veteres
quibus multi loquuntur et tres
noue quibus pauci loquuntur
Prima lingua vetus est lingua
dyaboli que loquitur et ab initio
locuta est mendacium et fallaciam
qua dixit prime mulieri nequaquam
moriemini sed eritis sicut dii
scientes bonum et malum Secunda
est lingua mundi que loquitur
vanitatem vnde de mundanis dicit
propheta Et mox os locutum est
vanitatem Tercia est lingua car-
nis que loquitur voluptatem
prouerbiorum v° fauus distillans labia
meretricis et lingua acuta quasi
gladius Prima lingua noua
contraria prime lingue veteri
est lingua dei que semper loquitur
et est locuta veritatem Genesis
ij° In quacumque hora comederitis
moriemini Secunda est lingua christi
que loquitur pacem non contencionem
ut lingua mundi Prouerbiorum xv° lin-
gua placabilis est lingua vite
Tercia est lingua angeli que loquitur
consolacionem Ecclesiastici xxxvi° per medium
Sicut species mulieris exhilarat
faciem viri sui sic lingua consola-
cionis et mitigacionis et nunc
linguis nouis igitur loquuntur
qui veritatem vite iusticie et
doctrine et pacem temporis pectoris
et caritatis et consolacionem culpe
pene et miserie alios docent
potius mortifere detractores adula-
tores et peruersa doctrina sicut potum
bibunt qui talia audiunt sed
non nocent si non consenciunt Serpen-
tes tollunt qui suggestiones
dyabolicas a suis cordibus et
aliorum sermone oracionis et sancte
locucionis et bone operacionis ex-
pellunt Et dominus quidem ihesus
postquam locutus est eis assumptus

est in celum et sedet a dextris dei
Marci vltimo dicitur Et eleuatis
manibus suis benedixit illis
Et factum est dum benediceret illis re-
cessit ab eis et ferebatur in celum
Secunda pars principalis in qua
ponitur qualiter christus in celum
mirabiliter et gloriose assumptus
Et antequam assumeretur eleuat
manus duabus causis primo
ad ostendendum benediccionis originem
quia omne datum optimum
et omne donum perfectum desursum
est Jacobi 1° Secundo ad ostendendum
sue benediccionis largitatem Ad
Ephesios 1° Qui benedixit nos omni
benediccione spirituali in celestibus
Tercio ad innuendum benediccionis certi-
tudinem (?) quia nisi deus benedixit
bonum apprehendo manum sue mi-
sericordie homo pro aliam benediccionem
non meretur vnde psalmista Aperis tu
manum tuam et imples omne animal
benediccione Et manus et pedes
suos ducendo ostendit suas cica-
trices ad maiorem impressionem
sue passionis deinde benedixit
eis quia missi erant Et benedixit
deum super nostros (?) Et dicit Ambrosius
Quod relinquit eis oscula his
finitis ipsa facie ad orientem
assumptus est in celum ut dicit
Anselmus i° a corpore virtute propria assump-
tus non indigens alicuius adiu-
torio vnde enim sublevatus fuit
in curru igneo ut Helyas nec
translatus ut Enoch per angelos
enim ista facta sunt quia purus
homo adiutorio indigebat alie-
no Et nota quod Actuum 1° dicitur
Quod nubes suscepit eum ab
oculis eorum quia claritate
circumstancium nubis claritudine vlterius
non est visus Unde quis dicit
Crisostomus Nubes suscepit eum
ab oculis intuencium ut indu-
ceretur in celo et excluderetur a
mundo qui eum non cognouit

s velut regnum temporale et crudeliter eum crucifixerunt. Deinde sequitur. Actuum primo. Cumque intuerentur in celum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt: Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic Ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

Super quo dicit Symo. Cum ergo apostoli intuerentur in celum, a nobilibus angelis sibi assistentibus in forma virorum amicti stolis albis velud diem festum agentes tamquam ab amicis dulciter arguuntur ne in vanum attollant oculos, ne desperatione frangantur, ne mestitia contepescat quia ipse idem qui intuebantur ascendit, iudicaturus adveniet cum venit sicut vide-ber. Cum audissent in spiritu humilitatis et igne caritatis pre eo inclinato capite adoraverunt eum deum. Et depositis hesitationibus imprimentes ora vestigiis pedum eius ubi steterat ascensurus regressi sunt in Iherusalem expectantes promissum intraverunt cenaculum perseverantes in oratione et laudantes deum. Et dicit Lucas novissime quod cum gaudio magno regressi sunt in Iherusalem. Magnum enim gaudium erat eis de deo et homine suo glorificatione quem gloriose viderunt ascendere in celum, de angelice ruine restauratione, de humani generis completa redemptione, de inferorum (?) spoliatione, confusione de demonum eiectione, de spiritus sancti promissione, de humane nature exaltatione, de certa spe resurrectionis et ascensionis generalis future quia postquam caput surrexerat et ascenderat in celum, tunc idem pro certo credebant et sperabant de membris fore futurum. Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

Tercia pars principalis in qua ostendit quam discipulis a Christo commissa fideliter fuit paritum. Tercia preceptum erat eis quod irent dicente Christo: Euntes. Cui precepto obedientes fuisse ostenditur cum dicit: Illi autem profecti. Item preceptum erat eis quod predicarent evangelium in universo mundo omni creature. Cui precepto obedientes fuisse ostenditur: Illi predicaverunt ubique, iuxta illud psalmi: In omnem terram exivit sonus eorum. Domino cooperante. Verbum enim predicationis sit absque nisu perfectum ut operetur seu audiatur cordibus. Et ad hoc ut fructificet requiritur quod gratia dei cooperetur intus. Unde Gregorius: Incassum laborat lingua doctoris nisi intus assit gratia salvatoris. Unde non quod tua conveniunt de lege communi ad salutem acquirendam, per se primo sed opus predicationis manifestius ostendit quod credendum sit. Item est ascensus liberi arbitrii inclinantis intellectum auditoris ad credendum audita. Sed hec duo non sunt sufficientia per se nisi assit tercium scilicet gratia dei cooperantis immo potius principaliter operans que hec dat virtutem et efficaciam verbis predicantis iuxta illud psalmi: Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Et Luce xxi dicit Christus discipulis: Ego dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Et sermonem confirmante sequentibus signis. Signa enim sermones fidei ab apostolis predicati transcendebant naturalem audientium quia plerique erant inaudita novitate pronunciata sunt et per signa insolita et ea que faciendi non contingit natura confirmarentur-

Colligitur autem quod gentes videbant ta-
lia signa fieri ad invocationem christi
inducebantur efficacius per signa ad
credendum illa esse vera que pre-
dicabantur de christo Unde Actuum
v° per manus autem apostolorum fiebant
signa et prodigia multa in plebe
et subiungitur magis autem auge-
batur credencium in domino multitudo
virorum ac mulierum etc. Item
nota quod non statim post acceptionem
spiritus sancti apostoli perfecti fuerunt
ad predicandum primidum Sed
predicaverunt adhuc quasi duobus
annis in iudea prout vult Beda
et in die illo celebratur divisio
apostolorum facta fuit, ipsorum salle-
pius divisio per comissum mundi
Item nota quod tria signa debent
sequi verum predicationem et fructuo-
sam primum est compunctio audi-
torum predictis et conversio contra
devium que in reprehensionibus de-
bent intulari Secundum est conversio
peccatorum audiencium verbum dei
de quibus duobus habetur Actuum
ij° Et ibi Illi predicante petro
xpm cristum esse deum et
apud exaltatum et donum spiritus
sancti effudisse in apostolos dixe-
runt audientes ad petrum com-
puncti corde Quid faciemus
fratres Petrus ait penitenciam
et baptizetur unusquisque vestrum
in nomine ihesu xpi et conversi
sunt illa die iuxta tria milia
Tercium signum est confirmacio in statu
in bono quia non salvabitur nisi
perseverans usque in finem Et
quamvis non omnia predicta simul
fiunt secundum sermone docentem
sed unum aperitum tantum non erit
ociosus sermo eius etc. Feria
ii post festum penthecostes
Sic deus dilexit mundum ut
filium suum unigenitum daret
Johannis iij° Cuius ita continuat
quia statim eadem racione dixerat
xpus supra oportet exaltari filium

hominis in signo mortem ipsius occul-
te significans ne igitur auditor-
res sic ex hiis verbis aliquod hu-
manum deo supplicatus et mortem
eius estimatus esse non condignum
sed inter condicionem pro redimat
hic ad veritudinem filium dei dicens
eum qui datur ad mortem et
mortem eius tam esse causam vite
eterne puta credere xpm esse mor-
tuum et resurrexisse Unde dicit
Sic enim deus dilexit mundum
quasi diceret Ne miremini quia ego
debeo exaltari ut vos salvemini
quia idem placet patri celesti
qui sic vos dilexit ut pro vobis
videretis daret filium suum non
servum non angelum non archange-
lum Sed filium suum Rursus si
filios plures habuisset et dedisset
unum hic etiam magnum quid
esset nunc vero unicum filium
que habuit dedit Ideo concordans
Remo libro xij° capitulo iij° dicens
Optime magister ihesus qui summe
verum dicit interrogatum et causam
veri appetit Et nulla aliam
quam amorem dicens Sic deus
dilexit mundum Quasi si quasi
cogitans potuit comprehendi nunc
adeo inope redemptionis nostre
sola dilectio fuit causa quia
amator hominum deus non passus
labitur perituris fieri vendere
creaturam quam ad ymaginem
et similitudinem suam fecerat
Eum ergo venit plenitudo temporis
filium dedit quia tantum hominem
dilexit creaturam ut pro eo daret
eciam filium suum increatum
Dedit enim ipsum nobis in humanitate
fratrem socium atque consortem
in conversacione exemplum in
doctrina magistrum in sermonibus
medicinam Ciborum ad famem
viaticum ad viam per quam non

reambulatum per redemptionem precium
ut non auro aut argento aut
lapidibus preciosis aut permutatione
rerum sive obsidum redemptio
sit prestita de nobis / Sed ut ipse
sit factus precium dei filius qui
redemit ita ut precium et redemp-
tor realitate non differunt et
redemptus precium dilectionem et
suam dignitatem quanti sit estima-
tus agnoscat non quod tanti constitit
sed quod tam dilectus est / Non enim
sua dignitas quantumvis magna
est preciosius et divinus amor enim
sit appendit ut circumcisionem
deus passione et proprio filius
daret / ut credentes in eum ac-
tiva fidei qui spem et caritate
sunt animarum liberati apprehensis
vitam consequantur / etiam quod
sequitur / Ut omnis qui credit
in eum non pereat / Et notandum
dicit et cum credit in eum non
dicit quod credit ei vel eum / unde
Augustinus de verbis domini in quodam / multi
dicunt credere Christum et credere in
Christum quod demones credunt Christum
sed non in Christum / Ille credit in
Christum qui sperat in Christum et
diligit Christum quia talis fidem
sine spe et sine dilectione credit
esse Christum et non in Christum credit
credendo in ipsum venit et Christo
quodammodo incorporatur ipsum et
in ipso corporaliter et membrum eius
efficitur quod fieri non potest nisi
spes accedat et caritas / Unde
idem Augustinus libro omeliarum capitulo
xviii / fides nostra debet esse christianorum
non demoniorum quia demones
credunt et contremescunt / Et dix-
erunt Tu es Christus filius dei
Confitebantur demones quod
non credebant homines sed iudei
Illi sed demones tremuerunt isti

scilicet iudei non credentes occiderunt.
Sed nunquid quia demones cre-
diderunt eum Christum regnaturi sunt
absit discernenda est ergo fides de-
monum a fide sanctorum qui demo-
nes dixerunt Christum filium dei Et
similiter petrus qui est a beato domi-
nus beatus non ille sed demones qui
ipsum dixerunt hoc timore Sed
petrus et alii sancti Christum con-
fessi amore / Hanc ergo fidem que
per dilectionem operatur demones
non habent sed solum filii dei /
Non enim misit deus filium
suum in mundum ut iudicet
mundum sed ut salvetur mundus
per ipsum / Ex hic dicto domini multi
confitentes potius peccato adi-
unt et absistentes dei nunc di-
cunt non est verendum non est
supplicandum omnia peccata nostra no-
bis dimittet / Pro quo notandum
quod duo sunt adventus christi unus
qui iam est factus alius qui
est futurus / primus fuit est non
ut iudicet que a nullo sunt
sed ut dimittat Secundus est non
ut dimittat sed ut iudicet
unde de primo ait Non veni ut
iudicem mundum / Et tunc enim
clemens est non facit nunc iudicium
sed initium remissionis omnium peccatorum
primus per baptismum postea per penitentiam
quia si hoc non fecisset universi
simul perditi essent / Omnes enim
peccaverunt et egent gratia dei
ut ille / Sed in secundo adventu
ut districtus iudex veniet
qui mitis abhinc fuisset ut
qui ipsum sequi noluerunt et eius
precepta perseverantiam finalem diabolo
consentientes cum dicit Ite ma-
ledicti etc Mathei xxv / Unde ipse
in primo adventu non venit ad
iudicandum aut ad redemptionem

sed omnes salvandum. Unde prima
ad Thimotheum primo. Fidelis sermo et
omni acceptione dignus quia
Ihesus Christus venit in hunc
mundum etc. Unde dicit Augustinus
Ergo quantum in medico est
venit sanare egrotum. Ipse
se occidit qui precepta me-
dici servare non vult. Venit ergo
salvator in mundum. Quare sal-
vator dictus est mundi nisi ut
salvet mundum non ut iudi-
cet mundum. Salvari non vis
ex ipso ex te ipso iudicaberis. Cui
concordat Crisostomus ubi supra dicens
Non ergo ad iudicium datus
est filius dei sed nisi culpis exi-
gentibus ad iudicium sed suscep-
tus. Pius ergo benignus et
misericors est. Deus qui vult omnes
homines salvos fieri et ad agni-
tionem veritatis venire. Sed pec-
catores et maledicti eum ad
iudicandum trahunt. Iniqui-
tas tribunal iudiciale constitu-
ere obstat quod alibi scriptum est
dixisse Christum Iohannis viii. Ego
iudicium veni in hunc mundum
Et illud pater omne iudicium dedit
filio. Et illud quod iudicaturus
est dampnorum sententiam finalem
inter edos et oves. Et illud
quod supra multi loquuntur
nec certe credulitas de ipso
extremo iudicio. Quoniam
missio filii dei non est facta
pro iudicio sed pro salute. Iudicium
non sequeretur omnino et tamen fac-
tum est inpie inter homines
alti cordis et supplices servos
exigente iniquitate. Cui iudi-
care vellet non tot fecisset exhi-
bitiones amabiles non tot induc-
tiones ad bona non tot induxis-
set cautelas non comminaretur
peccantibus ut caverent aper-
tas non predicasset seu predicari
misisset penitenciam et remissio-
nem peccatorum non tot lavatoria sta-
tuisset et rasoria et abstergen-
tia putrida vulnera non fecisset
palliatam primam penitenciam sed
nunc vehementer non totiens
per prophetas clamasset. Continue
ad me ad priscos peccatores et
alios quoscumque nec ipsa vita mor-
bus incarnatus divinis sermonibus
exclamasset ut crederent in eum
salvari cupientes et tandem
non salvasset proprio sanguine talibus
ex periculis collectis et penis
morte suscepta pro redemptione
humani generis si ad iudicium non
ad vitam missus esset. Hec alia
sunt dicta ad septimas que videntur
sonare contrarium fratris Alexandri
de Hallis. Quod duplex est iudicium
discretionis ut sic homo dicatur
iudicari qui discernitur meritis
suis et intencionibus ab aliis.
Et si de isto iudicio loquitur
tunc Christus ad iudicium venit
quia eo adveniente etiam in
primo adventu omnes discreti
sunt. Quidam enim nescia
veritate prevaluerunt. Quidam
autem humili gratia acceperunt eum
ipse est positus in signum ruine
et resurrectionis multorum. Luce
ii. Aliud est iudicium condempna-
tionis ut idem sit homines iudi-
cari quod condempnari. Et de tali
iudicio loquitur hic Christus quia
ipse venit non ad condempnandum
sed ad salvandum quantum in se
est. Qui credit in eum non
iudicatur. Qui autem non credit
iam iudicatus est quia non
credit in nomine unigeniti
filii dei. Et exponit Alquinus.
Qui credit in eum et adheret
caritatem ut membrum capiti

no iudicat' i. no condempnatur
quia talis per certitudinem manet
iudex et deus meo et no habet
causam propter quam condempnetur
Qui autem no credit iam iu-
dicatus est i. habet in se causam
manifestam sue condempnacionis
ut ille qui dicitur mortuus
qui habet in se causam manife-
stam mortis quamvis finalis
execucio huius condempnacionis
fiet in secundo adventu xpi-
vel iam iudicatus est s. in dei pre-
sciencia Novit enim deus qui
sunt eius novit etiam illos
qui permaneant ad tonam et
qui ad flamma novit massa
sua triticum novit et paleam
Cui verbis concordat Crisostomus dicens
No iudicat' credens de incre-
dulitate aut active credens de
aliqua iniquitate nec absolute
exista sua qui credentes sine
operibus bonis aut pravis cum
operibus iudicentur Fides enim sine
operibus mortua est Qui autem
non credit iam iudicatus est Ja
propter incredulitatem et de incre-
dulitate quia peccatum est non
crede' et no credens deputabitur
penis nisi credat per quod iam
iudicatus de incredulitate crede'
et salvabitur et credens perversa
operari et dampnabitur Deinde
xpus declarat verum incredulorum
iudicium oriatur dicens Hoc
est autem iudicium quia lux venit
in mundum et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem
Et exponit hic est autem iudi-
cium i. hec est causa condempnacionis
quia lux i. xpus qui est lux
vera illuminans omnem hominem
venientem in hunc mundum carnem
assumendo et in ea apparens

salutem hominum gratis operando vel
quia se gratis obtulit non que-
situs advenit motus dilectione
propria non meritis quesitorum Et
dilexerunt homines magis tene-
bras s. infidelitatis quam lucem
s. fidei vel xpum Cum concordat
Crisostomus dicens Venit ipse ihesus
in mundum qui est vera lux
mentes illuminans omnem hominem
illuminandum veniente in hunc
mundum Sed pti et 9tuma-
tes homines odientes et fugien-
tes hanc invisibilem lucem non
perstringentem oculos corporis sed
interiores hominis tenebras peccatorum
et ignorancie amaverunt Qua-
abiem iudicant semper merito
qui odiunt homines lucem ab
illa fugientes Hec quae tene-
bris dilexerunt Respondetur Erat
enim opera eorum mala Crisostomus
quae mala quia contra legem
contra ordinem incorrupta cor-
ius in subpressione spiritus i. libera-
te voluntatis et effectu voluptatis
Et Johannes in canonica
sua primo Si dixerimus quia pec-
catum non habemus nosmetipsos
seducimus Multi enim credunt se
non habere peccata et sunt in
magnis peccatis constituti et
hoc est periculosum Unde Augustinus
sermone de Lazaro dicit
pessimum genus peccati est ideo
intelligo peccata Omnis enim co-
gnoscentes crimina sua per peni-
tenciam deo reconciliari possunt
Nullus desperantibus plus
plangendus est quam qui putat
se non habere quod plangat
et nota multa genera delictorum
quedam sunt que leviora esse
creduntur et illa sunt magis
notoria que non creduntur esse

peccata / nullum enim malum
facilius decipit nisi illud quod non
creditur esse malum / Tertia
vero aliqui sunt ita molles
ad laborandum proniores ut usque
ad finem eligant adherere ma-
licie Ideo de hiis sequitur unde
omnis enim qui male agit odit
lucem ut non arguantur opera
eius i. omnis qui est in inten-
cione peccandi cum placet peccatum
odit lucem ostendentem peccatum
eius ut adulter et fur et
similes vide Augustinum x° confess
Tertia enim tales falli nolunt
et fallere volunt Ideo amant
lucem cum se ipsam indicat
et oderunt eam cum ipsa eos
indicat unde retribuetur eis
ut eos volentes manifestet
et eis ipsa non sit manifesta s
ad solacium in infernis Quarti
ergo tales veritatem lucentem
et oderunt eam redarguentem
vide Crisostomum / Non omnis ma-
li auctor odit lucem sed male
agens quia multi auctores
malorum ad penitudinem sunt
conversi cum amore lucis et
odio tenebrarum Tertii vero ma-
le agit semper refugium est
resipiscere non vult quamvis posset
propterea odit lucem et quia illam
odit non venit ad eam nemo
accedit ad id quod odit nisi
aliquid ut contingeret quare non
venit ad lucem quia ipsa sibi
"adversum" omne demonstrat esse
quod est Sed aliquod esse suum
contrarium habet aut corroto re-
pellit aut ut molestat aut
damnat et arguit veritas omne
falsum si appropinquat fontibus eius
et iusticia quod iniquum est et
lux scientie atque virtutis tenebras
ignorantie et viciorum De phor

male fluet agere sathagens no-
lens reprehendi cupiens placita
quelibet inordinata perficere non
venit ad arguentem lucem
atque veritatem sed in mundo tempora-
torum in tenebris sempiternis
intimetantur [illegible] veritatis
[illegible] et culpabilium tenebris
amictus et qui non vult argui
[illegible] ad correctionem pro veritatem
eterne tenebrum intortima Tertium
autem facit veritatem venit ad lu-
cem ut manifestentur opera
eius quia in deo facta sunt Cri-
so ubi supra / veritas libertatis
constituit possessorem et eum
a timore atque erubescencia malis
absolvit veritatis sectator esse
in patulo non veretur neque detrec-
tat notum fieri apud omnes
audacter militem producit artifex
opus eius si ipsum fecit immacu-
latum abscondit aut si aliquid
habet ineptum innocens ubique
securus est et recte agens publicum
non devitat lucem appetit si
sana fuit visiva potencia / Similiter
vero ab illo confunditur nulla
ita opera sine deo qui operatur
in ipso non timet argutionem
et penam ad examen penitus
non formidat Sed dices quid
est facere veritatem Vide Alanum
de hallis Tertio facere veritatem est
concordare veritati iubenti et est
veritati redarguenti / veritas enim
iubet bene operari / Et ideo ille
facit veritatem qui facit bona opera
que veritas iubet / Etiam ille
facit veritatem qui concordat
veritati redarguenti et accusanti
veritas enim peccata accusat
et redarguit peccantem / Tertium
ergo semper in confessione accusat
veritatem facit vide Augustinum super
Johannem Tertium facit veritatem ac-
cusat ipse mala sua non sibi
parcit non sibi ignoscit Item quit

de hoc quod dicitur infra qui facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius. Videtur enim quod velle manifestare opera sua et publicare sit reprehensibile. Dicendum quod tribus modis potest quis desiderare manifestationem operum suorum. Primo enim potest desiderare quod manifestentur opera coram deo et approbentur. Unde ii ad Corinthios x° in fine. Non enim qui seipsum commendat probatus est sed quem deus commendat. Et Job xvi° Ecce in celo testis meus. Secundo potest desiderare ut opera sua manifestentur in conscientia sua ut inde gaudeat. Nam gloria hec est testimonium conscientie. Unde ii ad Corinthios i°. Et signum virtuosi est gaudere de operibus virtuosis bene factis ii° Ethicorum. Tertio potest quis desiderare ut opera sua manifestentur coram hominibus sed ut inde deus glorificetur. Matthei v° Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. x^m^ c. Primo.

Amen amen dico vobis qui non intrat per hostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Johannis x°. Crisostomus omelia. Quia dominus ut supra de cecitate iudeorum disputaverat capitulo primo. Ne ergo ipsi dicerent hoc non est ex nostra cecitate quod ad te non attendimus sed quia alterius tamquam erroneum fugientes. Vult ergo dominus hic ostendere quod non sit erroneus sed pastor ponens signa pastoris et latronis. Et primus ostendit quis sit erroneus et fur. Ille scilicet qui non intrat per hostium quod est christus. Unde Augustinus in omelia. Non sunt dicendi bene vivere qui finem bene vivendi vel cecitate nesciunt vel inflatione contempnunt. Non est enim cuiusquam spes vera et ita semper vivendi nisi agnoscat

veritatem que est christus et per humanitatem intret in ovile. Ceterum qui ergo vult intrare in ovile per hostium intret non solum christum predicet sed christi gloriam querat non suam. Nam multi querendo gloriam suam oves christi sparserunt potius quam congregaverunt. Humilis ergo enim ianua christus dominus. Ceterum enim intrat per humilitatem oportet humilem esse ut sano capite possit intrare. Ceterum qui se non humiliat sed extollit per maceriam vult ascendere. Ceterum qui per maceriam ascendit ideo exaltatur ut cadat. Et infra. Ve miseris aliunde ascendentibus quia casurus est. Hic ergo humilis per hostium intret plano pede veniat et non offendat. Hymo libro viii° capitulo xxiiii°. Eos qui sic primam ovile aliunde quam per christum et ab eterno per ordinationem hostium ingrediuntur et qui curam et diversarum suscipiunt animarum aliunde quam per predictum hostium intrantes ascendentes fures sunt sive latrones. Fures quia per suam voluntatem furantur rapientes sacram et doctrinam et subripuisse auctoritatem fraudibus et extorsisse velut latrones quos regimen gaudent. Ceterum velut latrones aut fures merito suspenduntur patibulis propter eos quod non per hostium animarum receptorium aut rectorum egenum et pauperum non terreno splendore fulgentem unigenitum dei filium hominem pro nobis factum atque per eius honorem in ovile domini intraverunt sed aliunde per superbiam et symoniam favorem seu hominum ad dominium ad utilitatem ipsorum ut lucrentur pecuniam de gratia spiritus sancti vel debuerunt aut debent lucra

virtutem atque iusticiam et animas
aberrantibus fidei atque preciosum
corpore nervo fulgere voluit ubi
xpistus despectus apparuit et ascen-
de superbie equum ubi xpistus simp-
licem ascendit asellum et vesti-
bus fulgere non renuebat et
vitam stipare delicijs ubi xpistus
asperam vitam tenuit Sed
qui vult sperans fulgere splendo-
ribus ubi xpistus pallidus vixit
non ingreditur in illam requiem
ubi gloriose residet et exaltatus
cum suis humilibus residebit
Ad illos non sermo iste signanter
dirigitur qui de pauperis xpisti pa-
trimonio inclaruerunt Quorum
tanto gravior est culpa con-
dicior et dampnacio quanto de
obprobrio xpisti et de eius turpis-
sima morte et de gracia spiritus
sancti humanam venantur gloriam
non divinam terrena sectantur co-
moda non celestia spiritualia non eti-
a et instrumenta virtutum subdi-
derunt impijs viciorum atque illa
que ordinata sunt pro superno
regno adversum regni corrupti-
bilis converterunt Ad dampna-
cionem spectant male viventium
que in xpisti sanguine sunt quesita
et que principes huius mundi hu-
mili et paupere xpisto ministris vero
sequacibus et pontificibus xpisti-
ana fide suscepta humiliter obtu-
lerunt Nunc ad usus inducta
sunt nimium corpora tirannorum
conservata cure pro quorum honore
tanta sancte matri ecclesie in
diversis mundi partibus sunt oblata
Unde mercenarius pastor cupi-
dus terrene mercedis mercede cele-
stis eterna privabitur quia sub
dictam animam posuit onerem su-
periorem invisibilium reliquit pe-
riculo cum adeptus fuit quam an-
te querebat mercedem et sibi ipsi
in consciencia est et ad dei iudicium
testis quod qui semper pereundum
animabus non apposuit quod

non sit voluntas et animarum cari-
tas sed cupiditas intronizatum
pervenit atque sicut hec ille Quoni-
am intrat per ostium pastor est
ovium Supra descripsit latronem
hic describit pastorem Et vult
quod ille est pastor ovium qui intrat
per hostium Sed quid est hostium
videt illos de vallis Quod ho-
stium materialiter dicitur illud quod
introducat ad interiora domus
Sicut ergo quod sunt diversa osti-
a sed potest accipi diversimode hostium
Intellectus enim scripture est quod-
dam misterium quod latet in
scriptura Ad hoc misterium intratur
per fidem Nisi crediderimus non intel-
ligetis id est nisi fuerit hostium
fidei non intrabitis ad interiora et
ad medullam scripture Cum ergo
cogitat se ad interiora scripture
sine fide fur est quia usurpat
sibi alienum De isto hostio lo-
quitur Augustinus in quodam sermone
super Johannem dicens Quod si
duo sunt qui non intelligunt
scripturam si unus credit et
alius non Primus qui credit
dignus efficitur ut aperiantur
ei secreta illius scripture Alio
modo potest dici quod primum est quoddam
misterium et quod ad hoc miste-
rium pervenitur ad opus misterij
dirigitur opus misterium est quod-
dam hostium perducens ad misteria
domus Sed quia nullus potest
venire sine xpisto igitur xpistus est
hostium Ideo Augustinus in quodam
loco inquit Primum quod bene
vivere perducit ad semper vivere
vocatus bene vivere ministerium
et semper vivere premium Sed cum
quod nullus bene vivit sine xpisto
Igitur patet quod multa locuti
sunt de virtutibus non fuerunt
veras virtutes quia non habuerunt
verum finem Unde sequitur
sobrius Sequitur bene vivere est

est hostium introducens ad semper vivere et bene vivere non est sine Christo. Sequitur quod Christus ipse et predicator sit hostium. Tertio modo hostium intrinsecum potest dici corporis ecclesie. Esse enim in ecclesia per gratiam sine peccato que operatur predilectio est esse intimum pastoris et porcus ingrediatur intrinseco. Et quia ad hoc intrinsecum non intratur nisi per Christum quia Christus removet obstaculum puta peccatum et confert gratiam per quam quis est in hoc intrinseco. Igitur Christus est hostium. Unde Augustinus super Omelia. Per hoc hostium nullus intrat qui errat circa hostium ut erravit Sabellius dicens quod pater est filius. Et Arrius dicens et nodus potest est aliud quam filius. Et Fotinus dicens Christum esse purum hominem. Per hoc hostium non intrant superbi quia hostium humile est per quod homo non intrat nisi caput inclinet. Quarto modo hoc intrinsecum potest dici Christus. Hostium autem ducens ad hoc intrinsecum scriptura dicitur. Unde supra Johannis v°. Scrutamini scripturas hee sunt que testimonium perhibent de me. Per scripturam enim venitur ad cognitionem Christi. Unde Crisostomus. Hostium vocavit salvator scripturas. Hec enim de cognitione aperiunt. Hee oves custodiunt. Hee lupos supervenire non permittunt hereticis introitum precludentes. Hec ille. Sic hostiarius apperit sciens eum esse pastorem. Crisostomus. Michael prohibet hostiarius vocat Moysen. Ille enim est cui eloquia dei credita sunt. Vel secundum Theophilum Spiritus sanctus hostiarius est per quem scripture reserate indicavit nobis Christum. Vel hostiarius est Christus qui hic elegit ad reserandum et ad claudendum

Isaie xxii°. Dabo clavem David super humerum eius qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit. Sicut concordat Augustinus dicens hostiarium Christum dum accipere debemus. Magis enim sint inter se divisa in rebus humanis pastor et hostium quam hostiarius et hostium tamen dominus ipse se et pastorem dixit et hostium. Cur non etiam ipsum intelligamus hostiarium. Et oves vocem eius audiunt. Et vera bono pastori libenter obediunt. Ad Hebreos ultimo. Obedite prepositis vestris. Unde Crisostomus. Si pastoris est per legitimum intrare hostium per quod ipse intrant ab omni congregatione se abstrahunt qui ipsum non audiunt quasi dicat pastor intus clausus est cum omnibus suis que ipsum audiunt cum affectu quia sibi conversantur et cum eo morantur. Alie autem ab omnibus fructuosis segregate quasi vagantes vocem pastoris non percipiunt. Et proprias oves vocat nominatim. Hic tangit officium boni pastoris quod ad oves quia est triplex vocare educere et dirigere nominatim vocat oves cognoscendo eas educit ad pascua ipsas instruendo sed ante eas vadit et eas dirigit bonum exemplum vite eis prebendo. Et hec tria conveniunt Christo pastori per excellenciam. Aliis autem pastoribus a Christo per imitationem. Et de Christo predicatore exponi potest quod hic dicitur. Et proprias oves vocat nominatim id est Christus cognoscit eas in nomine. Secunda ad Thimotheum ii°. Novit dominus qui sunt eius et cognoscit eas expressa intentione. Aliis vero pastori a Christo collationi operatione quia pastoris

est cognoscere oves suas pecorum
et omnium quia multe oves spirituales
aliquae sunt indigentes consola-
tione et alie correctione. Unde de hac
cognitione dicitur Proverbiorum xxvii°:
Diligenter agnosce vultum pecoris
tui, nec enim habebis in perpetuum
potestatem; quasi diceret veniet tempus
in quo dicetur tibi pastori sub
Christo constituto: Redde rationem villi-
cationis tue, Luce xvi°. Et edu-
cit eas scilicet ad pascua sane doctrine.
Sic Christus excellenter eduxit
oves suas. Ezechiel xxxiiii°:
Educam eas de populis et con-
gregabo eas de terris et inducam
in terram suam. Sic et imitatores
Christi oves debent educere clamando
incessanter et quasi tuba exalta-
do vocem suam; aliquid comi-
nando et terrendo aliquando gaudia
sine termino promittendo. Et cum
proprias oves emiserit ante eas va-
dit. Bonum exemplum eis osten-
dendo. Unde Christus dixit de se Iohannis
xiii°: Exemplum enim dedi vobis
ut quemadmodum ego feci ita
et vos faciatis. Sic imitatores
Christi emittere debent oves suas de te-
nebris ignorantie ad lucem veri-
tatis per sanam doctrinam, et vadere debent
ante eas ire per exemplum
bone vite quasi in columpna
nubis et ignis ut possit dice-
re cum Apostolo illud prima ad Corinthios
xi°: Imitatores mei estote sicut
et ego Christi. Sed heu pauci sunt
tales sed multi corrent laicis similes
in conversatione. Ysaie xxiiii°: Erit
sicut populus sic et sacerdos. Et
aliqui eis dissimiles et in bona
vita illis posteriores. Unde Crisostomus:
Nimirum pastores contrario faciunt
oves sequentes non eas precedentes.
Et dicit Augustinus de Christo pastore:
Unus est qui oves precessit nisi
Christus qui surgens a mortuis
iam non moritur et qui patri

dixit: Pater, quos dedisti michi
volo ut ubi ego sum et ipsi
sint mecum. Quemadmodum signum ex-
sibi datos aperte in die ascensionis
sue precessit in ipso corpore demon-
strans eis iter salutis eterne. Mi-
chee ii°: Ascendit iter pandens
eis. Et oves sequuntur illum quia
sciunt vocem eius. Illi scilicet qui
sunt predestinati quos vocavit
Deus quia sunt eius sequuntur
illum, id est perseverant vocati in fide
et operibus fidei usque ad finem
vite, iuxta illud Matthei: Qui autem
perseveraverit usque in finem hic
salvus erit. Quia sciunt vocem
eius, id est bene intelligunt quid
ipse loquitur quam fideliter et
quam fructuose. Alienum autem non
sequuntur sed fugiunt ab eo quia
non noverunt voces alienorum. Alienum
autem, id est illos in quibus non est
vox Christi nec eius sana doctrina
quia stulta predicant inania
garrientes quia fingunt non se-
quuntur scilicet oves Christi sed fugiunt
tamquam pestem infectivam bone
vite et bonorum morum. Quia
non noverunt vocem alienorum,
id est non approbant illorum doctrinam;
quia oves Christi audiunt vocem
Christi ubicumque sonat vox eius
sive per bonum sive per malum,
et non audiunt vocem alienam qui
aliud preter Christum dicit se con-
trarium et ipsius sancte doctrine
etiam si bonus videatur. Quia dicitur
Hoc proverbium dixit eis Ihesus; illi
autem non cognoverunt quid loquere-
tur eis. Nota quod illis dixit proverbium
hoc qui iactabant se esse viden-
tes ut supra capitulo proximo qui
cum hoc proverbium intelligere
non possent convincebantur
fore ceci. Unde dicit Augustinus: Simul
duo audiunt verba eadem; unus
impius et alter pius et talia

sunt forte ut ambo non intelligant
ut quorum unus dicit nichil di-
xit / Alter dicit verum dixit et
bonum est quod dixit sed nos non
intelligimus Iste qui credit iam
pulsat et dignus est ut ei ape-
riatur si pulsare persistat Ille
vero adhuc audiet nisi crediderit
non intelliget / dixit ergo eis iterum
Jhesus Amen Amen dico vobis
ego sum hostium ovium / Cuius dicti
attencionis volens facere indicia
manifestat quod superius dixit de ho-
stio sepium hostium dicens / Ego
sum hostium ovium / Crisostomus libro
viiº Caº xxxviiº sic inquit
Clausum fuit hostium paradisi pro
prothoplasti culpa exigente unde pul-
sis appositus illa cherubica custo-
dia gladioque flammante ne ullum
se exaltanti qua ceterorum potu-
isset esse accessus nisi deo dante
ut que sit firma seratio super-
ne vite repagulum hostium intue-
mote signabat nisi novum ho-
stium additum quod sanctissimis
radiabus inesse productum quod
fugandam desperationem spem que per-
rogandam clamat dicens Ego
sum hostium ovium omnibus edi-
ficiis construendis et mancietis
edificationibus adhitandum con-
nectis de hostii disposicione semper
contenditur / Duo nempe domici-
lia omnipotens ipse construxit unum
ad agonem alterum ad honorem
in labore alterum in requie unum
ad agonem alterum ad honorem
unum in [illegible] alterum in multitu-
dine unum in gracia alterum in gloria
unum in via alterum in patria
unum in ecclesia militante alterum
in triumphante unum in hoc mundo
sub celo alterum in empireo celo
Et hiis duobus domicilijs duta-
xat unum hostium fecit ut nec

ingrediam nisi per eum esse posset
ingressus et ad supernam patriam
venia nisi per eum patet accessus
quia nemo salvatur nisi per christum
nemo fit salvus nisi per ihesum Et
nisi panis [illegible] positus inquit
idem Crisostomus huius hostii figuram
optime expressit in lege / nadem
de fabricacione arche deus loquens
noe dixit hostium pones in latere
deorsum / Archa ista per omnia signa-
bat ecclesiam / in cuius latere deorsum
positum est hostium / Nullus enim
ecclesia fuit humilior christo / Nemo
se tantum abiecit / nemo se pro
hominibus coaptavit ut esset
omnibus deorsum quia deorsum
incarnatus est deorsum inter
homines homines natus deorsum
cum hominibus conversatus est
deorsum degens superna docuit
ad agendum / deorsum discipulos
instruxit deorsum miracula fecit
deorsum humiliatus est ad Apostolos
pedes deorsum passus mortuus
et sepultus est deorsum ad inferna
descendit primus hostium fidei ho-
stium ecclesie positum est deorsum
deorsum in latere sic ut latus atrij
patens omnibus venientibus
sit ingressus / Et deus apparuit
Abrahe sedenti in hostio tabernaculi
ubi deus apparet querentibus
in christo presidium qui hostium est
ecclesie superna que vite ingra-
cia se manifestat omnipotens
in ea fide que per veram visionem
revelanda est / Item post hostium
zara vasit quia post christum in fide
susceptum sequitur usus qui nun-
quam dolore [illegible] / Item
ad hostium tabernaculi testimonij
ad placandum deum oblacio in-
bebatur. Ergo et christus tale
hostium ecclesie est in quo et per quod
omnis oblacio mentalis fieri

debet si placet cupimus deum quem
sordidis peccatis offendimus
inquantum enim melius in ipso nun-
quam aliter nisi in ipso placari
cupit deus / Omnes quotquot
venerunt fures sunt et latro-
nes et non audierunt eos oves
Augustinus Intelligite ergo quotquot
venerunt preter me quia ante
adventum ipsius venerunt prophe-
te / numquid ergo illi fures sunt
et latrones absit / Non enim
preter illum venit sed cum illo
venerunt qui illo dicente venerunt
qui veraces sunt quia ipse ver-
bum et vitas venturum mit-
tebat sed eorum corda quos mi-
serat possidebat / Et quotquot
autem illis xpum prenuncian-
tibus crediderunt oves erant
et xpum audierunt oves non
alienam vocem sed vocem ip-
sius xpi audierunt / Alieni
sunt quos non audierunt
oves in quibus non erat vox
xpi. Ante adventum xpi qui
humilis venit in carne precesser-
unt iusti / Sic eum crede-
ntes venturum quod nos credi-
mus eum qui venit tempora variata
sunt sed non fides / Eadem enim
fides utrosque coniungit et eos
qui venturum esse et eos qui
venisse eum crediderunt / Quotquot
ergo preter illum venerunt fures
sunt et latrones id est ad furan-
dum et occidendum venerunt
Sed non audierunt eos oves
ille vere et presumpte de quibus
dicitur / Novit dominus qui sunt
eius / Eos ergo non audierunt
oves in quibus non erat vox
xpi errantes vana sequentes
fingentes miseros seducentes
Et notandum quod xpus dixit se
hostium declarat cum subiungit
Ego sum hostium per me si quis
introierit salvabitur / Si qui

per me non fictus sed verus introi-
erit perseverando in fide que per
dilectionem operatur / Et ingredietur
et egredietur et pascua inveniet
Augustinus / Sed quid est quod dicit
ingredietur et egredietur / In-
gredi enim ad ecclesiam per hostium
xpum bonum est / Exire autem
de ecclesia non est bonum propter dicta
ingredi nos quod intus aliquid
bene operari vel sicut Theophilus
Ingredi dicitur cum se homo
interior / Egredi vero cum hominem
exteriorem id est membra que sunt
super terram in xpo mortificat
et in utrisque non desunt pascua
dei quia adeo est talis ingre-
ssus bonus et egressus qui
dat gratiam bene operandi et etiam
in bono perseverandi / quia sine
eo homo nichil potest facere /
Fur non venit nisi ut furetur
et mactet et perdat / Ut fure-
venit fur alienam rem sibi
usurpando non dei preceptis
xpi suos sectatores instruen-
do sed suis exemplis eos vinc-
suadendo unde subditur / Et
mactet doctrina mala eos
a fide retrahendo / Et perdat etiam
dampnacionem illis modis perditos
perimando / De talibus alibi
dicitur / docentes doctrinas hominum
et mandata dei contempnentes
Sunt enim ante adventum
xpi falsi prophete et falsi doc-
tores latrocinia querentes non
sane doctrine inherentes / Ego
veni ut vitam habeant et
habundancius habeant Augustinus
Sic exponit / Ut vitam habeant
ingredientes per fidem que
que per dilectionem operatur in ecclesia
dei per quam fidem in ovile ingre-
diuntur ut vivant quia

iustus ex fide vivit / Et abhun-
dancius habeant egredientes de
ista vita ad vitam eternam /
et ca quamvis ergo et isto ovili non
desunt pascua fidelibus inve-
niunt tamen pascua pleniora
in quibus plenissime in appa-
ricione glorie dei qualia ille
latro saciatus invenit cum dominus
ei hodie mecum eris in para-
diso Luce xxiii° etc. Sermo
Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est
potus Johannes vi° quali-
ter in mediate supra / Qui
manducat meam carnem et
bibit meum sanguinem habet
vitam eternam et ego resuscita-
bo eum in novissimo die / Sed
quia Christus frequenter parabolice
loquebatur suis discipulis et
aliis igitur ne crederent quod caro
Christi contineretur nisi sacramento
tantum tamquam in signo igitur
hoc removet dicens / Caro mea
vere est cibus / Et quod duobus
modis exponitur / Primo sic caro
mea est cibus per quem principalior
et nobilior pars hominis scilicet
anime non corporis cibatur / Cum
enim homo constet ex duabus
naturis ex qua tamquam principali
et corpore secunda quia homo non
dicitur homo secundum corpus principaliter
sed animam / Ille ergo est vere et verus
cibus qui est cibus anime
ipsam reficiens gratiis et virtutibus
sine quibus mortua dicitur /
Beda exponitur secundum Augustinum
Et quod iste vere cibus et vere potus
qui facit suum effectum cibi et
potus / Effectus autem cibi est sacia-
re et potus sitim extinguere et
hos effectus facit cibus corporis
Christi et potus sanguinis eius qui
digne sumpti ducunt ad gloriam
eternam ubi erit perfecta sacietas Psalmus
Saciabor cum apparuerit gloria tua

Et ubi beati amplius non esurient
neque sicient Apocalypsis vii° / Unde Au-
gustinus / Cum cibo potu et appe-
tant homines ut non esuriant
neque siciant hoc vere prestat hic
cibus et potus qui sumentes
incorruptibiles et immortales
efficit et socios sanctorum ubi erit
pax et plena vera unitas
Secundo hic exponitur exemplo / Quis
homo racione utens utitur in omni-
bus quibus in nullo falli velit
quamvis plus sepe velit nullus
vellet pasci depicto cibo neque
picto potu / Sed vere si famem
pateremur indigeremus cibum / Si fa-
mes non cruciat vilipendit / Si
dormiens sompniet esum aut
videat pictum in pariete cibum
venter repletus non est quousque
evigilet et tunc dolet se in
veritate non invenientem saturitatem
vere appetens vite fulcimenta
conquirit et ea meliora quibus
vita sanior confovetur / Unde
quia vere famis media cruciamur
quia vere mortem vellemus et
cuncta terrena in veritate non sa-
ciant non depellunt mortem
vitam eternam non prestant / Ideo
verum cibum verumque potum nobis
gratuite oblatum debite sump-
cione capiamus / Unde sequitur
Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem in me
manet et ego in eo / Hoc est quod ipse
manducat corpus Christi spiritualiter
tantum et sic manducaverunt
boni cotidie per fidem et amorem
Unde dicit Augustinus / Ut quid paras
ventrem et dentem crede et man-
ducasti isto modo scilicet spiritualiter
tantum et sic manducantes
manet in deo et deus in eis /
Johannes iiii° / Deus caritas est et
qui manet etc. Unde dicit Bo-
naventura / Et quod sunt quam

qui tam magno desiderio te in
hoc sacramento sumere desiderant
et tamen desideratum habere non pos-
sunt[?] videntes ante se misterium huius
sacramenti stantem et sumentes
te et pro desiderio cordis lacrimas[?]
expandunt ob anime appetitum
te recipere cupiunt et nullus eis
porrigit. Vide idem in persona
Christi ad tales quod aliqui sunt
qui in de[?] mensa sacramen-
tali et corporaliter recipiunt tamen
in de ieiuni recedunt. Et sunt
alii qui habent mensam spiritualem
tamen copiose de eius plenitu-
dine inebriantur. Primi quidem
sacramentaliter tantum. Secundi eius virtutem
recipiunt. Alii sacramentaliter tan-
tum sumunt qui corpus Christi sub
sacramento recipiunt et non habent
fidem et illi saltem non habent
fidem caritate informatam de
quibus dicitur prima Corinthiorum xi.
Qui enim ante manducat
et bibit indigne iudicium sibi
manducat et bibit. Et de hiis
etiam dicit Augustinus de verbis
domini. Qui enim corde ficto carnem
illam manducant et sanguinem
bibunt vel tam manducaverunt
apostate fuerunt et ad peccata re-
deunt in Christo non manent
nec Christus in eis qui ipsi domi-
nici[?] et tue quem pulchre in-
vitavit quasi manibus conten-
dunt dicentes illud Job xxi.
Recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus. Alii sacramentaliter
et spiritualiter simul de quibus
hic dicitur quod manent in Christo
et Christus in eis. Unde dicit
Augustinus in omelia. Hoc est ergo illam
manducare escam et illum bibere
potum in Christo manere et Christum
in se manentem habere. Et ideo qui
non manet in Christo et in eo
Christus non manet nec mandu-
cat nec bibit ad salutem sed
iudicium sibi manducat et

bibit. Sed diceret aliquis quid de
manducare vel quociens an fre-
quenter vel raro. Vide Eusebium super
epistolam ad Hebreos. Sunt plurimi
qui solo[?] sacrificio semel tantum
in anno participant ut in pascha
alii bis, alii sepius, alii rarius.
Sed quos plus acceptamus subdit
nec illos qui semel nec qui sepius
nec qui raro sed eos qui cum
munda conscientia et vita irreprehen-
sibili vivunt. Isti semper accedant.
Qui non tales non sunt nec
semel quia iudicium sibi man-
ducant et bibunt. In eius[?]
moribus peius corruptum[?] ...
cibus valet[?] nutrimentis bonum
corrumpitur et occasio morbi
efficitur. Sic nunc fieri video
sacramentali mensa regali et ...
psallens[?] sereno ob tuam ...
unguento precioso et ...
illud fetoribus imples dic
michi quid per annum perceptione
participas putas tibi sufficere xl
dies ad emundacionem peccatorum
totius temporis preteriti et iam septi-
mana pascali transacta redis ad prio-
ribus sordibus dic michi si
sanus factus xl diebus elon-
ga egritudine iam redis ad
cibus morbiferis nonne priorem
laborem perdis. Vide iste faciunt
ut porci qui per mediam horam
ad aquam pelluntur et per totam
diem residuum iacent in ster-
coribus. Unde concludit dicens
Non tantum una vice in anno
sed sepe volo vos digne accedere.
Et cum hiis concordat Augustinus de
verbis domini dicens. Ergo iste
panis quotidianus cum per
annum sumis accipe quotidie
tibi prosit. Sic vive ut quotidie
merearis accipere. Et enim eius verbi
est peccati querat medicinam
venerabilis sacramenti. Et qui quoti-
die accipis Christus tibi quotidie

resurgat / Non faciendum est sepe
parasceua quod est triduum de vigilijs
ad [illegible] et de [illegible] in [illegible]
/ Alibi tamen idem Augustinus de
ecclesiasticis dogmatibus / Et habetur
de con. dis. ij. incipit / Cotidie
eukaristie communionem accipere nec
laudo nec vitupero omnibus tamen
dominicis diebus communicandum hortor
si tamen mens in affectu
peccandi non sit / Sed dicunt
aliqui pigri libenter accederem
sed non habeo graciam / Videtur Bernardus
in quodam sermone / Hominis con-
quirunt nobis deesse graciam sed
iustius conqueritur ipsa gracia plurimos
nullos deesse / Et ita habetur
materiam ingrediendi quedam
dyalogum compositum doctoris
et confessoris et laicorum / Aliqui no
eciam nolunt accedere nisi presen-
ciant diuinam inspiracionem
quam dicunt se sentire quando
gustant et ardenter desiderant corpus
christi / Et hec est opinio confessoris
sicut non videtur / Et si hic contradicunt
cognosceres quod tibi deus hoc
inspiraret non tamen expectare
Nota debes quod deus daret tibi hoc sensibile
/ Vbi eciam scriptum est et scriptura
habetur quid agendum sit ibi
expectare signum est presumpcionis
et est temptare deum
/ Vnde ibi non est expectanda sensibilis
inspiracio ubi tam fallax signum
habetur et nulla certitudo / Cum
eciam certum sit dyabolum in sacramento
ea de electione quibus dubitat
qui sepe illos quos scit indignos
instigat ad communionem quibus exhortacionem
diuinam inhonorent et dampna-
cionem eternam manducent / Vn-
credis quod iudas diuina inspiracione
motus cum aliis discipulis acce-
pit corpus christi non / Sed cum instigacione
et inspiracione dyaboli
/ Hoc qui per buccellam sumptam

statim introiuit in eum dyabolus
Johannis xiij° / Sed dicet confessor
debeo ergo sine desiderio accedere / Respon-
dendum quod aliud est habere desiderium
simpliciter corporis christi / Aliud est
habere sensibilem desiderium preparacionis
/ Nullus eciam sine desiderio accedere
debet quia volumus ita debemus viuere
ut semper in eternum accipere corpus
christi et nunquam debet esse sine
desiderio totiens simpliciter quotiens
hoc videt sue saluti expedire / Ex
hoc patet quod multi errant qui
solent sibi prefigere certa tempora
et certas vices communicandi in anno
quia hoc est ponere obicem gracie
dei et quasi tempus infusionis diuine
insua constitucione potestate ita ut
si eciam deus vellet venire per
graciam ad eos extra tempus propositum
limitatum ipsi essent ad opposi-
tum determinati / Sed sicut oculi
seruorum debent esse in manibus
dominorum suorum / Sic oculi nostri
debent erigi ad diuinum deum tantum
ita quod quandocumque placitum fuerit
diuine maiestati tunc semper in
nobis sit sine parte ad susceptionem
huius sacramenti et gracie veniet
cum eodem / Ex hiis patet quod conuersi
bilis fusione lacrimarum et mentis
suaue non semper est iudicanda
dispositio hominis et deuotionis quia
multociens nichil talium habentes sunt
in magno statu gracie apud deum
/ Et habentes talia sunt omnino ex
gracia / Vnde hinc prius dictum est
quia sepe contingit hominem
impediri aliquibus afflictionibus
sine culpa sua immo cum magno
merito ut patet de senibus lan-
guentibus et de illis qui dediti
sunt laboribus sanctis ut predica-
cionibus orando vel infirmorum ministrorum
vel pusillorum quod non esset ra-
cionabile illum prohibere a mone

et a sacramento pietatis qui omnia
bene cum pietate agit / dummodo ta-
men pristos labores non impe-
diatur administratione conscientie sine
et confessione et aliis atque
tunc de iure tenetur. Racio se-
cunda est quia aliquid corde con-
pungit compungimur lacrimas fun-
dimus et sentimus magnam dul-
cedinem / Advertendum tamen
quod quando tunc retinemus aliena
vel odium proximi vel simus
adhuc sine ad mundana volen-
tes ista dimittere tunc contra
gratiam sumus ut patet de hosia-
tonibus et hostiaribus. Non
nota quod huiusmodi lacrime et sensibi-
les fervores aliquid veniunt preter
gratiam omnino habita enim in ero-
gatione mali in sacrificiis gentiles
nebus mali in supersticionibus multociens fun-
dunt lacrimas et senciunt fer-
vores qui veniunt preter gratiam
et aliquid diabolus illud suaden-
te non retrocedunt et commite-
rentur. Aliquid tamen gratia gratia
sed non semper cum gratia datum quia
boni simplices monentur ad dul-
ces affectus cum sanam caritu-
dine vel organis cum gratia vero
veniunt lacrime sanctorum qui
bene vivunt et exprimunt Con-
sciencia. Video ergo quod non sunt
magne certitudinis ista affectus
propter multi credunt qui pre his
maxime laborant. Racio bene
videbis et credis. Quia apostolus
dicit Glosa / unde hec est testi-
monium conscientie nostre. Certe ergo
illud testimonium non adest tunc
homo non est certus de signis pdit-
tis de vera devotione. Sed per quod
predictum testimonium conscientie adest
tunc homo sit certior de talibus
signis devotionis / Sed que
sunt illa attestantur super ista
conscientia dico quod frequens pecti
displicencia proprii et alieni / Zelus

animarum odium iniusticie continua
humilitas / Et videlicet sumptus
desiderium celestium promptitudo Ad
cavendum omnibus que sunt
in mundo et contumeliis deus vo-
luit et sustinendo que supervene-
runt presenti / Contemptus et fuga
vanitatum / vel si contingit
eos ad esse quod hic non fiat cum
electione vel cum deliberata com-
placencia. Et ita vult Angelus
sancto musice quia hec est dulcedo
quam boni semper habent hunc altis
Consciencia si bene cupio tunc
abstinere a comedere ciborum est
de esse in hoc deest sed si aliquid pre-
sse videtur hic est per accidens
Racio maior non cum abstinencia lon-
ga a cibis corporalibus homo ab-
stinens perdit appetitum eorundem
ita quod oportet postea se abstinere
tempore tamen horrore ciborum sumere
ut possit appetitum reparare
Sic ergo est in spiritualibus et
plus teste beato Gregorio in
omelia et dicente Corporales
delicie cum non habentur grave
desiderium accendunt. Cum vero habentur
cum habitus appetitus satietatem in
fastidium vertunt. Sed econtra
spirituales delicie cum non habentur
fastidio sunt. Cum vero habentur
desiderio dicente scriptura Qui
me edunt adhuc esurient
et qui me bibunt adhuc sici-
ent. Sed dices ego timeo accedere
quia scio illud esse opus tre-
mendum / dico quod non valet si
sine timore accedis quia si propter
timorem esse abstinendum tunc
periti deberent abstinere magis
sancti quia illi plus timent
Unde Centurio dixit Mathei viij°
Non sum dignus ut intres
sub tectum meum et hic dixit
cum timore. Tamen periti plus
laudari meruit dicente Christo

in

de ipso Amen dico vobis non inveni
tantam fidem in israel Sed que-
reret racio que est causa timoris
consciencie quia magis periculosum
est accedere quam abstinere cum quo
maius periculum vitetur scilicet man-
ducando indigne quia sic man-
ducans iudicium sibi manducat
et bibit quam in abstinendo
quia abstinens solum caret
augmento gracie Ideo videtur
antequam semel indigne acce-
deres pocius melius abstinere debes
Sed si semper dubium quia dubitas
de habilitate vis abstinere et quod
illud dubium semper manet
tibi in hac vita tunc numquam
accedes Sed postquam scis quod
inte est disponendo te quanto
melius potes tunc considerans
de gracia dei accede potius Pro quo
nota similiter quod non est unus
modus omnium hominum disponendi
se ad hoc sacramentum Sed alius
est modus incipientis alius
proficientis et alius perfecti Inci-
piens et de novo conversus pen-
det se utrum penituisse se doleat
et an confessus sit omnia pec-
cata sua saltem mortalia
et an habeat bonam voluntatem
peccata vitandi et deo serviendi
et an fecerit ad hoc diligenciam
suam secundum oportunitatem loci et
temporis et videat quod memoria
sua et fantasia non sint occu-
pata delectacionibus preteritorum
peccatorum Vide dicit Bernardus in
quodam sermone super Cantica
Recenti adhuc respersus pul-
vere ore tuo sacra contingens
heri tractus de luto hodie vultui
glorie presentaris quasi diceret non
decet Sed hoc culpantur sancti qui
hodie confitentur grauia

peccata tamen semel sine discussione
consciencie et statim communicant
Item talis debet considerare quod
non habeat notabile impedimentum
devocionis et ut magnam animi
distractionem vel magnam Sed pro-
ficienti qui sepe aut frequenter
communicare proponit non sufficiunt
predicta sed tota vita sua debet
esse preparata ad tantum sacramen-
tum in mortificando vicia et
fugiendo vanitates et occasio-
nes eciam venialium peccatorum
per que homo potest cum assidua
cordis custodia meditando se
in virtutibus et sanctis me-
ditacionibus actuum Christi et eius
passionis ut possit dicere ve-
rum Apostoli vivo ego iam non
ego vivit autem in me Christus
per quod communiter quo opus bonum
ad ista proponentibus quo ipso am-
plius ad communionem disponunt
ut pleccionem meditacionem ora-
cionem predicacionem et opera mo-
corporalia et spiritualia Sed multi
errant qui se affligunt ieiuni-
is et vigiliis intantum quod
ad bonum ab omni devocione
impediuntur tamen retinent
in se aliquas carnales affeccio-
nes ad honores vel ad divicias
Aliqui eciam communicantur in-
tantum se abstrahunt a labo-
ribus ut hominibus magis
indigentibus consulere valeant
in causis arduis quod ipsos reddit
plus indispositos ad corpus
Christi cum sepius non prehabent de-
siderio quod habet ad Christum non
potest sustinere eius absenciam
Et quia non potest eum revela-
ta facie contemplari in gloria
Ideo saltem cum sua consolacione
vult eo frui modo tali quo
potest et in eius presencia delectare

vn̄ appetat et amplexans petit
osculum vide' cepit et corpore-
taliter gustare quia sicut sua-
uis est deus ut in dulcedine
tibi illius ambulent usque ad
montem dei eterne patrie
per quam consequuntur corpus christi
dantem est priuatio / Sicut
misit me pater viuens et
ego viuo propter patrem et qui
manducat me viuet propter
me diffusus est christus inquantum
deus per modum effectum incarnatio-
nis et inquantum homo per modum
beneficium diuine gracie ut
per ipsum contem in utraque na-
tura salutis fiet genus huma-
num Johannis iij° Non enim misit
deus filium suum in mundum ut
iudicet mundum sed ut saluet
mundus per ipsum / Viuens pro-
prie enim idem est entitas di-
uinitatis et vita ita quod si-
cut pater a se et non ab alio
habet entitatem et diuinitatem
Sicut etiam habet a se vitam
Et sicut ipse est principium fon-
tale totius deitatis et entita-
tis sic etiam est fontale prin-
cipium vite et quia a se et
per essenciam est vita Ideo
dicitur viuens absolute / Vnde
et frequenter scriptura sibi ab-
solute vitam attribuit dicens
viuit deus // Et iterum viuo
ego dicit deus / Et ego viuo
propter patrem et tamen enim filius
substancialiter sit vna vita cum
patre sicut est vna deitas et
vna essencia tamen habet ac-
cipit a patre Et ideo sicut pos-
sit dicere ego sum propter patrem quia
ab ipso habeo esse ita hic
dicit Ego viuo propter patrem
quia ab eo accipit vitam nas-
cendo Johannis v° Sicut pater
habet vitam in semetipso sic dedit
et filio vitam habere in semetipso

Sic ergo potest hoc intelligi de vita
diuina quantum ad deitatem / Secunda
dicit Johannis primo Et vita erat
lux hominum potest etiam hic intelligi
de vita christi hominis ut sit sensus
Ego viuo propter patrem id est vita
nature humane et etiam gracie
est in me propter patrem a quo omnis
vita creata et participata diffun-
ditur tamquam a fonte psalmus
Apud te est fons vite / Et deutero-
nomii xxx° Ipse est vita tua et longi-
tudo dierum Et qui manducat
me scilicet digne et spiritualiter ipse
viuet propter me quia virtute
talis manducationis in me
qui sum vita transformatus me-
cum vnitus et incorporatus vitam
gracie in presenti anime accipiet
et glorie in futuro tam in anima
quam in corpore Johannis vj° Qui
manducat carnem meam
et bibit sanguinem meum habet
vitam eternam scilicet hic in spe
et postmodum in re et ego
resuscitabo eum in nouissimo
die / Sicut enim patrem ad hunc
respectum super positionitatem sua
quo ad mortem anime et
corporis Ita meritum christi habet
efficaciam super eandem quo ad vitam
anime et corporis et quia
tale meritum communicatur sumentibus
hoc sacramentum digne et spiritualiter
Ideo per christum utraque vita re-
stituitur / Hoc autem congru-
um factum est ut sicut per cibum
mors intrauit in mundum
ita per alium cibum vita mundo
redderetur Johannis vj° Panis quem
ego dabo caro mea est pro mundi
vita / Nota quod virtus istius
sacramenti est viuificare animas
ipsum digne recipientes non vita
corporis qua etiam infideles
viuunt sed etiam vita gracie
que disponit ad gloriam Et

idem vult Augustinus dicens Sicut enim
patris est animas vivificare sic et
filij xv Johannes / Sicut pater
suscitat mortuos et vivificat
Sic et filius quos vult vivificat
Eo quo ergo xpus digne sumptus
manet in sumentibus tunc ipse
eos vivificat vita gratie / Hic est
panis qui de celo descendit / xpus
enim secundum divinitatem dicitur descen-
disse de celo non quidem mutando
locum cum sit ubique Jeremie xx-
iij° / Celum et terram ego imp-
leo sed pro novo effectu quo hu-
manam assumpsit naturam / secundum hu-
manitatem ideo per tanto dicitur
descendisse de celo quia per quanto virtute
celesti spiritu sancto superveniente
in virgine caro eius concepta
fuit atque formata et animata
anima rationali atque verbo est assump-
ta Luce 1° Spiritus sanctus
superveniet in te Et quia caro
eius sit virtute formata verus
est panis vite ideo dicitur descen-
disse de celo Johannes vj° Ego sum
panis vivus qui de celo descen-
di Nota secundum Thomam in quodam
sermone quod xpus dedit
corpus suum sub specie panis triti-
ci propter corporis sui comparatam simi-
litudinem / Triticum enim potest tripli-
citer considerari primo prout iacet
in acervo vel dum coctissimum apparet
et sic repraesentat corpus xpi con-
ceptum in virgine / Cantica vij°
venter tuus sicut acervus tritici
vallatus liliis venter enim corporis
marie virginis Luce xj° Be-
atus venter qui te portavit etc.
Grana tritici sunt membra uni-
ta xpi prout conservata sunt
in utero virginali lilia sunt decla-
ratio castitatis et humilitatis sancte
marie virginis / Secundo consi-
deratur triticum prout coctissimum
est apparet et reddit maginum

tanquam semen / Et isto modo signat
corpus xpi pro nobis magno modo
passum et mortuum et sepultum sicut
tunc / Johannes xij° Nisi granum
frumenti cadens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet / Si
vero mortuum fuerit multum fructum
affert / Tertio modo consideratur
triticum prout iam est in panis
complemento contritum et assa-
tum igne et assatum et sic signat
xpum passum et igne passionis
decoctum et nunc in corpore glori-
ficatum qui est et erit plena
refectio beatorum / Pinguis enim est
panis xpi prebens delicias regi-
bus Genesis xlix° / Regibus scilicet qui
se hic in virtutibus bene rexerunt
Sed qualis panis erit vivus
ut dixi / Nam secundo corpus
xpi sumitur cuius sancta anima
cum deitate / Et hic patet quod
si est panis vivus tunc ibi est
anima quia sine anima nichil
vivit / Et quod hic quod dicitur
de celo descendisse patet ibi esse
deitatem quia caro xpi non de-
scendit de celo sed fuit formata
in utero virginis in manu spiritus sancti
Igitur divinitas descendit de celo
nisi ratione huius formationis car-
nis humanitas dicitur descendisse
de celo ut supra dixi / Nam sicut
manducaverunt patres vestri manna
in deserto et mortui sunt / Manna
enim manna aliquid dicatur
aliquod panis celestis quia virtu-
te divina fiebat ut in tanta co-
pia plueret in deserto dicente domino
ad moysen Ego pluam vobis
panes de celo tamen eius habebat
principio habebat tanta efficacia
super vitam corporalem sustentan-
dam ad tempus / Et ideo qui corpore co-
mederunt mortui sunt nec virtu-
te ipsius vitam consequebantur

etiam nec ex ea suscitabantur. Hic autem panis ita de celo descendit quod digne sumentes ipsum habent vitam eternam et resuscitabuntur in fine. Non est ergo iste panis sicut manna differentis vigoris et virtutis ab ipso. Ille enim fuit umbra et figura, iste est res figurata. Est autem hec dicta secundum Augustinum super Johannem sub figuram et verum quia figura probabat vitam eternam. Unde sequitur: Qui manducat hunc panem habet vitam eternam. Cuius scriptura autem deus vitam repromittit quia nil est ita delectabile hominibus sicut vivere. Unde in veteri testamento longitudo vite promittebatur. Hic autem in novo promittitur vita non habens finem. Et nullus audit quod sinam (?) morti tradentem pro peccato non dissolvit vitam eternam e contrario repromittentis. Adam noster. De festo Johannis baptiste.

Elizabeth impletum est tempus pariendi et peperit filium. Luce primo. Notat Wilhelmus in Rationali quod ecclesia celebrat tres nativitates: Johannis baptiste, Sancte Marie virginis et Christi. Johannes fuit lucifer, quia sicut lucifer precedit solem et apparet ante eius ortum, sic Johannes precessit Christum predicando et moriendo. Maria fuit aurora. Unde de ipsa canitur: Tota (?) virgo fecundissima quo progrederis quasi aurora valde rutilans. Et sicut per auroram incipit dies, sic per ipsam incepit dies et tempus gratie et propriam lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum nobis sedentibus in tenebris et in umbra mortis est exorta. Et sic nativitas Christi fuit ortus veri solis et in eo splendor, post appartime nove notificant hominibus. Et quia beatus Johannes fuit in utero matris sanctificatus, Christum predicavit et eundem in Jordane baptizavit et ipsum digito demonstravit dicens: Ecce agnus dei etc. Ideo cum virgine sanctificata matre Christi baptizati et demonstrati festum nativitatis habere meruit. De quo ultimo nondum ecclesia nullius martiris nativitatem in mundum preter sancti Johannis baptiste ecclesia consuevit celebrare, sed diem mortis et obitum quia martir renatus est in celum. Unde Ambrosius in sermone de quo martire: Cuius martiris natale celebramus non quo est in celum generatus, non quo est pannis vilibus involutus, sed quo divinis est floribus coronatus, non quo ploravit in mundum veniens sed quo exinde cum gloria transivit. Sed huius natalis dies nativitatis in mundum colitur et festive per totam ecclesiam celebratur et non solum occursus sed etiam diversis privilegiis sibi gratanter a deo preterea concessis. Unde Beda in omelia: Gaudium.

Sicut nato domino angelus pastoribus apparens ait: Evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus est salvator qui est Christus. Sic angelus Johannem nasciturum Zacharie nunciavit dicens: Et erit tibi gaudium et exultacio et multi in nativitate eius gaudebunt. Unde iuste utriusque nativitas Christi et non precursoris celebratur. Item precursor magnus coram domino dicitur. Et de Christo Ysaias dicit: Magnus dominus et laudabilis nimis. Johannes peccatorum devitans consortia ab omni quod inebriare poterat abstinebat. Christus inter peccatores conversatus bibens et comedens cum ipsis ab omni peccato immunis

per manebat. Johannes autem spiritu sancto repletus in Christo exultabat et exultat omnis plenitudo divinitatis quo dono sibi spiritus sedem sibi virginalis uteri in quo carnem susciperet consecravit. Johannes multos filios Israel suo tempore ad deum predicando convertit. Christus omnes qui ad eius fidem venerunt veniunt et venient illustrando convertit. Hec Beda. Sed quare festum nativitatis Johannis celebratur cum dies decrescere incipit et Christi nativitatis Johannis celebratur cum dies decrescit et Christi nativitatis cum dies incipit prolongari dicit Beda in omelia. Quod hoc factum distanciam insinuat inter deum et hominem quia cum Johannes pro magnitudine virtutum crederetur esse Christus a turbis et dominus pro infirmitate carnis non Christus sed propheta putaretur inquit Johannes Illum oportet crescere me autem minui. Crevit enim Christus in credentibus fidelibus quia ipsis innotuit per universum mundum quia Christus est qui propheta credebatur. Et Johannes minoratus est quia apparuit ipsum non fore Christum sed ipsius precursorem. Unde in eius nativitate dies decrescit tamquam fama divinitatis incipit deficere et baptismus Johannis sive cessaturus. In nativitate vero Christi dies prolongatur quia ille tunc apparuit qui lucem sue cognitionis quam prius tantum Iudei et inpostea cunctis gentibus diffudit. Sed quare Johannes de senibus parentibus natus est. Quia per illos totum sancti evangelii colligitur. Videt Beda. Quod per hoc illius nativitas magis serotini signatur quia spiritualia

novi testamenti preconis archana spiritualem legis et sacerdocii veteris observanciam docet eliminandam quod enim senescit est prope interitum. Quod enim est quod natis parentibus principe sacerdotum conturbato precursor domini Johannes nisi quod non apparente virgine veteris sacerdocii abiuraverat quo ad intelligenciam sacre scripture litteraliter et clarescere inceperat sensus spiritualis. Dicit enim Lucas: Elizabeth impletum est tempus pariendi. Quod Elizabeth erat sterilis dicta reputata Luce 1o. Et non erat ei filius scilicet Zacharie eo quod Elizabeth uxor eius esset sterilis. Quomodo enim quos de sterilibus mulieribus natos esse scriptura recitat excellentes vel fuisse legimus ut Ysaac Sampson Samuel et iste precursor. Impletum est ergo tempus eius pariendi a die conceptionis de qua impletione dicit Ambrosius. Quod omnium impletio in morte nativitate et obitu et in consummatione operis bonorum invenitur in scriptura de ortu enim est hic et alibi Impleti sunt dies Marie ut pareret et peperit filium suum unigenitum. De obitu enim est de Abraham et aliis sanctis patribus iustis qui dicuntur mortui senes et pleni dierum. Exemplum de impletione operis est de Salomone qui implevit edificare domum domini. Et eciam verbo ultimo Apostolus de nativitate Christi dicens ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum. De malis vero hominibus econtra dicitur dies eorum sunt inanes et vacui. Psalmista. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Timeo enim dies nostros non dimidiabimus qui penitenciam non querimus delicta que fecimus. Et peperit filium

non qualemcunque seu communem ut
alie mulieres pariunt sed magna
gratia et virtutibus talem qualem
dixit angelus Zacharie Luce 1o
uxor tua Elizabeth pariet tibi
filium. Et subiungit Erit enim
magnus coram domino et spiritu
sancto replebitur adhuc ex utero
matris sue. Hymo h° ij ca°
vij°. Peperit filium non filiam ut
tam primitus quam paterne vite
studio cognoscamus quoniam
sacra scriptura demonstrat unius
angelo revelante nec supra
unum inconceptu mirabili feminam
esse conceptam aut prodisse de
partu sed semper precedente virtute
supra conceptus fuisse mirabi-
les et partus fuisse mirabiles
ut non estimate sed fortes fuit
bonum actiones nec per hoc velut
reprobata debet teneri natura femi-
nea sed in significatione plus
vilis attollitur. Et audierunt
vicini et cognati eius quia
magnificavit dominus misericordiam suam
cum ea et congratulabantur ei vi-
cini secundum cohabitacione et cognati
sanguinis propagacione. Audierunt
quia magnificavit. Magna
fecit misericordiam cum illa. Primo steri-
litatis obprobrium auferendo
supra eodem capitulo ubi Elizabeth
de se gaudens dixit Sic fecit
michi dominus in diebus quibus re-
spexit auferre obprobrium meum
inter homines. Secundo conceptum
miraculosum eidem dando super eodem
ubi angelus dixit marie Et
ecce Elizabeth cognata tua. Tertio
spiritu sancto ipsam replendo est
spiritu sancto Elizabeth. Quarto
nobilissimam prolem ei tribuen-
do quo Christus ait inter natos mulie-
rum non surrexit maior Johanne bap-
tista. Quinto ipsam personaliter
visitando super eodem capitulo Unde
michi hoc ut mater domini mei
veniat ad me. Et ideo congra-

tulabantur ei super tanto dono et
tunc impletum est quod dictum
erat per angelum Et in nativitate
eius multi gaudebunt quia in
multiplicacione iustorum letabi-
tur vulgus prov. xxxvij. Hymo
ubi supra. Vicini sunt et cog-
nati qui audiunt miraculosam
nativitatem Johannis et qui letan-
dicendum expedit secundum principio
sieri vite sanctorum et iusticie
conversacione et velud quibus spiri-
tualitate coniungi si volumus gaude-
re natales ac etiam sancti salu-
tares nativitates et congratulacio-
nibus quibus deus sua magna-
lia conferre disposuit. Unde idem
Hymo ho iij ca° iij° super illo
verbo Et erit tibi gaudium et
multi in nativitate eius gau-
debunt sic inquit pater primitus
gaudet in filio quia gloria patris
filius sapiens. Mater autem filius
virtutibus fulgens. Sed nec
commune bonum omnibus tantum
debet esse leticia sed et plurimorum
quia tanto bono melius quanto
communius et tanto minoratur
bonum quanto ad privatum re-
digitur. Gaudium et exultacio
parentibus in eius origine pa-
ratur. Nec enim hominibus debet
esse ad gaudium quam cum
voluntate aut contrario vero
ire in utero subiecta
gratiam parat et quod ex eis
fructus egrediatur acceptus
maxime cum vite huius ap-
propinquat occasus. Tamen si erant
multi in eius nativitate non
tantum quia nascatur erat
sed propter quod missus erat
ipse enim venerat ut testimonium
perhiberet de me de lumine Johannes
primo. Et stabat enim prius seculo
ignorancia et tenebris peccatorum

abvolutum quas esse repellere non
potuit et quia per possessionem iniusta
intestinorum luminis semper il-
lius inhabitandus erat adven
tus qui potuit et voluit tene
bras noctiuas removere et adhi-
benit ipse christus in mundum ideo
intrat gaudere multorum et
pestium illorum qui prius erant
gracie et cognati et illuminati
salubriter per christum unde zachari-
as prophetando infra dixit Illu
minare hijs qui in tenebris et
in umbra mortis sedent / multo
ergo congratulabantur et gau-
debant in tenebris sedentes de
adventu illius qui predicaturus
erat lumen quia sedere in tenebris
est triste unde thobias dixit
Quale gaudium est michi
qui in tenebris sedeo et lumen
celi non video non sic ergo nec
hominibus esse debet de alio gau
dium nisi cum gratia et virtus
in anima recepit apparere aut
venisse inciet / Et factum est
in die octavo venerunt circum-
cidere puerum quia sic erat
preceptum Genesis xvij° Infans
octo dierum circumcidetur in
vobis / Et vocabant eum no-
mine patris sui zachariam Circumcisione
in circumcisione imponebatur nomen
men / Et mos erat antiquorum
imponere filijs nomina patrum
et maxime primogenitis Exemplum
de thobia thobie primo Sed
quia ut dicit hic Crisostomus na-
tura deferat imputibus ut per
nature legem generare non pos-
sent sed ex gracia spirituali ideo non
erat decens ut filius eius
ngitus nomen paternum sortiretur
vel alicuius cognati unde sequitur

Et videns mater eius dixit
nequaquam sed vocabitur Johannes
scilicet sicut prenunciatum fuerat ab
angelo et preordinatum a deo sed
ut ipsa de se dixit Johannes devenire
matris mee recordatus est nominis
mei scilicet studio rerum michi huius
nominis sed gratiam fructus / Sed
unde venit noticia huius nominis
matri Respondet Crisostomus quod a spiritu sancto hoc
accepit sancto docente non a mari-
to qui mutus erat nec in
templo audierat nomen prius
sed / Et ideo hoc sciebat spiritu
sancto revelante per quod sic
diffinitum erat ut nomen
eius vocaretur Johannes Et
dixerunt ad illam quia nemo
est in cognatione tua qui voce-
tur nomine Quasi nullus preess-
erat similis in re et nomen
debet concordare rei Item quia
antea non fuit tempus gracie
Isaie lxij° Vocabitur tibi nomen
novum quod os domini nominavit
unde Crisostomus Igitur magis co-
gruum erat ut nomen novum
huius seretur quam in illo
repeteretur nomen quo aliquis
antea censebatur Et quippe
verum erat quod in cognatione
carnali tantum consistens non
accelesitbus non accepit Contra
cognacionem carnalem fieri
expedit adeptorem gracie non
extinccione nature / Oportet ergo
in cognacione spirituali cogna-
tum esse consulibus qui privi-
legia nova quibus quia non
sunt nomine quod alijs hominibus
imponitur asscribimur in libro
vite sed sunt nomine quod sor-
timur in cognacione virtutum
Sed coniungibiles sunt parentes

cnientes filiabus vel filiis in ma-
trimonio amicos dicentes non de-
gratos in moribus et virtutibus
et cum plures filias genuit
auditum sunt quod nemo est in
cognatione tua qui vocetur hoc
nomine scilicet nomine gratie scilicet hoc
nomine gratie immo gratiam qua
tales quesiverunt amando sepe
tum gratia de amittunt Innuebant autem patri eius quem
vellent vocari eum innuebant
id est nutibus vel signis aliquibus
illi significabant Et hic patet
quod zacharias non tantum mu-
tus sed et surdus fuit erat
propter meritum incredulitatem
suam. alias sibi fuissent locuti
Et dicit Crisostomus Ideo a patre
nomen filii est exquisitum quia
in re naturaliter maior est pote-
stas patris in filios quam matris
Beda quo decernit uxor viri verba
sua recognoscere caput suum
et non nomen absolute denominare
sibi placito puero qui nascitu-
rus est imponendo sine con-
sensu sui mariti Et postula-
ns pugillarem scripsit dicens
Johannes est nomen eius. po-
stulatus aliquo signo non voce
pugillarem id est tabulam tan-
tam quantam potest pugillo
capere. unde secundum vulgare romanos
pugilla est tabula ad scriben-
dum apta dicitur enim pugil-
lar calamus quo scribimus
Et scripsit Johannes est nomen
eius non dicit erit sed est quasi
dicat Iam est ei impositum ab
angelo Ideo ego non impono
sed impositum indico Cui concor-
dat Crisostomus ubi supra dicens
Non sibi mater nec ego porci-
pientes patris nomen sibi impo-
nimus sed hoc est penitus ubique
eius. Nos quod cognati more

solito in aliis sicut nato nomen
non imponent hoc nomen et
tenet de te nomen decretis non de
suis sinistra debemus imponendo
vocabulum litigatis quod desup-
er est sanctitum. Significamus
eum indicis non sufficere velle
quod sufficere dampnabilis census
notatum hoc quod Johannes est
nomen eius. Et nota secundum Aug.
quod Johannes gratia dei interpretatur
fecit enim deus multas gratias
cum ipso quia ipse ante nati-
vitatem eius fuit sollempniter
in templo nunciatus parentibus
et nominatus. Legimus enim
quatuor viros contra cursum
nature genitos et per angelum
nunciatos scilicet ysaac. Genesis
Sampsonem. Judicum xiii°
Johannem baptistam. Luce i°
Et xpm Luce i° Sed inter
omnes istos Johannes fuit solle-
mpnius nunciatus. Ratio
enim uero redemptoris veniencia
non derogamus regi si vero
militem honoramus. Nam
Johannes nunciatus fuit in loco
digniori intra sanctum sanctorum
iuxta altare Sed xpus in
talamo virginis Item Johannes
nunciatus fuit in tempore sancti-
tioris scilicet in festo propiciationis et
alias plures gratias Johanni pre-
teris datas audit. Lira. quas
causa brevitatis obmitto Et
mirati sunt universi. scilicet de concor-
dia patris et matris quantum ad
pueri nominationem quia nemo
erat in cognatione eorum huius
nominis cum ex occasione istud
nomen prius cogitassent ut
possent dicere adinvicem factum est
istud et hoc mirabile in oculis
nostris. Sed quia incredulitas
os zacharie clauserat Ideo sequitur
in textu. Apertum est os illico

eius et loquebatur benedicens
deum / Et dicit illico non pro mo-
ram quia nescit tarda molimi-
na spiritus sancti gratia vt dicit Ambro-
sius / Soluit fides linguam quam
incredulitas ligauerat Et tunc
impletum erat quod dixerat
angelus zacharie / Eris tacens et
non potens loqui vsque in diem na-
tiuitatis eius Et potuit dicere
zacharias illud psalmi Credidi
propter quod locutus sum / Sed quare
in natiuitate sancti Johannis
os patris eiusdem non fuit apertum
sed octaua die Videtur Symon
quia nascendo noscebatur quod
filius In nomine vero eius misterium
predicabatur et nati dignitas
attollebatur communis plusquam
quod natus est homo / Vel ideo
etiam non credimus zachariam in na-
tiuitate primitus tacuisse eo quod
incredulus fuisset de filio sed
quod ad tantum paracletum mi-
sterium hesitauit Et ideo statim
nato filio lingua eius non
soluitur Sed declarato Johannis
nomine octauo die os tunc
credulo aperitur / O magnum nomen
quod patri vocem gemine tribuit
vicinis conuicaneis populo sa-
cerdotem Aaron virum primum
loquele restituit Hoc enim signum
est ad magnum presagium futurorum
quia sola gratia linguas hominum
facit in veritate disertas / Sola
gratia miracula operatur Sola
gratia opera saluatoris sine qua
plectimur qua iubente liberamur
Bene ergo die octauo quo puer
circumciditur quo eius nomen
venit in publicum senis hominis
veterisque sacerdocii lingua resoluitur
tamen muta fuit omnis ante-
qua condicio et ministracio veteris
testamenti tunc os et linguam

in aduentu noui hominis in octa-
ua noue lucis reconciliantisque gratie
vox resonet in laudem Et idem
Crisostomus, li° iij° ca° iiij° Quod
ergo tacuit lingua antiqui sacerdotis
propter aliud nisi quia facta erant
muta decreta Tacuisse enim dica-
tur sapiens in clamoribus non ex-
auditus Clamor enim legis
moysi clamor prophetarum tota pre-
catio veteris sacerdocii omnis bestiarum
oblatio tacita tamen quedam erat
enim ad id temporis dum incompara-
bilis contigisset et iudicem opposuis-
set ne ad ipsum transiret oratio
peccatorum veterum et nostrorum
premia repudiabantur ad gloriam
quousque plenitudo temporis aduenis-
set in quo signauit sacerdotis
multitudinem silencio quia non
erat ille summus sacerdos qui se-
mel pro omnibus intraturus erat
maiestoria velamus per quem
erat soluenda captiuitas peccatorum
danda remissio adoptionis / pre-
standa libertas et superne patrie
petendo admittenda / Non enim
erat istud factum sacrificium contra
peccatorum offensionem imperium sed
sanguinis Christi clamaturi de terra
pro omnibus condicendis inde
incipiente veritate noui testa-
menti / Ablata taciturnitate sacer-
docium veteris erat plectendum
quasi semper insilens primasset
donec veniret pro parte ille qui
inclamauit et valido clamore
pro sua reuerentia exaudietur
mortem et vnum esset sacerdos
et hostia Sed quod loquebatur
Videtur luca benedicens deum
Iustum credimus desiderium eius
fuisse completum ut posset
dicere cum propheta domine labia
mea aperies et os meum Et factus

est timor super omnes vicinos
eorum et super omnia monta-
nea iudee diuulgabantur omnia
verba. Hec primo potest exponi
de timore admiracionis quia tunc
factus est magnus timor pro
admiracione que de illis que dicta
sunt et facta in ortu iohannis
quia senex et sterilis mulier
peperit nomen singulare contra
morem consuetum puero
impositum fuit loquela patri
mutum novem mensibus
et octo diebus mutescenti
deus miraculose reddidit
Secundo exponitur de timore
punicionis quia videntes summum
pontificem et virum religiosum
propter dubitacionem tam graviter
punitum omnes timebant sen-
cientes per hoc omnes quod non
est totum deo discredere vel ipsum
offendere et non solum factus
est timor sapientibus vicinis
sed eciam simplicibus qui fa-
cilius credunt miraculis et
qui habitabant in montanis
iudee Ymo non mirum si timor
fieret inmensus cum supra cla-
ruerint qui aut terret incredu-
los aut commonet ad credendum
et et tangit vicinos corpore ut
plus inete virtutibus vicinentur
Tercium enim est timor qui
de mirandis operibus venit ad vita-
tem intelligendum virtutem et
peragendum invitat Et fit
timor super omnia montana
iudee quia omne quod altum
in mundo creditur virtus divina
deterret et parvum facit cum clan-
get Et posuerunt omnes qui
audierunt in corde suo dicentes
vel intra se cogitantes Quis
putas puer iste erit Ymo
quod posuerunt in corde suo certe
ea que audierunt de Iohanne

eundem ut considerarent et me-
morie tenerent et ut illi qui viui
possent mirabilem rerum expecta-
verent adventum eventum Mag-
nis sumitur ea que de diuinis theo-
riis audiuimus omnino in corde
ponamus quia cor nostrum sic crea-
tum est ut sit intra quoddam
armarium atque repositorium
diuinorum ponenda sunt in corde
sancta misteria verba quoque divina
ut credamus et diligamus
ut in illis meditemur et ex eis
fiet directio progressus interim
ne aves devoratores in aspera lu-
dantur Et dicit David propheta
In corde meo abscondi eloquia
tua ut non peccem tibi Et
dixerunt Quis putas Admira-
tione loquebantur rerum nesci-
tes eventum existimantes tamen
et sentientes ex operis magnum
eminere puerum Item que-
runt admiratiue Quis putas
futurum ad effectum huius quem
videt angelus supra eos
Erit enim magnus coram deo
super quo dicit ille Crysoston
potuisset enim dici magnus
nisi esset magnus coram deo
Sed vere magnus futurus erat
abstinencia fama futura stren-
uitate fuga seculi collacione
baptismi animi constancia qua
cum christus credebat solide ele-
git ipse natiue quam redempcionem
capi super se dicens non sum
ego christus Ait Ambrosius Nulla
magnitudo penset nisi que
in virtute grandescat Hanc
magnitudinem nulla corporalis
valet comparari non potuit am-
plius preconisari Christus extolli quod
ut magnus coram deo dicere-
tur Summus itaque esse non ma-
gnus fieri in virtute sive qua
quilibet est prius et erit
prestitus altercius quam ille

Item sicut questionem videt pater Johannes. En puer iste altissimi vocaberis. Item Christus eidem videtur ait xi° Amen ego dico vobis non surrexit maior Johanne baptista etc. Et alibi Inter natos mulierum non surrexit maior etc. Item solus ipse videt Johannes i° Ego vox clamantis in deserto. Et non minima debet magnitudine. Etenim manus domini erat cum illo. Manus domini id est divina potestas dei virtus et divina operatio erat cum Johanne. In immaculata conceptione. In eius sanctificatione. In eius exultatione in utero matris. In eius conversatione singulari, prophetie et in eius passione sancta. Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto. Ille enim idem qui non credidit et loquelam perdidit prophetavit confitendo eandem cum spiritu prophetie recepit. Unde ut dicit Ambrosius super Lucam. Apparet quam bonus est dominus deus et quam facilis ad indulgendum peccatis qui non solum ablata restituit sed etiam insperata concedit. Ille enim dudum mutus prophetat repletus spiritu sancto. Et subdit. Nemo ergo diffidat nemo veterum delictorum conscius divina dona desperet. novit deus mutare sententiam si tu noveris emendare delictum. Et prophetavit dicens Benedictus dominus deus Israel. Dominus omnium iure possessionis. Hester xiii° Dominus omnium tu es deus omnium iure creationis. Genesis primo In principio deus creavit celum et terram. Deus Israel iure beneficii specialis. Psalmus Notus in Iudea deus in Israel magnum nomen eius. Et quamvis omnium nacionum sit dominus et deus tamen Israel tum

latrie cultum tunc erat dominus et deus. Cui populo et multa magna et mirabilia fecerat educens ipsum de Egipto pascens in deserto xl annis ducens per mare sicco vestigio. Et multo verius ideo Trina visitavit mundum morbidum et longa egritudine tabescentem sicut medicus visitat infirmum. Augustinus Magnus venit medicus quia magnus ubique iacebat egrotus. Venit in propria carnem assumendo tamquam pixidem plenam omni genere medicine contra omnem infirmitatem spiritualem quia non erat sanitatis medicine similis. Et fecit scilicet in passione redemptionem plebis sue, sive plebis sue creature sed non sine propter suam culpam qua se alienaverat ab eius dominio. Ideo tunc fecit ipsam sua sanguine suo quem pro ipsa effudit redimendo. Psalmus Redemptionem misit dominus populo suo. Ymo visitat et a creatione mundi usque ad tempus presens visitare non desinit deus plebem suam. Statim enim post peccatum visitavit Adam dicens Adam ubi es ut ad se ipsum penitendo rediret qui mandatum dei contempnendo a se ipso et a deo discesserat visitavit. Caym autem tunc visitavit perpetrandum ne id perficeret et post commissum ut peniteret visitavit. Noe ut hominibus et animalibus liberandis a diluvio intenderet et post diluvium quod vinceret. Abraham Ysaac et Jacob sepius visitavit et ipsos vires per angelos suos de plenitudine prospera ipsos consolando visitavit. Moysen in rubo et post non una vice et plures reges et prophetas populi Israelitici visitavit

Implementacione temporis Zachariam
per angelum ipsum et uxorem per
eorum filium et omnem populum
totumque mundum per redemptionem
omnium Christi eterni dei filius. Sed
interim filius hominis factus mise-
ricorditer visitavit. Et tunc visita-
do fecit generalem redemptionem
sue plebis a miserabili dyabolica
potestate et servitute. Propter idem
dicitur et dei filius postea predicans
dixit Filius hominis non venit
ministrari sed ministrare et dare
animam suam in redemptionem
pro multis etc. Sermo de sancto petro

Venit Jhesus in partes Cesaree
philippi. Mathei xvi°. Sicut
res naturales successive
acquirunt suas perfectiones ut patet
[illegible] que successive perfectio-
res ad volandum incitantur
Sic Christus docuit suos discipu-
los et in fide eos instruxit parabolis
miraculis et interrogationibus
Ille ergo qui venerat in mundum
peccatores salvos facere ubique
circuiens in civitatibus ca-
stellis et locis montanis et
campestribus. Venit in partes
Cesaree philippi, id est ipse civitate
quam philippus qui erat fra-
ter herodis innocentes sub quo Christus
passus erat et johannes de-
collatus in honorem tyberii Cesa-
ris construxit que in memoriam
sui dicebatur philippi de qua civi-
tate dicit haymo. Cesarea hec
civitas ad quam deferebatur
tributum a quo describens est
universus orbis tempore nativitatis
Christi Luce ii°. Congruum ergo fuit
ut ibi rex terrenus et universalis
dominus omnium sibi subiectorum a populis
sibi subiectis exigebat censum
in signum temporalis subiectionis
quod ibidem rex celestis verus cen-
sum fidei in signum vere subiectionis
a suis fidelibus et maxime ab

hiis qui alios in fide instruere exi-
get. Illuc ergo veniens interrogat
discipulos suos dicens Quem
dicunt homines esse filium hominis
Non interrogabat tamquam igno-
rans vel tamquam indigens te-
stimonio hominum ad probandum quod
sit deus quia ipse noverat corda
omnium et clarum illi erat quid
quilibet homo de ipso credidit tunc
temporis et etiam postea esset credi-
turus ut ipse indigeret testimo-
nio qui dixit Johannis v°. Ego
ab homine testimonium non accipio
Sed propter plures causas sic quesivit
Prima ut errorem plurium predicancium
discipulorum qui plus tenebantur
scire et alius de ipso crederet estima-
ret. Secunda quia voluit audire
vocalem confessionem oretenus ab
ipsis prelatum ut credentem re
confitentibus daret. Tercia ut
per hoc instrueret prelatos singulariter
et etiam et subditos eorum
modum inquirendi de fama
sua inter subditos ut si bona
fuit illam per auxilium dei au-
gerent. Si mala eius occasionem
preciderent secundum bedam. Quesivit
ergo Quem dicunt homines esse
filium hominis id est virginis. Et non
dicit Quem dicunt homines
me esse sed quasi de alio loque-
retur ut doceat nos vitare iac-
tanciam secundum haymonem. Sed quare
non quesivit Quem dicunt scribe
et pharisei filium hominis [illegible]
Quia per hoc voluit inve-
stigare mentes plebis que ad
mala non inclinatur ita communiter
et que erat aliquanto liberior
quam mens scribarum et phari-
seorum. Et nota dicit homines
quia illi qui de Christo nichil sen-
ciebant ultra illud quod sensi-
biliter cognoscere poterant putabant

ipsum esse pre primum hominem
vnde Rabi publice homines appellat
eos qui de filio hominis tantum incre-
dulitatis loqui noverunt / Cum non
cognitatis eius archana ipse no-
verant super homines esse dicunt
et quasi deum pre appellari. At
illi dixerunt Alii Johannem baptistam
Et hec opinio fuit inducta ex
tribus / Primo ex sanctitate vite
utriusque. Secundo ex opere baptismi quia
sicut Johannes baptisabat Sic et
per discipulos suos alios baptismum
contulit / Tercio ex similitudine
doctrine quia ambo predicabant
penitentiam et remissionem peccatorum
et appropinquationem regni celorum
Mathei iii et iiii. Crisostomus super Mathe-
um cap. xxxv. Mortuus erat Joha-
nnes baptista per apostolos crede-
batur surrexisse a mortuis. Puta
etiam credidit alienigena Herodes
qui fecerat eum decollari scilicet
quod virtutes Johannis essent et
operarentur in Christo dicens Mathei
xiiii. Alii Heliam / Primo propter
duram increpationem quia sicut
Helias propheta redarguebat
iudeos diu de transgressione
legis et de cultura ydolorum
Sic Christus scribas et phariseos
prout patet Mathei xxiii. Secundo
propter propheciam Malachie iiii ubi
dicit / Ecce ego mitto vobis
Heliam prophetam antequam veniat
dies domini magnus et horribilis
quam propheciam tunc credebant
impletam de Christo / Tercio propter mag-
nam potestatem Helie qui quasi
habebat potestatem in superne celestia
faciens ignem de celo descendere
et sic habuit testimonium sue sancti-
tatis de celo et quia mortuos
suscitabat Sic Christus magnus
testimonium de celo descendente / Hic

est filius meus dilectus in quo
michi bene complacuit / Et
etiam quia ipse plures mortuos
suscitavit. Crisostomus ubi supra
Insignis propheta insignius por-
tentis et prodigiis Helias continua-
tione memoria succedanea revela-
tione et custodita scriptura de
ipso vigebat in populo Et nichilominus
plures credebant ipsum non resusci-
tatum quia non mortuum sed de
loco ad quem raptus fuerat igneo
exiret. Item fuisse possibilem po-
pulo creditum aut spiritum eius
super requievisse in Christo sicut
in Heliseo requievit. Alii Jeremiam
qui predixit destructionem templi
et eversionem civitatis urbis et
populi captivitatem / Et eadem
etiam predixit Christus Luce xix
Crisostomus Aliqui crediderunt Christum
forte Jeremiam non propter sanctificationem
eius in utero que non erat nota
multis maxime iudeis et ple-
beis sed propter vilitatem loci Anatho-
thot in quo natus est ut Christus
in Bethleem et propter misterium
sermonem quoniam illius non cre-
dunt ubi condita et conducta pro-
ferre sed utilia et vera et propter
innocentiam quia et Jeremias
propheta puer electus est et propter
comminationes ut ipse ad urbem
plures credebant Christum Jeremiam
Alii unum de discipulis prophetarum
alium scilicet qui eius miracula similia
et similes propheteras non cognove-
runt Et dicit Crisostomus Quod
alii credebant Christum unum de prophe-
tis resuscitatum de mortuis vel
fuisse unum eorum prophetarum de mor-
tuis. Et nota quod sicut isti erra-
verunt in cognitione salvatoris
Sic adhuc variantur homines
in inquirendo salutem suam

similitudinem vnicuique ergo ponit
similitudinem in eo quod diligit / Sap-
ientes sunt omnes homines et in
quibus non subest sciencia dei
Dicit illis Ihesus vos autem quem
me esse dicitis / Ac si diceret fratres
karissimi / Vos ab aliis discreti vos qui
simul mecum estis semper qui
maiora signa vidistis quam
turbe et secretiora audivistis et
vobis datum est nosse misterium
regni dei Math. xiii Vos qui estis
lux mundi Math. v Vos quibus
omnia que audivi a patre nota
feci Johannis xvo et xvii / Et
qui dicet illi qui sunt omnes
homines illi opinantur de me et
loquuntur humana / Sed vos qui
quasi dii estis quem me esse
dicitis, quia non convenit vos con-
cordare cum turbis in communi op-
inione / Et ideo dominus non proposuit
discipulis hanc questionem
in principio sue predicationis / Sed
postquam multa signa fecit
coram eis et multa ipsis locutus
fuit de sua divinitate / Respondens
Symon petrus dixit / Sed quare
petrus tantum videt cum tamen
dominus omnes interrogat / dico quod propter
primo secundum Augustinum ut unitas
et concordia in christi fidelibus
commendetur / Ideo Ieronimus collegium
misticum christi vicarium pro omnibus de
eis quasi uno ore videt quia
quia una est fides unus deus
unum baptisma / Secundo solus
petrus videt propter principatus su-
perioritatem / Quia ergo ecclesia
fundatur super fidem christi quam
hic petrus confessus est et super
eandem ecclesiam petrus debebat
constitui principalis vicarius dei
et principalis pastor / Ideo cum
omnibus discipulis interrogat

petrus solus tamquam os apostolorum
et caput pro omnibus videt / Ideo
hic patet quod maiores questio-
nes fidei ad sedem petri tamquam
ad principalem ecclesie sunt deferende
de iure et eius officio / Maiores
Tercio ad ostendendum prelatum debere
reddere racionem subditis de fide secundum
petri iiio parati estote ad satisfac-
cionem omni poscenti de ea que
in nobis est fide / Tu es christus
filius dei vivi / Ecce quam subtilis
confessio petri / Sicut enim dicit
Damascenus in o sentenciarum cao iiio
Tunc christus non est nomen nature
humane vel divine tantum sed
est significativum eius qui divi-
nitate et humanitate consistens
perfectus est deus et perfectus
homo unde dicitur in Symbolo
Athanasii / Sicut anima racionalis
et caro unus est homo ita deus
et homo unus est christus / Et
notatur subtilitate per differencia
opinionis petri de christo ab
opinione vulgari quia sicut
patet per relacione discipulorum
tunc iudei opinabantur christum
esse purum hominem quia alii
Johannem baptistam / alii Heliam
petrus autem confessus est
ipsum esse deum et hominem dicens
Tu es christus / deus simul et
homo christus / unctus oleo misericordie
ad misericorditer redimendum
genus humanum Luce iio Natus
est nobis hodie salvator qui
est christus dominus / Unde Symon
Tu es unctus ut homo non
ad temporale regnum sed eciam non
oleo delato materiali de quo
reges ungebantur in veteri
testamento sed oleo leticie oleo
gracie spiritus sancti / Tu es unctus
in sacerdotem magnum et pontificem

ad offerendum tercium hostiam pro
omnibus salutarem Item dicendo
Tu es petrus confitetur in illo
dono unam fontalem entitatem Exo-
di iii° Qui est misit me ad vos
Unde xpistus hanc fontalem entita-
tem confessus de seipso interrogatus
a Judeis dicentibus Tu quis es
Respondit principium qui et qui lo-
quor vobis Johannis viii° Item
dicendo filius dei ondit divine per-
sone emanacionem. Ille enim
qui in divinitate est eterni patris
filius fuit et in humanitate beate
virginis filius Et quia dei patris
filiacionem non mutavit nec
abstulit ut minuit filiacionem
matris Ideo xpistus virgine geni-
tus filius dei patris esse propterea hoc
non desinit Et hoc confessus est bene
Gabriel Luce primo dicens Hic
erit magnus coram domino et
filius altissimi vocabitur Et hanc
filiacionem confirmat pater in baptis-
mo et in transfiguracione de xpisto
dicens Math iii et xvii Hic
est filius meus dilectus in quo
michi complacui Et quod xpistus est
dei filius tamen ipse est deus et
verus divine nature tamen pre-
dicit Symon Tu es filius dei
vivi et etiam humanam naturam
assumens in ipsa degens in ipsa
carne velatus in qua tamen agens
humanum genus Et addit vivi
Tercium ad designandum perfectam
entitatem in xpisto quia vita in-
tellectualis est perfectior entitas
que esse potest et maxime illa
vita que est fontalis et principi-
um vite qualis est vita dei
Johannis primo Quod factum
est in ipso vita erat Et hanc
vitam que est per essenciam a se
pater habens eandem dedit filio

Johannis v° Sicut pater habet vitam
in semetipso sic dedit filio habere
vitam in semetipso Et etiam ideo
addit vivi ad differentiam falsorum deorum
et ydolorum de quibus dicitur
in psalmo Aures habent et non audient
Item nota quarto profunditatem
huius confessionis Quod cum quo
tota trinitas operata est incarnacionem
xpisti quamvis persona filii tantum su-
scepit Igitur ad commendandum
xpisti incarnacionem commemora-
tam trium personarum quas petrus
hic exprimit in sua confessione
dicit enim primo Tu es xpistus id est
unctus Si unctus igitur ab aliquo
unctore et iste est spiritus sanctus
quia unio naturarum in xpisto facta
est cooperante spiritu sancto Luce
primo Spiritus sanctus superveni-
et in te. Facta est autem incarnacio
in persona filii terminative Quia
filius assumpsit carnem huma-
nam Ideo dicit filius Et in
hoc quod sequitur dei vivi confi-
tetur personam patris quia pater
misit filium ad incarnandum prout
ipse filius fatetur Johannis xvi
dicens Exivi a patre meo et
veni in mundum Respondens autem
ihesus dixit ei beatus es symon
bariona Hic commendat simpli-
citatem in petro dicens beatus
es Symon bariona id est filius
columbe propter simplicitatem quam
tenuit et est idem quod filius
et iona columba quasi diceret
comunitate et columbina simp-
licitate et cooperatione spiritus
sancti qui aliquociens apparuit
in specie columbe Hanc confessionem
protulisti in qua confessus es me
xpistum filium dei vivi Sed quare
petrus confitetur et symon beati-
ficatur Videtur quia petrus

agnoscens Symo non obediens
dicitur / Ad ostendendum ergo quod ag-
nicio fidei non valet nimium sine
obediencia hic est dictum / Pro quo
nota quod obediencia petri et promp-
titudo in multis legitur / Primo in
renunciacione seculi Mathei iiij° Et
illi continuo relictis retibus
secuti sunt eum / Item confessi-
one fidei ut hic / Item in passione
mortem Mathei xxvj° Et si oportuerit
me mori tecum non te negabo
Item in defensione magistri quia
ipse petrus exempto gladio et
non expectato iussu magistri ampu-
tavit servo pontificis auriculam
dexteram eiusdem / Et Marci xiiij°
et Luce xxij° Item in comp-
unccione pro peccato commisso quia
ad unum respectum christi petrus
recordatus verbi domini egressus
foras flevit amare Luce xxij
Item in magnificatione domini post eius
resurreccionem quia currentibus duo-
bus simul et alio precurrente
ad sepulcrum et non introeunte
in sepulcrum ipse petrus intro-
ivit et vidit linteamina po-
sita et sudarium quod fuerat super
caput eius Johannis xx° Item
in contemptu omnis periculi propter
amorem christi quia petrus au-
diens quod dominus staret in litore
ipso petro navigante tunica
succinxit se quia nudus erat
in navi et misit se in mare
Alij autem discipuli navigio venerunt
Johannis ultimo / Et quamvis plures
alij confessi sunt christum esse
filium dei vivi ut Nathanael
Johannis j° Rabbi tu es filius dei
Et Martha Johannis xj° dicens
Ego credidi quia tu es christus
filius dei vivi / Similiter et illi
qui erant in navi de quibus
dicit Mathei xiiij° venerunt et ado-

raverunt eum dicentes vere filius
dei es / Nullus tamen predictorum
propter talem confessionem beatus
dicitur sicut petrus / Racio huius
est quia nullus predictorum cogno-
vit perfecte christum esse filium dei
naturalem sed potius adoptivum
licet precipuum inter alios filios
adoptivos / Sed petrus credidit
cognovit et confessus est christum
ita esse verum hominem quod
etiam intellexit eum esse
dei filium naturalem consubstancialem
patris genitum / Et hoc insinuat
christus cum dixit Beatus es
Symon Bariona syncopatum
ab hoc nomine Bar Johanna
quod idem est quod filius Johannis
Abar quod est filius quia sic
vocatus est pater Symonis petri
Johannis primo Tu es Symon
filius Johanna / Et Johannis ultimo
Symon Johannis diligis me
plus hijs quasi christus diceret
Beatus es quia cognovisti
et confessus es me ita esse
dei filium naturalem consubstancialem
patris genitum sicut tu es
filius naturalis Johannis et eius
substancia genitus
Quia caro et sanguis non re-
velavit tibi / Et hic multipliciter
exponitur / Primo ut per carnem
et sanguinem intelligatur humanum
genus prout dicit apostolus ad
Gal. j° Continuo non acquievi
carni et sanguini id est hijs a qui-
bus traxi originem carnis
et sanguinis / Et hic modo sensus
est huius verbi / Caro et sanguis
non revelavit tibi id est quod me
filium dei cognovisti non tibi pro-
venit ex eo quod per carnem

et sanguinem potest intelligi doctrina
scribarum et phariseorum qui docebant
gentes erat enim petro sicut car-
nem et sanguinem ut sit sensus
hoc quod cognovisti me esse
dei filium hoc non venit tibi ex
doctrina scribarum et phariseorum
Vel per carnem et sanguinem potest
intelligi racio que suggeritur
homini ex naturali virtute sensus et
intellectus Et quia per hanc pe-
trus non cognovit christum esse
filium dei sed per revelationem ideo dicit Caro
et sanguis non revelavit Racio enim carna-
lis mens non tollitur ad spiritua-
lia sed ad carnalia unde dicit
apostolus Animalis homo non per-
cipit ea que sunt spiritus dei unde
nota quod caro et sanguis sive quod
sanat in vicium non est perceptor
divine sapientie in cognitione
secretorum ut hic Item non est
perceptor divine glorie in possessione
bonorum Ecclesiastici xvii° Quid ne-
quius quam quod cogitavit
caro et sanguis Item non
est perceptor divine glorie in retri-
bucione premiorum prima ad Corin-
thios xv° Caro et sanguis regnum dei
non possidebunt Sed pater meus
qui est in celis Deus enim intus
illustrat mentes hominum sicut
de celis lux corporalis diffunditur
et illuminat aerem Jacobi primo
Omne datum optimum etc Sic-
ut enim dicit Mathei xi° Nemo no-
vit filium nisi pater neque patrem
quis novit nisi filius et cui
voluerit filius revelare Sicut
autem filius revelat patrem cui
vult Ita pater per contrarium filium re-
velat filium cui vult unde Glosa
Filio columbe pater revelavit
filium suum quia una est operatio
patris et filii et sancti spiritus.

Revelavit enim misterium fidei quod
caro et sanguis revelare non potest
id est homines carnali sapientia inflati
qui non sunt filii columbe sicut
petrus et ideo sunt a sapientia
spiritus alieni unde Mathei xi° dixit
christus Confiteor tibi pater celi et
terre quia abscondisti hec a sapien-
tibus et prudentibus huius se-
culi et revelasti ea parvulis de
quorum numero iste piscator plebe-
ius erat primus cui pater filium
suum revelavit Et ego dico
tibi quia tu es petrus quasi
dicit sicut petra nominatus unde
Jeronimus et Haymo Quod sicut
lux vera christus omnibus apostolis
donavit ut lux mundi dicerentur
et essent sicut illud Mathei v° vos
estis lux mundi Ita et Symoni
qui credidit super petram
christum petri largitus est nomen
quia eius dicitur supra Ideo dicit
Tu es Et non dicit Tu vocaberis
Et super hanc petram id est super
me qui sum petra vel super
hanc fidei firmitatem quam tu
petre confessus es ex dono spiritus
sancti Edificabo ecclesiam meam
id est fidelium congregationem Quia
sic hic verbo ostendit christus multos
hic credituros illud quod petrus
confessus fuit Ex quibus ista
congregatio erit Est enim eccle-
sia congregatio fidelium in unita-
te fidei tamquam unum corpus
ex multis membris compactum
Cuius corporis caput est christus
iuxta illud ad Colossenses primo Omnia
per christum et in ipso creata sunt
et ipse est ante omnes et omnia
in ipso constant et ipse est ca-
put corporis ecclesie Et huius
corporis petrus est pastor tamquam
vicarius ipsius christi Et porte

inferi non prevalebunt adversus ea
primo per portas inferi secundum Ieronimum
possunt intelligi blandimenta pec-
catorum quibus si adhibetur con-
sensus ducunt hominem eis
consencientem ad inferos. Item
hereticorum doctrine per quas homines
illecti ducuntur ad tharthara
Tercio singule spirituales nequicie
in celestibus porte sunt inferorum
et viribus dicuntur porte vicii-
cie secundum Origenem. Quarto possunt dici
falsitatibus porte inferi sunt
tam tormenta quam blandimen-
ta persecutorum que infideles quasi
deterrendo vel molliendo a stabili-
tate fidei et caritate Christo conantur
avertere et interitum eis consen-
cientibus eterne mortis aperire
Et quinto infidelium opera inepta
et colloquia porte sunt infe-
ri in quantum suis actoribus vel
sequentibus iter perdicionis ostendit
Nota quod hec littera quod prestat et
ostendit ecclesie finalem victoriam
et prosperitatem. Totum enim sin-
gula spiritualia nequicia est
evellere fideles a fundamento
spiritualis edificii scilicet a fide et
a caritate Christi spiritualem itaque
adversus ecclesiam est posse separare
congregacionem fidelium a Christo
Et quia igitur in aliquibus
fidelibus sic perseverat et perse-
verabit fides recta operans per
dilectionem quod nullo modo separa-
tur vel separabuntur a Christo ideo
prosperitatem victorie semper
reportat et reportabit secundum
de hostibus suis unde dicitur
Matthei vii descendit pluvia id est
suggestio dyaboli et venerunt
flumina id est delectaciones viciorum
et flaverunt venti id est doctrine here-
ticorum et irruerunt in domum
istam scilicet viri sapientis et

non cecidit fundata enim erat
supra firmam petram. Et tibi
dabo claves regni celorum id est
plenam potestatem ligandi et
solvendi in ecclesia militante que
dicitur regnum celorum. Nota
quod iste claves sunt due. Prima
est clavis discrecionis que
est sciencia discernendi peccatum
a peccato et vere penitentes
a non penitentibus et circumstan-
cias peccatorum aggravantes
a non aggravantibus. Secunda
est clavis potestatis que est po-
testas per quam digni et vere
penitentes absolvendi sunt
et indigni et non penitentes
a regno celorum penitus
sunt excludendi. Et dicuntur
claves ad similitudinem cla-
vis materialis quia sicut illa
removet impedimentum prohi-
bens aliquem ab ingressu
domus. Sic iste claves tol-
lunt peccata prohibencia
ab ingressu regni dei. Sed
diceret aliquis contra Apocalypsis
iii dicitur de Christo quod ipse
aperit et nemo claudit cla-
udit et nemo aperit. Dico
quod illud debet intelligi de auctoritate
principalitatis vel excellencie
potestatem enim in isto sine ad-
ministracionis comisit suis
apostolis et eorum successoribus
committit. Dicit de ipse dis-
pensator. Verbum dei et quod-
cumque ligaveris super terram
erit ligatum et in celis
id est remiseris indignum
remissione iudicatus dignum
vinit
primis indignus a aput
deum iudicabitur. Et
quodcumque iudicaveris super
terram erit iudicatum et in celis

i quecumque indicauit salue-
dum dum vinit remissionem
consequetur adeo Quod vil-
helmus de monte laudino-
rum legit. Petrus quando
considerata hominis consciencia ha-
bens potestatem iudicat eum sibi
fore claudendum. Et soluit quando vi-
dens eum contritum sine sui decep-
tione iudicat eum illi fore ape-
riendum. Data quod potestas predicta
ligandi et soluendi sic data est
apostolis et eorum successoribus
ut semper habeat efficaciam si cla-
uis discrecionis non erret. Ita
quod predicta claue non errante ex
ipso opere sequitur effectus. Secundo
prima est sacramentum noue le-
gis quod graciam confert ex ope-
re operato. Si autem clauis discrecio-
nis erret in sacerdote ita quod non
ligandum ligat vel non soluendum
absoluit tunc non sequitur
vera absolucio vel ligacio ut
dicit decius. Item nota quod qua-
tuor quibus apostolis et eorum
successoribus data sit potestas liga-
ndi et soluendi tamen petro et
suis successoribus vicariis xpi
principaliter est promissa et data vnde
dicitur Deutero xvij° Si difficile et
ambiguum iudicium prospexeris inter
sanguinem et sanguinem causam
et causam lepram et lepram
et iudicum inter portas i. inter
sapientes sedentes in portis videris
variari venies ad sacerdotes leuitici
generis et ad iudicem illius temporis
qui dicent tibi veritatem et fa-
cies quecumque illi tibi dixerint
qui presunt loco quem elegit
dominus et sequeris eorum sentenciam
Si autem superbiens nolens
obedire sacerdotis imperio qui tunc pre
illo fuit moreretur locus quem
elegit dominus deus est sedes apos-
tolica et romana ecclesia putt

bet et alia late declarantur in ca-
pitulo qui filii presint venerabilem
qui filii sint legittimi ubi predic-
ta auctoritas deutro satis bene expo-
nitur. Expositum est Sermo de
virgine maria gloriosa. Sequitur

In diebus illis exurgens
maria abiit in montana
cum festinacione. Sancte
Postquam consummato officio annun-
ciacionis per angelum gabrielem
ad quod missus erat adeo ipse
discessit a virgine. Ideo in illis
diebus in quibus montes stil-
labant dulcedine Johelis iij°
ipse finem In illa die stillabunt
montes dulcedinem et colles
fluent lacte et per omnes riuos
inde ibunt aque. In illis diebus
gracie quibus maria consen-
serat angelo et voluntatem suam
ad concipiendum filium dei diuine
voluntati conformauerat dicens
Ecce ancilla domini fiat michi se-
cundum verbum tuum. In illis diebus in
quibus maria Jhesum conceperat
Exurgens maria i. a loco in
quo erat surgens scilicet a cella
que erat in nazareth in qua
annunciatus et erat xpistus per
eam cooperante spiritu sancto con-
ceptus. Abiit in montana scilicet
in Jherusalem ciuitatem metropolim
iudee que erat in montibus
et in alto sita respectu nazareth
Sed dices quare maria pergit
in montana ad elizabeth numquid
dubitauit de verbis angeli an
reputata sterilis puerum con-
cepisset. Videt Ambrosius Sed
maria non ideo perrexit in mo-
tana ut videret si verum esset quod
illi angelus dixerat quia ipsa non
fuit incredula de oraculo ut
zacharias non meta de incredulitate
quia credidit ipsum gabrielem
fore bonum angelum dei net

dubitaret de possibilitate exemplo si-
bi dato per angelum de Elizabeth
Secunda ratio prompta et parata volunta-
tem qua dixit angelo Ecce
ancilla domini Religiosa pro officio
serviendi cognate pregnanti Secunda
dicitur eo quod fuit gravida non
debuit ire ad tantam distanciam
per montes et valles Videtur
quod hic fuit conductum spiritus
sancti qui tantum ad bona
monet et omnia bene facit
Et quia maria non sustinuit
consuetas molestias mulierum
primo impregnatarum fuit agilior
eo quod illum gestabat in utero
qui omnia portat verbo sue vir-
tutis Cum enim esset gravida
salubri levitate gaudebat
Lumine enim quod portabat
in utero pondus moleste non ha-
bebat Item secundum Augustinum Angelus
ipsam dixit sine ve [illegible] ab
omni ve primo mulierum erat
exempta Item quia corpore
christi audiebat virtus que sanabat
omnes quod ergo illud corpus vir-
ginis gravari potuit vel aliqua
infirmitate deprimi quod ipsum me-
dicum et omnium salvatorem in
se portabat qui etiam portatos
amare ipsam matrem regebat
et placata divina et aspera por-
tabat in montana Cum festi-
natione Sed quare cum festina-
tione Videtur primo pre gaudio
animo enim gaudebat eo quod illud
in utero gestabat qui ipsum et
totum genus humanum redimere
venerat Et hic vult Ambrosius
dicens Ergo erat deo plena
Ideo pre gaudio appetit ascendere
in montana Secundo appe-
tiens desiderium serviendi cognate
sue Elizabeth que sex mensibus
iam portaverat Johannem in utero
unde Ambrosius Discite vos mulieres
sedulitatem quam pregnantibus

exhibere debetis cognatis Tertio festinat
pro pudore virgineo quia non gau-
debat diu manere in publico et
videri a transeuntibus viam Et
id dicit Virgo super missus est
Ideo ipsius est intentio erat
vitare frequentias hominum Anno
[illegible] festinavit
maria montana conscendere
non voluntate visitandi aut
ad oculos ostentacionem in mon-
tibus dilatandam sed ad illam
duntaxat civitatem et domum
ingreditur ubi nomen prophete
fuit precursoris filii noverat
esse matrem suam humilitate
et decentissimo facto pietatem
silentem matrem dictam et
iam amicam ipsa inveniens
ostendens virgo maria iuvenes
considerans quod a minoribus est
antiquioribus deferendum pie
tamen credendum est quod si sterc-
lis cognovisset de virgine quod
angelo nunciante virgo cogno-
vit descriptum velut alterioribus
mulieribus dotata in visitatione
virginem filiis cognovisset pre-
venisset si forte eos obviassent
quia expeditius potuisset
minor ambulare et tunc tamen
filius in domo ipsam non expec-
tasset sed potius extra domum
obviam ei venisset Et infra
festinatio virginis ad cognatam
est signum replecionis gracie
spiritus sancti quia nescit tar-
da molimina spiritus sancti gracia
Et intravit domum Zacharie
patris Johannis baptiste et cognate
grande et pregnanti et antique
ipsa iuvencula servivit Sed quare
maria illi voluit servire eo quod
ambe erant gravide prima ratio
iam supra patuit quia maria
erat iuvencula xiiii annorum
Elizabeth vetula Secunda quia

maria nomine concepit Elizabeth
ante sex menses. Et quamvis virgo
non fuerit impedita pondere tamen
post facto dampno doctrina mulieribus
quod plus competit iuvenis age-
dinis famulari. Erat eciam ad servi-
tandum quod Elizabeth que prius
hominem gestabat plus cum ple-
sura indigebat eius subsidio quam
ceteris. Et salutavit Elizabe-
th ipsa virgo prior tanquam humilis
et minor ad instruccionem maio-
ribus minores honorent temporibus
et locis suos seniores. Item ad
designandum quod omnibus qui in lege
stabili alteri antiqua bene vive-
runt per mariam salutante Elizab-
eth antiquam que salutem portat
omnibus salutavit. Et dicit Ambrosius
ubi supra non salutavit ipsam
quia cognata quia non erat
circa virginem familiaritatem se prune
sui carnem cognatis que eam
cognita et cognata celestibus
spiritibus facta erat et totius
deitatis hospicium vilis erat
sed carnem ab amicis amor eius
sed solum agebatur apud deum
quo primota salutavit Elizabet
quia instincta spiritus sancti opera eas
factas agnoverat. Salutat singulos
sed nescimus quibus verbis fortas-
sis ut mos est iudeis se invi-
cem salutare. Et dicit Bonaventura in
sermone de sancto Johanne Et modo
adhuc salutacione ingrimunt am-
plexibus veniunt ad oscula et felices
ventres adinvicem copulant reges
et militem non nisi deus tenere
vivi parietes distinguitur. Et possunt
dici quod in hac salutacione et con-
vencione istarum duarum matrum
quatuor magne sunt et maxime
persone humane que tunc sub
celo erant in modico spacio et
quatuor pedibus apparentibus con-
venerunt. Sed dicet aliquis

quare non maria prius salutavit
virum Elizabeth scilicet Zachariam exi-
stentem priorem, preter quia matre
tamen caput mulieris sit
vir. Dicitur quod Zacharias adhuc
fuit mutus et non decebat vir-
ginem cum viro muto signis
compati. Et factum est ut audi-
vit salutacionem marie Elizabeth
exultavit infans in utero eius
Et hoc duobus modis potuit
fieri secundum Augustinum primo sic quod
Johannes prophetam sanctum doctus
cognoverat presenciam domini sui
in utero virginis cuius prophecia an-
gelica impleta fore cognoscent
in qua Gabriel predixit de Johanne
dicens spiritu sancto replebitur
in utero matris sue. Cum concor-
dat Ambrosius libro ij° capitulo vj° quod
Et modo ipse Johannes cognovit
instinctum ad quod intendendus erat
Et ideo exultavit in utero antequam
nasceretur et cum fari non posset
tamen exultacione corporali illum
deum suum fatebatur. Quem gesta-
bat puella et nondum percepta
luce corporali huius mundi omnis
ingrosso corpore et velatus ma-
tris carne lucem prius invisibi-
lem mundo tenebrose advenisse
cognovit et occultus occultissi-
mus deum miles regem preco
iudicem precursor Imperatorem
sine sensuum argumento prendit
et exultavit in utero matris ad
ostendendum quam libenter suscepturus
esset officium precursoris et
quam libenter ipsum in mundo
nunciare et predicare quam libenter
baptisare ipsum et quam gaudenter
ipsum patribus in limbo existenti-
bus vellet intimare. Et potest
dici quod accelerans fuerat in
Johanne cum singulari gracia usus
racionis. Alio modo potest dici quod
Johannes tunc non cognovit adven-
tum salvatoris secundum Mariam antiqua

Illa tamen mocio Johannis facta
est de spiritu sancto ad declaracionem
sanctitatis virginis et prolis
quam utero gestabat motus Sed
primum dictum est communius et
verius / Et repleta est spiritu
sancto / Elizabeth ad vocem salu-
tacionis marie Et exclamauit
voce magna / Exclamat i. comple-
no clamauit repleta enim spiritu
sancto tacere non potuit quia ex
habundancia cordis os loquitur
Mt xij° / Cui concordat Symon
dicens / Elizabeth constituta spiritu
sancto quo tunc repleta erat
prorupit in vocem magnam que
magna erat novitate misterii
magna studio dissendi magna
utilitate credendi magna conside-
racione sui quia mater principis homines
magna estimacione maiestatem
redemptoris ad eam venientis
magna secundum Glosam non tam
clamosa quam devota / devocio
enim magnus clamor est ita
ut in celo a deo audiatur. Unde
dictum est moysi a domino Quid
clamas ad me cum tamen ore
tunc non clamaret sed desiderio
cordis / Exo. xiiij° Et dixit be-
nedicta tu inter mulieres i. super
omnes mulieres ymo mulieres
alie mire et per filium tuum bene-
dicentur et laudabunt nomen
tuum in secula pri ultimo Ben-
venit filie eius et beatissima
predicavit Benedicta i. prius erat
maria ab angelo ex eo quod ipsa
triumphantis ecclesie reginam repre-
sentat Sed hic benedicitur ab elizabeth
que militantis ecclesiam quasi
iam mortuam suscitauit Et
dicit Symon de Cassia super Elizabeth
non ut maiore maiori benedicit
quia spiritu sancto matrem
dei cognovit in conjuncte ac si
esset illi aliquo modo prelata in
prophetando futurum quod mente
conspicit esse factum sed extollit

laudibus virginis eo quod prius a domino
que portat fuerat benedicta
in benedictione generali sed illa qua
omnes excedebat mulieres / Et be-
nedictus fructus ventris tui / De quo
fructu dicit psalmus / Dominus da-
bit benignitatem et terra mea
i. maria dabit fructum suum
quod est sibi congruum scilicet benedicta
benedictum sicut terra maledicta
in opere Adam fructus protulit
maledictos Gen. iij° / Maledicta
terra in opere tuo spinas et tribu-
los germinabit tibi et maledicti
sunt qui huiusmodi fructus male-
dictos proponunt loco fructu bene-
dicto / E contrario benedicti sunt
illi qui aliam medelam non quae-
runt nisi christum qui est fructus
eorum in vita presenti et futura
vita eterna / Cum dederit dilectis
suis sompnum Ecce hereditas domini fili-
i merces etc. / Sed quia ille re-
pperit in benedictionibus dulce-
dinis / Ideo tu benedicta non enim
benedicit Elizabeth fructum ex
arbore sed ex benedicto fructu arbo-
rem asserit benedictam / Ecce due
arbores fructuose nova poma
ferentes in fructibus ut una gratiam
alia conferat gratie largitorem
Sed unius benediccio frangitur
si fructus et utrumque laboris
in eo erat omnium salus per quem
salutem omni actui humanorum
fructus esset acceptus / Et unde
michi hoc ut veniat ma-
ter domini mei ad me / Unde michi hoc
i. qua mea iusticia vel quibus
meis meritis accidit michi hoc
stili et sexus senis et fructus reputa-
cionem hominum maledicta / Ut
veniat ad me mater domini mei / Virgo
fecunda et innocens et super omnes
mulieres benedicta veniat sic hu-
militer sic devote et reverenter ad
me mater regis omnium ad miseram

mulieris mater salvatoris ad ma-
trem creature mater vite vivorum
et mortuorum ad matrem precursoris
Sed queritur per que signa potuit
Elizabeth cognoscere quod beata virgo
esset mater domini / Dicendum quod
sicut de conceptu naturali sunt
signa naturalia quibus hii qui pe-
riti sunt de talibus possunt
cognoscere et coniecturari qualis
et cuius sexus sit conceptus
mulieris pregnantis sic de conceptu
virginis Elizabeth potuit habere
signa supernaturalia quibus potuit
cognoscere sublimitatem fetus vir-
ginalis Non enim virgo sensit con-
suetas passiones pregnantium
Unde ut dicit Ambrosius Nichil
tortuosum erat in oculis
Marie non erat in verbis gravis
nec gustus eius erat fragilior
nec incessus lascivior non apparuit
in ea timor ventris propter pravitatem
fetus / Ex hiis et similibus signis
et specialiter commotu spiritus sancti
Elizabeth potuit cognoscere mariam
fore matrem domini / Ecce enim ut
facta est vox salutationis tue exul-
tavit infans in utero meo pre gau-
dio Unde sicut dicit Glosa In
ipso momento quo vox intrabat
ad aures corporis virtus spiritualis
cor intravit audientis et non
solum matrem sed etiam sobolem
amor adveniens accendit Vel
propheta parte actenus vidit et
audivit salutantis prophetam
sed quam vocis verbis non poterat
saltabat in utero quod maximum
erat gaudii signum Unde ipse propria
novit tripudium nativitate anti-
quius quibus audivit ante hec
tempora quod mulieris reclusus in ventre
agnosceret dominum suum et regem
omnium ventris tegimine non
obstante / Et beata que credidisti

Unde sicut aperta dei visio est bea-
titudo patrie Sic perfecta cognicio
fidei est beatitudo vie unde christus
dixit petro Mathei xvi° Beatus es
Symon bariona quia caro et san-
guis non revelavit tibi / Credere
enim et baptisatum esse sufficiunt
ad salutem et ad etiam beatitudinem
Marci ultimo / Sic maria beati-
ficatur hic a cognata quia cre-
didit angelo sine qua credulitate
et sine quo consensu nec mater
dei nec sponsa christi facta fuisset
Unde sicut sponsalia carnalia
et carnale matrimonium per mutuum
consensum contrahuntur Sic et
spiritualia sponsalia mutuo consen-
su contrahuntur Unde perficientur
in te omnes que dicta sunt tibi
a domino Sed quo Elizabeth cogno-
vit annunciacionem factam ab ange-
lo marie cum tamen novit et
secrete facta fuisset Dico quod ipsa
cognovit spiritu sancto docente ea
de hiis que dicta erant virgini per
angelum / Et ait maria Magni-
ficat anima mea dominum Maria
audita visione cognate sue
non potuit se amplius continere
Ideo dona dei iam percepta que
Ipsa tunc pudore virginee celave-
rat congruo tempore patefecit et
solvit deo largitori omnium bonorum
laudes et canticum novum decan-
tavit dicens Magnificat anima mea
quasi diceret Unde lingwa mea
non sufficit ad ipsum magnificandum
Unde Glosa Unde tanto munere
me dominus sublimat ut illud nullo
lingwe officio possim explicare sed
totum affectum anime mee interi-
oris ad agendum deo gratias et
ad ipsum laudandum eius applica-
bo / Et non anima magnificat dominum
non addendo aliquid ad eius magni-
tudinem quod immensa est nec augeri

sit nec numerus / Ecclesiastici xviii° Quis investigabit magnitudinem eius non enim est minuere neque addere neque invenire magnalia dei / Secundo nota quod magnificare deum est ipsum magnum reputare et cum magno corde ipsum pre omnibus colere et voluntatem eius adimplere viii° machabeorum primo in principio Celebant machabei illos quos credebant legis similes zelatores det vobis deus cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem corde magno / De quo Crisostomus libro primo capitulo xxx° Quando est cor magnum nisi cum preter deum nichil est magnum Quando est cor magnum nisi quod mundo se presens despicit mundum magnum / Quando est cor magnum nisi illud in quo perfectionem laudabilis numinis et sapientie innumerabilis habitat dominus magnus / Quando est cor magnum nisi quod omnia sensibilia reputata magna comparata ad deum reputat parva Quando est cor magnum nisi quod ad maiora se ordinat et ad maxima per virtutes invisibiles se sustollit Huiusmodi tale cor magnum amatores dei deum magnum reputat pre omnibus et ipsum vere magnificat cum maria / Econtrario vero contemptores dei pusillificant deum id est parvi pendunt eum reputant rem temporalem que aliquis magnificat Anima enim avari magnificat aurum Anima gulosi cibum et potum Anima luxuriosi scortum Sed anima casta magnificat virum Christum qui pro ipsa pugnavit strenue et fortiter vicit Exodi xv° Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius / Et ideo dicit Celestinus / mulier quoque amat virum suum sponsum suum dominum suum humana sua propria ipse vir et dominus pugnavit tam fortiter ut tres inimicos capitales / Scilicet mundum et dyabolum et carnem vinceret uno ictu / Scilicet perfecit paupertatis asperitatem / mundi [illegible] dyaboli [illegible] et castitatem / Item nota quod magnificandus est dominus cum maria pluribus modis Primo seipsum humiliando Psalmus / Accedit homo ad cor altum id est humile et exaltabitur deus / Quanto enim plus in nobismetipsis deprimimur tanto deus plus exaltatur Secundo ipsum omni creature preponendo Psalmus / Exaltabo te deus meus rex / Tertio eius magnitudinem laudis annuntiando Psalmus Magnificate dominum mecum Quarto ipsum laudando Psalmus / Magnificabo eum in laude Item si gratias agimus sibi referendo Ecclesiastici ultimo Danti michi sapientiam dabo gloriam Et sic agendo dicere possumus cum maria Magnificat anima mea dominum Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo / Ergo magnificationem domini sequitur exultatio mentis quod vero subiungit Et exultavit spiritus meus idem enim est anima et spiritus / Sed anima dicitur prout animat et vivificat corpus et hec bene vivendo magnificat deum qui fecit eam Spiritus autem dicitur prout super celestia contemplatur cum ipse exultat in deo / Vel potest dici quod anima accipitur pro inferiori parte hominis et spiritus pro superiori Vel potest exponi Et exultavit id est extra se et supra se saltavit saltu contemplationis spiritus meus id est superior pars hominis mei quia anima mea eternis et divinis rebus intendens adhesit considerationi et contemplationi divinorum operum

et pstinum operum humane reparacionis
que non sine me sed in me et
per me diuina magnificencia perfecit
et consummauit ut possim illud
dicere Iudith xiij° laudate dominum
deum nostrum qui non deseruit spe-
rantes in se et in me ancilla
sua adimpleuit misericordiam suam quam
promisit domui israhel Et ideo sub-
iungit Iudith bone creacionis
Saluatoris bone recreacionis meo
bone sumpte humanitatis bone
rum est meus filius et vltimus
altimus Nota quod hec exultacio
in deo salutari multum displicet
dyabolo primi Regum iiij° vbi in-
dicitur archam portata confitentibus
exultauerunt et inimici eorum
philistiim timuerunt vide dicen-
tes ve nobis ve nobis quis
nos saluabit de manibus sublimi-
um deorum istorum non enim fuit
tanta heri exultacio et nudius
tercius Et bis dicitur ve nobis
quia duplex est exultacio displi-
cens dyabolis vna contra tri-
sticiam seculi de qua per apostolum ad Corinthios
vij° Tristicia seculi mortem
operatur Alia contra tristiciam
seculi que penitenciam dicit Iob xxviij
In merore cum diceret penitus In
hijs ergo non gaudebat virgo beata
sed in deo salutari suo i. in filio
suo omnium saluatore non in mundi
honore non in terrenis voluptate
non in generis nobilitate non in
corporis pulchritudine non in mundi
prosperitate Ille enim sed Augustinus
exultat in deo qui terrena non
curat quem prosperitas non emollit
quem aduersitas temporalis non
frangit quem sola dei memoria
delectat secundum illud Trenorum iij°
Memoria memor ero et tabescat
in me anima mea i. animalitas
mea rememorando opera saluatoris
mei Quia respexit humi-
litatem ancille sue Respexit in-
quam de celo ad terram respectu
diuine prouidencie ad me salutis
operis inchoandum Psalmus Respi-
ce domine in seruos tuos et in opera
tua Et respexit diuine gracie ad
virginem cumulandam Ysaie vltimo
Ad quem respiciam
nisi ad pauperculum et contri-
tum spiritu et tremen-
tem sermones meos Item re-
spexit diuine complacencie ad ipsam vir-
ginem spiritualem et corporalem uisi-
tandam Ysaie xxvj° Anima mea
desiderauit te et hic apostolus humi-
litatem et non dicit virginitatem
Quia sicut Augustinus Absolute
incepta humilis quam virgo super-
ba Bernardus homo ij° Capitulo xv°
Quid in medium Hec virgo sancta
non perdit fidem subtiret spem
non nominat super omnibus
omnia cantatorum tacite virtutes
in silencio facte sunt et pre hu-
militate solum se respexerunt
ad dei gloriam Nam quis quis
credit nisi ex humilitate obedien-
ter amanti et predicante et capti-
uaret omnem intellectum in obse-
quium fidei Et quis quis sperat
nisi obediret Et quis quis dili-
geret diligenda nisi vellet obe-
diencia iubentis mandata perficere
Vnde enim sunt honeste atque fini-
ter hominum actiones nisi ex illa
humilitate profunda qua homo
animus sit subditus deo preseruant
enim vitat mala que deus pro-
hibet et facit bona que ipse iu-
bet Et ideo quia hanc humilitatem
virgo didicit a patre suo qui-

ancillam dixit ecce humilis in
oculis meis. Item a filio suo dici-
tur Mat. xi° Discite a me quia mi-
tis sum et humilis corde. Hec hu-
militas Marie illi placuit cui
superbia Eve displicuit ut sicut
per superbiam Eve mors intravit
in mundum, sic per humilitatem
Marie vite [illegible] introitus.
Unde Augustinus in sermone de assumptione
virginis: O vera humilitas que
deum hominibus peperit, vitam
mortalibus edidit, celos inno-
vavit, mundum purificavit,
paradisum aperuit et hominum animas
liberavit. Facta est enim Maria
scala celestis per quam deus descen-
dit ad terram. Ancilla sive dicit
Albertus quod hoc nomen ancilla
aliquid importat similem condicionem
et privat libertatem. Aliquid eciam
nomen officii designans obsequio-
sam servitutem. Aliquid est nomen
voluntarii obsequii et sic hoc
insinuat humilitatem gratuitam.
Primo modo Maria non
dicitur ancilla nisi servitus commu-
nitate iusticie reputatur iuxta
illud Rom. vi° liberati a pecca-
to servi facti estis iusticie. Et hec servi-
tus est regnum. Gre. cui ma ser-
vire deo est regnare. Sed quo-
ad alios duos modos potest dici an-
Apa cilla quia illis captivavit intellec-
tum credendo angelo ut supra
beata que credidisti et affectum
suum obediendo et consenciendo
ut fiet mihi secundum. Ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes genera-
ciones. Glosa in consimilitate vel con-
dor quod deus me respexit beatam
me dicent in beatitudinem mea
felicitudo predicabunt omnes
generaciones iudeorum et gencium
virorum et mulierum divitum et pau-
perum angelorum et hominum quia

omnes per ipsam beneficium salutare
acceperunt homines reconciliacionem.
Unde Augustinus: Omnes generaciones
clamant et dicunt eam merito
beatam per quam et a qua accepe-
runt peccatores veniam, iusti sine iusti-
cie coronam, angelus veniam, filius
dei humane carnis subiectum, et
tota trinitas gloriam, angelorum
ruina reparacionem, corporalis mundus
renovacionem. Et nota quod quinque
dicitur ter beatus. Primo propter caren-
ciam macule. Eccl. xxxi° Beatus
vir qui inventus est sine macula
et sic beata virgo dicitur beata quia
sine omni macula ve ab angelo
predicata. Secundo propter inventio-
nem amicicie sic virgo dicitur
beata quia invenit amicum verissi-
me sine simulacione. Unde Celestinus: Gau-
de virgo gloriosa que deum genui-
sti dei filium, amicum verissimum
invenisti. Tercio propter insudacionem
sapiencie. Eccl. Beatus vir qui in sapiencia
morabitur. Celestinus: Semper
beata virgo intenta fuit operibus
bonis ut prodesse hominibus et
studio sapiencie ut delectaretur
in celestibus. Quia fecit mihi
magna qui potens est. Pro causa
exultacionis supra dictam beata
virgo recognoscit ipse effectum
sanctissimum divine pietatis quia
quia fecit mihi. Glosa: magna
fecit mihi deus quia ex me
et in me carnem assumpsit
et operatus me mundum et
dona spiritus sancti mihi contulit.
Item fecit me triumphare de principe
demonum ut digna essem conterere
caput demonis. Genesis iii°
Ipsa conteret caput tuum. Item
fecit me reginam celorum et
angelorum et ut insinuaret pa-
retur magna que fecit deus.

marie collige descriptum Jeronimi
primo predestinatio virginis ab
eterno ab initio et ante
secula creata sum Secundo quod
elegit eam in matre sanctificatio
decore virgineo vii Cant. electa
sicut sol Elegit eam et preelegit eam
Tercio est inspiratio prophetis facta
de ipsa ventura Ysaie Egredietur
virga de radice Jesse Quartum
est in primis procreatio sanctificatio
psalmus Sanctificavit tabernaculum
suum altissimus Quintum gratiis
impletio Exodi xl Maiestas
domini ingressa est in templum
et repleta est gloria domus
domini Sextum angelica salutatio
Luce i° Missus est angelus
gabriel Septimo filii dei con
ceptio Ysaie Ecce concipies
Octavum filii subiectio Luce ii
Et erat subditus illis Nonum
ipsius exaltatio Eccli xxiiii°
Quasi cedrus exaltata sum
Decimum ipsius coronatio in qua
coronatione constituta est a deo re
gina celi et terre angelorum et
hominum Cant. iiii° Veni de liba
no veni coronaberis Et quia po
tens est dupliciter primo pote
cia creandi omnia de nichilo Augustinus
Indubitanter iste credendus est
potentissimus qui omnia creavit
ex nichilo Secundo potens
est potencia confringendi omnia
in esse Augustinus Augustinus Explendo
dei posse pertinet omnia in esse
esse sicut creata sunt conservare
Tercio potens est potencia
multiplicandi creata sine
tempore quia in ipso sumus
vivimus et movemur Item
potens est potencia eripiendi
et tuendi de malo sive peccato

quia ipse solus peccata dimittit
Item potens est potencia augendi
omnem graciam et consolationem ii
ad Corinth. ix° potens est deus omnem
graciam habundare facere Potencias omnes per
cetis singulariter collata est maria
ideo dicit Quia potens est Et
subiungit et sanctum nomen eius
Augustinus de diuinis nominibus dicit
Sanctitas est ab omni in
mundicia libera et perfecta mundicia
Ex qua diffinicione colliguntur
tres diffiniciones sanctitatis Prima
est nullius criminis subiectio
unde dicit libera quia ut sanctus
est vere liber nulli subiectus ii
ad Corinth. iii° ubi spiritus domini ibi
libertas et hec proprie convenit
deo qui est summe liber Secunda
est universalis donatio ibi perfecta
quia vere sanctus perfecte dat
sibi et omnibus suis motibus
et affectionibus et per consequens
omnibus aliis Seneca Si vis
omnibus imperare primo impera tibi
ipsi Sed ulius donatio summe con
venit deo psalmus Domini est terra et
plenitudo eius Tercia est irrep
hensibilis regiminis directio pro
virga directionis virga regni tui
Et hec convenit cum dicitur im
maculata hoc enim pertinet ad sanctos
irreprehensibiliter et sine macula regere
subiectos et summe convenit divine
donationi et legi psalmus Lex domini im
maculata Et misericordia eius a progenie
in progenies timentibus eum Hic
beata virgo pro generale beneficium
dei sibi generaliter impensum comme
morat generale beneficium toti
humano generi communiter exhibitum dicens
Et misericordia eius ante inchoata
dilatabitur continuatur et multipli
catur a progenie scilicet iudeorum
in progenies scilicet gencium Cuius
enim vindictis est Johannis iiii°
vii Actuum iiii° paulus et barnabas

gloriam indicis vobis oportebat
primo loqui verbum dei. Sed quia re-
pulistis illud et indignos vos
iudicastis vite eterne. Ecce conver-
timur ad gentes. Et nota ser-
placitum. Quod triplex est volun-
tas dei. Prima est propositi et promissi-
onis qua deus proposuit et pro-
misit humano generi in primo
Adam depravato salvationem
et reparationem. Inserendo Adam
humano id est in Christo. Ad Ephe. primo
Qui predestinavit nos in adop-
tionem filiorum per Jhesum Christum secundum
propositum voluntatis sue. Secunda
est una complacentie et exhibi-
tionis qua complacuit deo ut
quod proposuerat de salvatione
humani generis suo tempore exhiberet.
Luce xii°. Nolite timere pusillus
grex quia complacuit patri vestro
dare vobis regnum. Tercia est una
beneplaciti et adimpletionis.
Ad Ephe. primo. In Christo credentes
signati estis spiritu promissionis
sancto qui est pignus hereditatis
vestre. Item nota diversas progeni-
es. Prima est nascentium cui datur
ab eo una alimonie quia dicitur
Tren. iiii. Panem quod nascitur pro-
prudencia alit. Ps. Qui dat
iumentis escam ipsorum. Secunda
est vivencium cui datur una leticie
Eccli. xxx°. Jocunditas cordis
est vita hominis super terram. Tercia
est peccantium cui datur una
venie. Ezechiel xviii°. In qua-
cumque hora peccator ingemuerit
propicius ero ei. Cum contendat
celestium dicens. O fons statim
veniens et omni gratiam subve-
niens per misericordiam eius dei conceditur
nascentibus alimonia viven-
tibus leticia peccantibus venia
penitentibus infirmantibus convalescen-
tia se ad deum elevantibus
eterne felicitatis gloria. Quam
deus nobis misereri indulgeat omnibus.

ti misericorditer discrete his quos timor
eius compescunt angelis et indu-
cit ad bonum. Ipso subiungit tremenda
enim a ... secundum prima dicti ad se
et ad proximum convertuntur. Nam
qui obstinati sunt vicio incre-
dulitatis vel in malicia iniquis pro
illi clauserunt sibi ianuam divine
pietatis. Et bene dicit. Timentibus
enim non invidiam non dubium
ait ipse. Nolite timere eos qui
occidunt corpus animam autem occide-
re non possunt. Fecit potentiam
in brachio suo. Cognosce in-
vie due sunt una et vitis
Ideo commendata una dei intende-
bus enim enim commendat ego
prudens instruxi incontemptori-
bus eius audiens quid meruerunt
et quid accidit eis dicens. Fecit
potentiam in brachio suo id est in ipso
dei filio et per ipsum deus pater
potentialiter operatus est per quem omnia
creantur et reguntur et glorificat
potestates aereas debellavit infernum
destruxit. Et dicitur filius brachium
patris quia sicut a corpore exit
brachium et abstrahit manus
Sic a patre exit filius et abstrahitur
spiritus sanctus. Et nota quod filius
dei est similis brachio figuli quo
ad rerum creationem qui vasa glo-
riosa de luto componit. Eccli. x-
xxviii. Figulus sedens ad opus
suum in brachio suo formabit
lutum. Item brachio pugilis
qui pugnando brachium regis
Egypti id est diaboli confregit. Ezechiel
xxx. Fili hominis brachium pharaonis
regis Egypti et ecce non est ob-
volutum ut restitueretur sibi sani-
tas etc. Item brachio nutricis
apportandum parvulos. Osee xi°.
Ego quasi nutricius Effraim
portabam eos in brachiis meis.
Item nota quod deus fecit multiplicem
potentiam in brachio suo per filium
suum incarnatum potentem quia per
eum diabolum superavit et captivos

de inferis liberavit. Item eum percussit
egiptum cum primogenitis eorum
in manu potenti et brachio exce-
lso Iuste brachio electos ad se tra-
xit. Johannis xii°. Ego si exaltatus
fuero a terra omnia traham ad me ipsum.
Dispersit superbos mente cordis sui.
dispersit i. dispergi permisit superbos
i. demones et homines inibi vero
et in aliis eos sequentes mente cordis
sui i. in voluntate et secundum diver-
sitate quia sicut multitudinis cre-
dencium erat cor unum et anima
una Actuum iiii°. Sic superborum
contrarie sunt voluntates et divise. Ysa
ysa xviii° Quia superbos semper lin-
gua sunt. Vel aliter dispersit i.
separavit ut exules a regno suo
fecit superbos non dico inpotenciores
esse tantum. Sed superbos mente
cordis sui i. illos qui habent
latentem superbiam sub voluntate
interiori. Sepe enim apparet superbia
in elongatis et preciosis vestibus et
tamen in vita non est. Et sepe
sub vili tunica et vili est longa
superbia. Deposuit potentes de sede.
Sic beatus Hugo commendat filium suum
adnobius. Primo amalech depressione
Secundo a bonorum exaltacione
Et dicit deposuit i. deponet per
Ezechiel xi°. Gloria potentis stortus
et vimus potentes i. demones
peccatores vel iudeos ad literam de sede
sive sue dignitatis vel de sede superbe
reputacionis vel de sede literalis intel-
ligencie quos ad iudeos qui quasi
in sede quiescebant literali intelli-
gencia scripture spiritualem non intelli-
gentes. Et exaltavit humiles i.
angelos persistentes et sibi humiliter
obedientes et homines minus
sapientes non reputantes. Et gentiles
les ad spiritualem intelligenciam
scripturarum aspirantes. Unde Celestinus
inquit De hominibus iustis qua
utrius in hominibus bonis fecit

angelis despicit et inhat vita et
multis iniuriis molestat. Ideo
statuit deus electos suos per hanc
viam exaltare ut sic angelis fe-
nentes diligant et ab angelis bonis
venerentur custodiantur et demones
propter devicti timeant et acerbis
dolenter suscipiant. Esurientes
implevit bonis. Sic beatus Hugo
explicat alios duos effectus bra-
chii dei patris i. ipsius filii dei. Primus
est esuriencium implecio qui pertinet
ad bonos de quo dicit Esurientes
implevit bonis. Ergo nota quod
multiplex est esuries bonorum. Prima
alimonie ad corporis sustentacionem
Act. iiii° Cum ieiunasset xl diebus
et xl noctibus postea esuriit. Secunda
esuries est ad peccatorum purgacionem.
Jeremie xxxi° Omnem animam
esurientem scilicet gracie infusionem satura-
vi. Tercia est esuries sapiencie ad
divinorum cognicionem. Eccli. Qui edunt
me adhuc esurient. Quarta
est esuries iusticie ad iudicatorum
divinorum implecionem. Unde Math.
v° Beati qui esuriunt et siciunt
iusticiam. Quinta est esuries iuste
ad finalem iudicis finalis eva-
sionem. Unde illud Math. xxv°.
Esurivi et dedistis michi man-
ducare. Sexta est esuries glorie ad
utriusque hominis desideratum implecionem.
Unde propheta. Caro esuriet sicut
corrupcionem. Anima vero esuriet
perfectam iudicii deificacionem quibus
adeptis nichil ei deficiat ad perfectam
delectacionem. De quibus omnibus
concludit Celestinus dicens
Cum alimoniam esuriunt replen-
tur bonis quibus vicia mortifica-
ntur et virtutibus sanctificentur.
Cum esuriunt sapienciam replentur
bonis quibus illuminentur. Cum
iusticiam replentur bonis quibus
spiritualiter deteneantur. Cum iudicium
replentur bonis quibus a sen-
tencia finali iudicis liberentur.

Et qui esuriunt replent[ur]
bonis quibus eciam delectentur.
Et divites dimisit inanes. Hic
ponitur secundus effectus scilicet divi-
nus evacuacio. Et nota quod hic
divites appellantur illi qui nichil
habundancia bonorum temporalium non que-
runt voluptatem, vel alia habundan-
cia bonorum spiritualium non habent
de quibus dicitur Luce vi° Ve vo-
bis divitibus id est qui abhundatis
hic in bonis temporalibus ad volup-
tatem quia habetis consolacionem
vestram. De secundis dicitur Apok.
iij° Tu dicis quia dives sum
scilicet sensu intellectuali et locuple-
tatus sapiencia et nullius egeo
et nescis quia tu es miser.
Suscepit Israel puerum suum. Hic
tercio ponit gracias de beneficio agit
incarnacionis populo fideli spi-
rituali, scilicet toti generi humano gene-
raliter exhibito dicens Suscepit
Israel id est populum iudaicum vel
Israel id est vir videns deum et totum
populum fidelium. Ysaie. Populus
qui ambulabat in tenebris etc.
Nota quod hic triplex vidit et
suscepit Christum: primo per fidem cre-
dendo. Ad Ro. primo. Virtus [illegible]
Christus ad iusticiam omni credenti
Iudeo primum et Greco. Secundo
vidit et suscepit Christum per spem
sperando et expectando. Psalmus
Suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui. Expectabo
salutare tuum domine. Glosa id est Christum
qui est salutare dei. Tercio vidit
et suscepit Christum per dileccionem
ipsum venientem suscipiendo et
amplectendo. Luce (?) Suscepimus
deus misericordiam tuam in medio t[empli]
puerum suum id est filium dei qui factus
est similis nobis per carnem
qui dicitur puer propter puritatem
innocencie quia ipse est ille qui
peccatum non fecit nec inventus
est dolus in ore eius. Prima
Petri ij°. Secundo propter simplici-
tatem vite et doctrine. Ysaie
xlij°. Ecce puer meus electus
meus quem elegi. Tercio propter gene-
racionem humanam reparativa successi-
one. Et nota quod dicitur puerum suum
id est sibi natum Ysaie ix°. Puer natus
est nobis. Tercio quia sibi datum
infirmitatem (?) gracie. Johannis iij° Sic
deus dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret. Tercio puerum
suum quia ipse oblatum ad delen-
dum culpe. Ad Roma. viij° Qui eciam
proprio filio suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Et ideo
suscepit Israel puerum suum. Causa
est recordatus misericordie sue id est promis-
sionis sue misericordie facte et
adimplete. Abacuk iij Cum
iratus fueris misericordie recordaberis.
Nota quod causa incarnacionis fuit
ex mera pietate. Albertus (?) cum
previdit deus hominem peccaturum
et ideo proposuit se hominem futurum
et sic hominem peccatorem salva-
turum. Ad (?) celestium et ineffabilis
misericordie. Albertus (?) cum previdit deus
hominem casurum et proposuit se
carne ex virgine suscepturum ut
malum tam pessimum bonum tam
magnum sequeretur ut deus
et homo de virgine nasceretur pateretur
moreretur, mutatus homines allo-
queretur dicens O homo fugisti
a me tamen ad te descendi me
honorasti (?) te peccasti in me pe-
nitenciam agam pro te vendidisti
te redemi te deformasti te refor-
mabo te impulisti (?) reduxisti
te claritati (?) corporis mei consign-
abo te inmisisti (?) dimisisti te in
perdicionem reducam te ut mecum
quasi secundus vivas et regnes
ineternum. Sicut locutus est ad
patres nostros id est sicut promisit
inicium (?) patribus nostris que in Abraham (?)
apparuit in missione filii sui in
mundum. Abraham et semini eius
id est imitatoribus eius in fide et
sancta operacione. Ad Ro. iiij° [illegible]

cum omnes qui ex fide sunt filii
sunt nec tamen semine sunt Abra-
he omnes filii Abrahe sunt. Et
spiritualiter respicit Abraham quia
illi sunt facta est promissio de
Christo ex semine suo nascituro. Ter-
cio deus multa plena misericordia
promisit patribus Abrahe filii ge-
neracionum et seminis sui multipli-
cacionem Gen. xiii faciam semen
tuum sicut pulverem terre. Et Gen.
xxii° Et alibi multiplicabo semen
tuum sicut stellas celi. Item filio
suo ysaac benediccionem dicens In
semine tuo benedicentur omnes gen-
tes. Item Jacob promisit similiter
seminis sui multiplicacionem. Regi-
abit David promisit seminis sui
exaltacionem ps. de fructu ven-
tris tui ponam super sedem tuam. Et in hiis
promissionibus insinuata sunt
filii dei incarnacio que fuit mi-
raculosa in qua duo diversa deus
summus et homo infimus sunt co-
niuncta et fuit gaudiosa quia totum
mundum letificavit Luce ii°
Annuncio vobis gaudium magnum.
Item quo ad seminis multiplica-
cionem signata sunt nostrorum
augmentacio Apoc. vii° post hec
vidit turbam magnam quam
nemo dinumerare poterat. 2°. In pro-
missione facta regi David de se-
minis sui exaltacione designata
sunt electorum exaltacio. Et io
addit in secula i. eternaliter obtine-
dam gloriam promisit deus anti-
quis patribus et semini eorum
i. eorum successoribus in fide et
caritate quam deus dedit Abrahe
post hanc vitam et aliis electis
daturus est. Sermo in die magdalene

Rogabat Jhesum quidam pha-
riseus ut manducaret
cum illo Luce vii°. Notan-
dum quod Christus cum duobus

personis generis plures causas conve-
nit et conversatus est. Primo cum
phariseis ut ipsorum latentem super-
biam reprimeret ut hic. Secundo
cum publicanis peccatoribus ut
eos ad penitenciam revocaret. Mat.
ix° Non est opus valentibus
medicus sed male habentibus. Non
enim veni vocare iustos sed pecca-
tores ad penitenciam. Tercio cum ami-
cis puta cum Lazaro et mar-
tha ut ipsorum caritatem augeret
sua presencia et conversacione specia-
li quia ihesus venit in mundum
peccatores salvos facere prima ad Ti-
mo. Et iustos in bono confirma-
re. Item nota quod quamvis pha-
risei essent contra Christo contrarii
tamen aliqui diligebant eum
mota doctrina vel signis que fe-
cit. Dicitur de Nicodemo qui
ad ihesum venit nocte dicens Rab-
bi scimus quia a deo venisti magister
Nemo enim potest hec signa facere
que tu facis nisi fuerit deus cum
illo. Sic ille phariseus quadam
reverencia seu devocione motus
rogabat ihesum ut manducaret
cum illo. Crisostomus homelia xx°x-
viii° dicit Rogabat, inquit, deus
ihesus ut acciperet qui pocius
rogandus erat ut daret qui
plus habet ad dandum quam
aliquis pauper homo et que
habent sunt sua. Sed phariseus
tantum hominem credebat et
expectans hospicium suum passim
quia aliis aliter et alia ab eo
petiuisset. Indigebat enim hiis
quibus Christus abhominabatur et
ne petentibus illa daturus ac-
venat. Unde nos rogemus eum
ut aliud nobis largiatur quod
Salomon petivit a deo dicens Duo
rogavi a te ne deneges michi
antequam moriar vanitatem et verba

mediam longe fac ante iniqui-
tatem et diuicias ne dederis
michi sed tantum victui meo
tribue. Sequitur Et ingressus domum
pharisei discubuit. Christus enim
sic voluit omnes ad se trahere
ut saluarent quod omnibus sine
personarum acceptione prebet occasio-
nem salutis. Ideo tam publicanis
quam iudeis phariseis et iustis
se familiarem exhibuit videtur
tamen exemplis et omnium sensuale
enim est hominibus beniuolos se
exhibere hiis quos ad conuiuium
inuitant et ideo facilius reci-
piunt eorum doctrina. Ut igitur iste
phariseus et ceteri qui cum eo
discumbebant plus disponerentur
ad recipiendum ipsius doctrinam
Christus voluit domum pharisei
ingredi et discumbere cum eo.
Et ecce mulier que erat in
ciuitate peccatrix ut cognouit
quod Ihesus accubuisset in domo pha-
risei attulit alabastrum unguen-
ti. Hec mulier erat maria magdalene
soror lazari et marthe de qua
dicit Glossa ecce mulier maria ma-
gdalena. Alia mulier quam eua
alia filia quam mater. Illa
ad lignum mortis ista ad lignum
vite cucurrit. Ista tangens fruc-
tum ligni prohibiti inuenit mor-
tem. Hec tangens fructum ligni
vite inuenit vitam. Illa acce-
ssit et tetigit suggestione ma-
ligni spiritus hec suasione sancti
spiritus. Illa tangit amisit pa-
radisum hec inuenit celum. Illa
fuit peccati occasio hec speculum
penitencie omnibus mulieri-
bus peccando mirabilior in peniten-
do. Sed videamus motiuum acce-
ssus huius mulieris ad Ihesum propter quod
dicit Symo sic vo cao xvo
Quia mulier fama audierat ipsum
predicantem magne desiderat cor-

pore et mentis affectum contem-
plans vitam pendens et vide-
considerans eius virtutem et
sanctitatem in iam factis mira-
culis estimans ut plurimum ipsum
videntem corpus iam corde gerita
de preteritis animo affectabat et cum
ingenti pudore verebatur ipsum
publice aggredi timebat ab ipso
repelli confidens tamen quia nondum
eius benignitate accepta et forte
ipsi preuenit phariseum tamquam
ei familiarem et cognitum
rogauit eum ut ipse pro discubitu
ad domum suam ihesum inuitaret
quatinus ipsa operam ibidem ad ipsum
veniendi Et infra dicit ibi
Symon Trahit ipsam ihesus
secrete tractu gratie ut magnes
ferrum secrete trahit tractu ne-
ingreditur deinde discumbitur
locum ne ante fuit gemmis co-
llata in ipsum scelera et occurre-
bant audierat forte ab apo-
stolis vel ab aliis et ita cogitauit
hic est qui venit in mundo
non vocare iustos sed peccatores et
eos saluos facere disposuit hic
incedit discalciatus huius pedes
pulueribus respersos et forte etiam
multipliciter transitum lapillis
et spinis scissos non ergo venia
occasio immundo pedes eius aquis
et lacrimis oculorum meorum et de-
inde eosdem amorose perungam
ut viso amore cordis mei quod
sibi de meis iniquitatum tales con-
donabit meorum suam mihi
aperiat et suum amorem cordi
meo benignius infundat Sic
fuit motiuum magdalene veniendi
ad Christum Ista ergo precogitans vel
adhibuit conuiuium placandum gra-
nis pharisei Christo patronato Ideo
dicit petrus Rauennas venit
illa pietatis non voluptatis

corporalis exhibitione omnium / Deinde
veniens prius posuit mensam
ferculum compunctionis apponit
panem doloris infert potum
lacrimis temperat in mensura et ad de-
licias convivalis pertinens corporis
sui cithare et cordis cithare con-
sona simphonia planctibus de-
clamorem / Venit ergo non vacua
quia attulit alabastrum unguen-
ti. i. vas alabastrinum factum de
marmore lapide candido attulit
plenum unguento aut oleo con-
fecto quia medicinam vitalis vul-
neris remedio superno presumebat
Primo veniens non contempla-
batur facies epulancium solum
ad id intenta in qua pre posset
adire ibi omnia sunt in silencio
nemo loquitur non loquente ihesu
considerat phariseus et ceteri
quid esset facturus ihesus solus
videbat eam eius qui sciebat
quid esset actura et premissum
ipsum agere premeditata comperta-
bat / mutabatur vultus mulieris
et animus eius operis non con-
actu inter spem et metum consiste-
bat impellebat eam spes repel-
lebat metus ne pelleretur a more
iusticiam non potuit sua mala
que fecit quia intus eius
consciencia ipsam demulcens peccatis
valide accusabat / Nemo adhor-
tabatur eam quia nemo noverat
tam adventus eius Sed ille
deus et homo qui causam noverat
pectus eam suscipe nec verbo
prohibebat ei audaciam / Sic ergo
venit ad hunc finem intravit
domum pharisei ut peniteret de
peccatis et graciam salvatoris inve-
niret Super quo dicit Iacobus
de Alexandria Consonum est enim
et iusticie ut publica delicta
in publico corrigantur et qui pub-
lice infamis est purgetur
in publico Item consonum est eius
ut coram illis fiat hec purga-
cio apud quos orta sunt talis
infamia Cena ergo in domo
pharisei multi convenerunt Ideo
coram eis convenient hec infa-
mis mulier sunt ad graciam venera-
ta De quo eciam dicit Gregorius
in omelia Considerantes namque
quid fecit et noluit modum
quid faceret super convivantes ingre-
ssa est non iussa inter epulas
lacrimas obtulit Et dicit Seneca
Si alios vereris plus te vereris
quia sine aliis esse potes sed
sine te numquam / Et stans retro
secus pedes eius Maria conge-
pus cunctebat ad delectacionem
unius peti iudicium quasi in
via lubrica se non valens fir-
mare corpore venit ad petram
que est xpus et ad illam sa-
pienciam que ex ore altissimi pro-
diit stare cepit Vnde Petrus Ra-
vennas Sed duce xpus datus
est hominibus a patre sine quo
recte non ambulatur et si con-
flictus inivit sine eo victoria
non habetur nec ad debitum fi-
nem pervenitur Primo intrac-
tatur expressio peccatoris cum xpo
Stetit retro quasi se peccatricem pro-
mittens ope sequelam vestigi-
orum xpus quem per leges peccati
antecesserat leges eius / Predi-
cimus peccator demum in suis leg-
ibus quia non sequitur vicium
dei quem si sequeretur non fieret
de numero peccatorum / Stat ante deum
presbiterum erectus qui in animo
delinquit et velut inimicus adu-
satur moribus et verbis contra-
dicit in facie dei qui ingessum
illius qui ubique presens est male
agit aut loquitur / Primo igitur
recedens a demonio iniquitatis stetit
retro nec ut presumat ire in

faciem dei sunt verecundia pecca-
torum quorumque absque qui habet in-
dulgere petitur audeat. Stetit
post tergum qui contempsit faciem
eius. Congruum respiciat tergum
qui contra dominum faciem pre-
obediam sua terga verterunt
lucem eius dum in portarunt
nequaquam deleta sunt peccata mea
Stemus ergo a tergo passionem
eius considerantes quia si sumus
socii passionum eius et consola-
tionum non recedamus adversus super
quod ab initio fabricaverunt pecca-
tores exemplo huius peccatricis
retro stantes et prominentes q
modo sequelam ducens plures
invisibiles sunt hostes nobis ipsos
ad inferna deducentes. Sed quia
considerant quod mala est plura-
litas principum. Ideo non reversa
sequitur unum principem ad superna
deducentem. Secundo quare stetit
secus pedes dico quod per instinctum
spiritus sancti cognovit eos
fore magnarum virtutum. Primo
quia istis sanctis pedibus totus
mundus subicitur. Psalmus: Omnia
subiecisti sub pedibus eius. Et
ideo istis pedibus mare tam-
quam terra calcatur. Mt xiiii
Secundo istis pedibus tactis creatura
rationalis sanctificatur ut hic. Tertio
istis pedibus vulneratis homo
redemitur quia foderunt ma-
nus meas. Quarto istis pedibus
glorificatis celum conscenditur
Zach xiiii°: Stabunt pedes
eius sicut montes olivarum
Quinto huius pedibus omnis potestas ad
ipsa subiugatur. Psalmus: Donec
ponam inimicos tuos etc. Tertio
hos pedes igitur humiliter quesi-
vit et invenit. Lacrimis cepit
rigare pedes eius. Quando vero
ex pietate lacrime sunt

signum doloris cordis detestantis
mala quorum ipsum sunt causa
et principium. Ideo prima super Ezech.
in omelia habet planctum amaroris
dicente eodem sancto quod penite-
ntiam agere est preterita mala plan-
gere et plangenda non non commit-
tere. Secundo ergo habet nobis condicio-
nes vere penitentis quia prius
illicita quibus deum offenderat
per eadem commissa ad opposita ipsum
placare querebat sicut doctrina
beati pauli ad Rom. vi°. Sicut
exhibuistis membra vestra servire
immunditie iniquitati. Ita nunc
exhibete membra vestra servire iusti-
tie ad sanctificationem. De lacrimis
huius mulieris dicit Petrus Ra-
venas: En ordo rerum mutatur
pluviam enim celum dat. Hec
dat quod pluit et terram rigat
sed nunc versa vice terra rigat
celum, id est celorum dominum, et irrigat
dominum qui est super omne celum
imber compellit humanarum lacri-
marum. Secundo contra vires in lacrimis
peccatoris que abluunt omnem cul-
pam extinguunt gehennam
flammam divina promulgatione flet-
tur sanant huius lacrimis rigan-
dum est stratum peccatoris et
conscientia inquinata. Unde Gregorius
super Ezech. super illo verbo lavabit
holocaustum dicit: Cum quis
se per fidem intromissione deo do-
navit holocaustum factus sunt.
Sed quia omnes interne fre-
quenter sordidis cogitationibus
inquinantur lavant holocausti
semper quotidie ad lacrimas red-
eunt. Et in lavemus ergo nos
in hoc fonte pietatis in quo
lotus est David cum rediit ad
lamenta prius per maculas
criminis culpe. In hoc fonte lotus

petrus post trinam negationem christi
In illo fonte lota est maria ma-
gdalena post multa peccata quia
ipsa premissis viciis plena fuit
Sic ergo nos peccatores simus qui
in illo fonte pietatis tantos se
lavisse cognovimus / Aperiamus
oculos fidei in universum mundum
et consideremus quanti peccatores
diebus et noctibus per lamenta
penitencie in illo fonte lavantur et
mundantur / omnes egemus hac
locione quia si dixerimus quod peccatum
non habemus nosipsos seducimus
et veritas in nobis non est
prima johannis primo Et vide hic
de ordine lavacionis quod locis pressit
unctionem ut dicit Bernardus Primo hic ve-
Ille qui eam ad se traxit spiritu
instruxit ut prius sit lavare
quam ungere quia de ungento
sibi cura fuerat quo fulta veniret
non devocione propria aquam non
tulerat Sed prius premeditata
quod lacrime ei illico ad officium suum
adessent uberrime Non enim
semper sunt in nostra potestate Cer-
tum hec ad divinum ignem accessit
resolutum est cor eius glaciale
Et dicit idem Bernardus Primo Non enim
fecit hec antea ociosa circa dominicos
pedes sed pressit ad opus contriti
cordis incensa et dolore tacta
intrinsecus perforata prime tono ad
imitata mansuetudine festinanter
Erupit in lacrimas fundens eas
super pedes ihesu / et appositis ma-
nibus ipsos ipsis abluebat Et
quanto mansuetius ihesus illas pa-
ciebatur defluentes et eius manus
admotas tanto uberius lacrime
fluebant Dulces erant mulieri
Cum fluerent grata erant ihesu
de causa qua manabant quia sat-
isfaciende erant contriti cordis et
humiliati plus christo acceptum quam
aliud genus muneris nec ipsa

satiebatur profundere nec ipse recipere
fastidiebat / Rigabant pedes domini
ihesu sub oculis eius et effundentes
manus tenere tergebant eas continue
super eos ne fluerent inutiliter / Tali-
a quidem erant magis de igne
amoris quam de effectu nature qui-
bus uberrimis fluentibus delecta-
ta ad magnum sibi munus com-
putasset si corporis [illegible]
kina p[illegible]isset / O quam sancta
mulier sancte penitens non est
similis ei recepta non fuit mulier
nostri temporis quibus forte appareret
de apostolica descripcione quod non indi-
geant penitencia vel lacrimis quia
nunc tante sunt superbie ut magis
flumina ipsis non sufficiunt / ut lavent
pedes pauperum / ut de minima paupe-
ribus subveniunt quare tamen mag-
nam indulgenciam magnorum
et multorum peccatorum quas tamen
ad fundendum lacrimas inducit / In-
dich vidua dicens Indulgenciam
eius fusis lacrimis postulemus
et humiliemus et illi animas nostras
Judith viii° Certe multe lacrime non
solum valent ad repressionem
timoris sed eciam ad augmentum
virtutum ut hic patet Sed dicis
libenter haberem lacrimas sed non veni-
unt michi quid opto easdem
Iohannes abbas montis synai in
tractatu de xxx gradibus Esto
tamquam rex altus in corde tuo
et manda iussum tuo vultui dicens
vade et dulci luctu veni
et venit et sponso tuo tyranno cor-
pori tuo delicato et voluptati-
bus nutrito fac hoc et faciat
Et capillis capitis sui tergebat
quos mulieres solent custodire
et in eis gloriari Tale hec mulier
ut dicit Gregorius in omelia capil-
los ad compositionem vultus exhibue-
rat sed nunc eisdem pedes domini ter-
gebat Magnum ergo debite satisfac-
tionis fuit quia capillos quos
prius exposuerat vultus vanitati

inue irrigabant in obsequium pietatis
et caritatis osculabatur capilli qui
sunt quedam corporis nostri superflua
pedes autem christi significant pau-
peres in quibus christus adhuc am-
bulat super terram / capillis ergo pe-
des christi tergimus quando ex homini-
bus nostris christi pauperes reficimus
quod fit per elemosine largicionem
que est satisfactoria peccatis dicen-
te daniele regi nabugodonosor peccata
tua elemosinis redime / Daniel
iiii° Et Thobie xii° / Elemosina
a morte liberat et ipsa est que
purgat peccata et facit invenire
misericordiam et vitam eternam / Et
osculabatur pedes eius / Gregorius
in omelia / quia superbe dixit sed
pedes christi osculans hec in redemp-
toris sui vestigia figebat / Balte-
rus enim homines inter se pacem reddentes
tes se mutuo osculari / Hec autem
peccatrix cum deo graciam habuit
sed nunc in reconciliacione nec os
eius tangere se indignam reputa-
bat sed pedes osculabatur quasi
diceret secundum petrum Ravennensem ad
sponsam pertinet castis labiis spon-
sum osculari sed ego non sum digna
vocari sponsa / Ideo pedes eius
osculor quo filius virginis oscula-
tur ego quondam filia diaboli / Unde
quidam doctor exclamat / O mulier
si fuisses multo sanctificata et
eodem spiritu sancto repleta satis
esset quod christum tuis labiis aut
manibus tangeres et unguento
perungeres pedes qui portabant christum
dei filium redemptorem mundi
Certe Johannes baptista multo sanc-
tificatus et spiritu sancto perfusus
tremebat cum illum baptisando
tangere debebat de quo eciam dice-
bat / Non sum dignus solvere cor-
rigiam calciamenti eius / Sed tu
non solum digna facta es corrigi-
am calciamenti eius solvere sed eciam
per osculari pedes et perungere que
eciam ante peccatum non erat

digna nominare eum nomen christi pro
pudicicia in nomine meruit consequi
et intactum christi videret / Gregorius
Et tamen caritas derupa / Et qui
nasci dignatus est de maria virgi-
ne tangere non dedignatus est de
maria peccatrice / Sane ergo mulier
impenitens ne sepe ore tuo men-
ciendo adulteria et luxurias con-
dictando illum tangas et totum
in os tuum sumas sub sacramento
ad eternam dampnacionem illi non
reconciliata / Et unguento unge-
bat / Gregorius hec mulier unguentum
pro odore sue carnis prius exhibuit
modo unguentum christo laudabiliter
offerebat ut totum serviret deo in
penitencia quod deum prius con-
tempserat in mundo contra unctione
adulte dictum Johannis prima Johannis
ii° Vos unccionem quam accepistis
ab eo maneat in vobis et non
est necesse quod aliquis doceat vos
sed unccio quam accepistis ab eo doce-
bit vos de omnibus / Unde Symon de
Cassia / Unccio id est eius gracia docet
de omnibus / Unde hanc mulierem
unccio intrinseca convinscens unge-
dederunt pedes domini et in nona
necaverat opera nomi cultus quia
nomine hominem nonat et vaga-
bat ne velut ociosa abiecto parte
repulsam nec stando est ociose
ante domini pedes qui non quie-
verunt in opere nostre salutis sed
per montes et planicies civitates
et castella maria et deserta facere
discursum donec configerentur in
cruce ad expectandum ibi animam
animam peccatricem redemptam de
tribulis et carnis et viis et
sepibus peccatorum fundentes sanguinem
in ablucionem animarum nostrarum et
recompensam et retribucionem
fusarum lacrimarum et fundendarum
pro ipsius venia imploranda / Hec ille
Et sicut ista laudabiliter procurrit
pedes domini ungendo et visitare.

anima mentis preciosa memoriam
grunt dicit. Jeronimus in epistula xxxviii^o Sic
et nos pedes domini pauperes xpi
oleo misericordie et pietatis bonum faciendo
perungimus dimittendo iniurias
faciem grunt [illegible] quedam fatue
consueuerunt laruas incognitas in
facie creatoris assumentes quas
dum ut non suas sed potius diaboli
non cognoscat. Talibus dicitur
Jeremie iii^o Frons meretricis facta
est tibi noluisti erubescere etc. Videns
autem hec phariseus qui vocaue-
rat eum intra se ait Hic si esset
propheta sciret vtique que et qualis
est mulier que tangit eum quia
peccatrix est. Gregorius in omelia
Ecce phariseus vere apud se super-
bus fallacia iustus egrotum repre-
hendit de egritudine et medicum de
subuencione. Ipse vero elacionis vulnere
egrotabat et hoc ipsum ignorabat
Verum duos aut egros medicus
adhibet sed unus eger in febre inte-
grum sensum tenebat. Alter vero
in febre carnis sensum perdiderat men-
tis. Et infra Contingit aliquid
quod hii qui in sacerdotali officio con-
stituti sunt si aliquid se tenere vel
tenuisse ope iusticie conspiciunt
et peccatores in plebe positos de-
dignantur ipsis quoque culpam
suam confitentibus compati nolunt
et more pharisei nolunt tangi
a peccatrice muliere que mulier
si ad pharisei pedes venisset forte
talibus repulsa discederet quia in-
quinari se alterius peccato crederet. Nos
ergo non sic sed alios peccatores con-
spicimus nosmetipsos in eorum calami-
tatibus defleamus quia forte lapsi
sumus vel in similia labi possumus
Vnde patet quod vera iusticia compassionem
habet falsa indignacionem. Respondens
ihesus dixit ad illum Symon habeo
tibi aliquid dicere. Beda Cogitacio-
nibus per hoc ostendens se deum et non
[illegible] quid ei dicere velit

ut ipse prudens questionem predicte so-
lueret. At ille sed Symon ait magi-
ster dic. Johannis xiii^o Vos voca-
tis me magister et domine etc. Et sic
vocat eum magistrum volens ab eo do-
ceri. Si autem vellet sibi obedire
et sicut magistro ipse vocasset eum
dominum. Si amare vellet vocasset
eum patrem. Ihesus autem ait illi Duo
debitores erant cuidam feneratori
vnus debebat denarios quingentos
et alius quinquaginta non habentibus
illis vnde redderent donauit vtris-
que. Glossa Duo debitores id est duo status
peccatorum vel duo peccatores. Per debita
enim peccata intelliguntur. Mathei vi^o
Et dimitte nobis debita nostra etc.
Erant id est obligati cuidam feneratori
id est Deo qui mutuauit cuilibet homini
perfecto in naturalibus [illegible]
ut cum eis operetur et reportet
fructum multorum bonorum operum et
restituat illos cum vsuris et super-
habundancia Deo illos dedicando et
meritis honore committendo. Vnde
Jeronimus dicit Deus fenerator qui
principali capitali peccato eternam exigit
et principali bono ope bene precio
remuneratur eternaliter. Vnus debe-
bat denarios quingentos. Ille sed
peccator qui male vtendo quinque
sensibus omnem vite sue perfectionem
que per centenarium intelligitur
dissipat et confundit. Alius
quinquaginta. Ille sed qui per primum
quinque sensuum simpliciter precepta decalo-
gi peccando transgreditur. Tales
debitores non vult apostolus nos fieri
cum dicit Ad Romanos viii^o Debito-
res sumus non carni ut secundum car-
nem viuamus etc. Vel quingentos
denarios debebat qui plus pecca-
uerat vel notorie plebes scandali-
zando ut Maria Magdalena
vel alio modo quinquaginta debebat
ille qui minus peccauerat vel occulte
ut phariseus. Non habentibus au-
tem [illegible] penitencie

pt salui addito culpe et consequi-
pene suis propriis viribus absque gratia
dei quia quilibet per se cadit sed per
se sine gratia non potest resurgere Johannis
xv° Sine me nichil potestis
facere Donavit utrisque i. condonavit
vel dedit eis donum gratuitum per
quod eis debitum culpe dimisit
vel donavit utrisque i. remisit
utrisque misericorditer debita peccatorum.
Sola enim dei gratia relaxat pec-
cata Quis ergo eum plus dili-
git Hic querit ab eo ut [illegible] vivacius
convinceretur quod xpus non solum
misericorditer sed etiam laudabiliter
permisit se a muliere tangi que
iam plus dilexit ipsum a quo
remissionem multorum peccatorum propter
quam phariseus cui pauciora erant
dimissa vel minus gratia Respondens
Symon dixit estimo quia is cui
plus donavit i. condonavit
plura debita graciose illa dimitten-
do vel plura beneficia sibi gracio-
se conferendo ut marie magdale-
ne preter phariseo. At ille dixit ei
recte iudicasti Ille recte iudicat
qui dictamine sequitur racionis
Sed contra verbum xpi modicum
dimissum erat cui peccatum
originale tantum quia secundum aliquos
doctores qui tenent eam concep-
tam in originali tamen ultra
omnes homines deum plus dilexit
et sine dubio plusquam maria
magdalena cui deus multa
peccata dimisit / dico quod quamvis
beate virgini minus sit dimissum
tamen deus gratuite plus ei
donavit quam marie magda-
lene cuius donacionis gratuite
plus diligere debuit et dilexit
eum bonorum largitorem. Cui concor-
dat Crisostomus hic ubi capitulo xxxi°
Inestimacionibus bonum ita est
dum quis sibi paucorum conscius
est non videtur inire remissionis
ad magnam dilectionem dei obligari

non advertens eadem gratia sibi datum
quod non in multa lapsus est sicut
sibi datum est post lapsum resur-
gere Apertius vero videmus quod plurimi
qui non ceciderunt eadem gratia reten-
tus acrius plus tenentur diligere
quam ille qui per predicationem remis-
sionem invenit Et conversus
ad mulierem non tantum oculo
corporis quantum oculo mentis / deus
enim avertit oculos a peccatoribus
Deutro xxxii° Abscondam faciem
meam ab eis et considerabo no-
vissima eorum sed ad penitentes
se convertit Zach. i° Convertimini
ad me et ego convertar ad vos
hec dicit dominus dixit Symoni
vides hanc mulierem / quam super-
biosus peccatricem cuius condicionem
estimasti me ignorare corporaliter
quidem vides eam sed eius mentem
non vides ad me conversam. Atten-
de hanc mulierem singularem in
exemplo penitencie que singularis
fuit in historia vite quia ubi
superhabundavit delictum superhabunda-
vit et gratia Ad Romanos v°
Intravi in domum tuam tamquam
hospes passimus quia hic primo
reputat dominus Johannis xv° Ad
eum veniemus et mansionem apud
eum faciemus Aquam pedibus meis
non dedisti Quod tamen est de
iure vel de consuetudine hospi-
talitatis non es imitatus ipsum
Abraham decimo patriarcham glo-
riosum qui lavit pedes virorum
quos invitavit Genesis xviii°
ubi Abraham dixit angelis
afferam pauxillum aque et
lavent pedes vestri Hec autem
lacrimis rigavit pedes meos et
tersit capillis suis Ubi dicit
Titus quasi dominus diceret facilis
est usus aquarum sed non est facilis
lacrimarum effusio in propriis

no est usus hec effudit non pre-
pta lavans lacrimis pedes meos
lavit maculas quas tersit
capillis in quibus consistit pa-
prius ornatus mulieris ut eis
adhereant sacre sudores et qui los
venata est ad preti eos per eum
veratur ad sanctitatem. Ecce
quos oculos prius munit quibus
prius volebatur ad preti. Et ideo
legitur de ea quod post ascensionem
domini nullum amodo hominem
videre voluit et ideo intravit adhe-
rens et ibidem xxxii annis in-
cognita permansit. Et in exemplo
huius mulieris penitentis nos
lacrimis delicta delere studeamus
unde dicit Crisostomus Sicut post vehe-
mentem ymbrem fit serenitas sic
lacrimis effusis apparet tranquilli-
tas et perit caligo peccatorum
et sicut per aquam et spiritum sanctum
sic per lacrimas et confessionem de-
mum mundamur. Et hunc passum
Gregorius in omelia trahit ad mo-
ralem sensum dicens. lacrimis
pedes domini rigamus sed quibusque
ultimis membris domini nostri per com-
passionis affectum inclinamur.
Et sanctis eius in tribulatione
compatimur si eorum tristiciam nostram
putamus crinibus pedes domini tergimus
quod ipsis compatientes que nobis su-
perfluunt impendimus. Quia crines
superflua sunt et absciso non
sentiunt rigat pedes domini et non
tergit qui eisdem compatitur
cum de superfluis temporalibus
eis non impertitur. Et ideo ambo
facienda sunt. Et osculum non dedi-
sti michi hec autem ex quo
intravit non cessavit osculari
pedes meos. Osculum quondam
dabatur amicis intrantibus in
signum pacis et caritatis et
maxime hospitibus hoc tamen tu

non dedisti sed contra me ore tuo
murmurasti sed hec non tantum
unum osculum michi sed multiplex
dedit. Gregorius in omelia. Osculari
pedes redemptoris tum mysterium
incarnationis eius ex toto corde
diligimus. Ymmo sicut dedimus
oscula crebra in amicicia ut in
omnem precessum xpi et humili-
tatem eius et per voluntaria
ex nobis que humanae nature
in ista data est et amor totius
trinitatis in ea quia osculum
in amicicia pacis et amoris est
evidentissimum signum et labia
in primo accipiebat custodia
in illis pedibus et os in con-
stancie apponebat ne inveniret
amplius confabulationes ineptas
et ultimus per labiorum operationem
haberet et pedes domini osculando
promisit stabilitatem in bonis.
Oleo caput meum non unxisti
Mos erat palestinorum in festivita-
tibus capita ungere in signum
leticie. Et ideo caput ungere
est in bonis operibus se latum
et festivum exhibere. Ille ergo pha-
riseus caput xpi oleo non un-
xerat qui metalem leticiam
hospiti suo sancto non exhibebat.
Sed xpo dabat oleum quae
peccatoria conversa in corde suo
detrahebat et eorum ei applau-
debat quod non est oleum iusti
sed peccatoris dicente psalmo
Oleum autem peccatoris non impin-
guet caput meum. Sed quod
ille neglexerat mulier adimplet.
Et ideo sequitur in libro. hec autem
unguento unxit pedes meos
partes inferiores corporis quasi igno-
biliores. Ecce patet ex hoc vidisse
cogitationem pharisei qui credidit
ipsum nescire que et qualis
esset hec mulier quasi diceret

Eymo: non estimes in esse hanc
mulierem condicionem per cuius osculum
meorum pedum applicacione devotam
et quasi quodam oris confessione
primus ungentium pedibus meis
exhibitum non venisse satisfactionem
et bone fame restitucionem itaque
deinceps sibi convenit illud Ecc.
vii° Melius est nomen bonum
quam unguenta preciosa / Apparet
quod dico Remittuntur tibi peccata
multa apparet quod dilexit multum
apparet quia tot exhibuit signa contricionis devotionis et
dilectionis dico tibi / Cuius dicto
semper veritas subest cuius dicere
est facere Math. viii° de leproso / Cuius
lepram Christus mundavit dicendo
volo mundare / Remittuntur ei peccata
multa Glosa Aug. et
quanta fuerunt hec peccata exprimitur
Marci xvi° ubi dicitur quod dominus
primo apparuit Marie Magdalene
de qua septem demonia eiecerat
Glosa exponens / Greg. in
omelia dicit per septenarium universitas designatur Maria ergo septem
demonia habuit que universitas
plena fuit. Multa igitur peccata
ei dimissa sunt que universorum
scelerum indulgentiam recepit
Glosa enim dilexit multum
Sicut enim peccatorum committitur
primum sui amorem quo contemptitur deus ita deletur et
consumitur per expressum amorem
sui dei quo devenitur usque ad
contemptum sui / Unde et flamma
dilectionis dei respectu peccati assimilatur flamme ignis respectu
rubiginis in metallo / quia sicut
ista purgat rubiginem metalli
ita illa rubiginem anime. Unde
Greg. in omel. Glosa fratres
mei dilectionem esse credimus nisi
ignem et quid culpam nisi
rubiginem quia dicit valde

per amoris ignem / Tanto namque
peccati rubigo citius consumitur
quanto peccatoris cor magno
caritatis igne concrematur. Et
ideo dicitur prima Petri iiii°
Caritas operit multitudinem
peccatorum / Et Prov. x° Universa delicta operit caritas. Magno sequitur
quod delicta non manent caritate
adveniente / Cui autem minus
dimittitur minus diligit / Sicut
iste phariseus quia hoc potuit sibi
concludi super Simonem quem
in premissis dederat. Quod domino
hospiti suo defectus habuit conclusionem culpabiliter subtiliter quamvis
manifeste dixerit sequentem
dixit autem ad illam Ihesus
remittuntur tibi peccata tua
Glosa multa dilectione de qua supra
dictum est / Hanc autem multa
dilectionem causavit in ea multa
gracia cuius infusioni consensit
ut dictum est / Et ceperunt
qui simul discumbebant dicere
quis est hic qui etiam peccata
dimittit / Greg. in omel. / Ecce
mulier que ad medicum venerat
egra sanata est. De salute eius
adhuc alii egrotant / quasi
sanacio eius esset illis causa
egritudinis / Et simile dicit
Augustinus super Iohannem de Iuda
Glosa quod ipse de bono odore moritur
quo alii vivunt. Glosa Ama bonus
odor est mundis animalibus confortatio / qui immundis et venenosis est destructio ut est contra
serpentibus fugientibus flores
vinearum / Sic hodie multi vicissim
ferunt audiendo verbum melioratum / Unde alii accipiunt pusillam
occasionem detrahentes doctoribus
et in malum cacitantes / Eymo de Cassia
Bibebant enim bene alium multa

fecisse miracula et singularem sub
hec doctrina ornatum moribus
et prophetam esse credebant inter
suspenderunt in animo silent
tamen aliis / videntes phariseum
in sua questione confectum / Sane
sapiunt nullum peccata dimittere
preter deum / Ideo dicunt intra se
admiratiue / An forte ille est deus
qui super omnia gesta sua etiam
peccata dimittet / An forte desper-
tiue sic dicunt econtrario dicentes
simpliciter agit blasphemus est dum
se peccata dimittere quasi dicentes
nullus precedencium patrum nullus
pontificum aut sacerdotum presum-
psit verbum remissionis emit-
tere non in merito sic dicebant
propter suam deitatem non cognosce-
bant / Christus autem non videtur
illis sicut pharisee / Alia erat
questio cum ipsi incapaces erant
Sed sequitur assumpta pre-
ceptum causam / dixit autem ad
mulierem fides tua te saluam
fecit / fides infusa tibi a deo me-
diante qua credidisti illum posse
tibi peccata dimittere qui venit
miseros peccatores saluos facere
Cui concordat Gregorius in omelia
dicens fides etenim eam saluam
fecit quia quia hoc quod peciit
se posse accipere non dubitauit
Symo de Cassia / Tercie fides
tua Tercie fides mea omnis christi
actio sine doctrina / hoc est quod
saluat id quod creditur et per eo
quod creditur et credibile est cre-
dendum necnon promittere non quia
vis est data et suscepta ut
credatur / fides tua tantum te
saluam fecit / hoc est incarna-
cio natiuitas vita conuersacio
doctrina christi ista sunt fides

nea que magdalenam et alios
saluandos saluos fecit et facit
mediatum ergo eius fuit quia cre-
didit christum potentem et clemen-
tem ad remittendum ei peccata
et credidit christum hoc se posse ob-
tinere / Sed dices quare christus superius
attribuit remissionem dilectioni
dicens remittuntur tibi peccata
multa quia dilexit multum
Et hic attribuit eam fidei / Reso-
lucio fides incipit initium quod
caritas perficit ita quod fides ope-
rans per dilectionem facit perfectam
nulli vocem / vade in pace / id est
in animo cessa anxius / vnde
Gregorius in viam pacis abire precipi-
tur et viam veritatis in viam
scandali / Ultimus non dimittitur
ut per zachariam dicitur Illuce
primo / Ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis et hic sit sicudo
ita in conspectu dei pergimus ut
agnitionem eius non tardamus Et
dicit / Symo quod hic est verbum
preceptiuum licenciatiuum et retrac-
tiuum / preceptiuum est quia per
ipsum emenda et satisfactio pre-
teritorum criminum iniungitur / que
agitur in custodia legis dei ab
hiis qui sunt conuersi ad deum
Nulla enim custodia inter deum
et homines agitur nisi per obserua-
cionem legis eius et diuinorum
preceptorum / Agitur perceptum
penitencie et confessio Cui concor-
diter facta est remissio peccatorum
ut eat in pace et in dulcedine
animi non offendat trans-
grediendo diuina mandata / unde
dixit ihesus cuidam curato / Ecce
iam sanus factus es vade et
amplius noli peccare Et Albertus

incusor est et non penitens De
pe. dis. iii. dicit Ysidorus irrisor
est et non penitens qui adhuc
agit quod penitet ut videtur
proposuit deum subditus sed subiecta
nate superbus tamquam versus ad
ponitum / Secundo dicitur sed vir
licenciatus quia per hoc verbum
vade in pace deus licenciam do-
nat quod quam diu anima manet
in corpore quibus arbitrio suo relin-
quitur quia ut ad bonum nec
ad malum simpliciter cogitur / Unde
dicit Aug. in quadam omelia
Omnes nos antequam peccemus
liberum habemus arbitrium si vo-
lumus sequi voluntatem diaboli
quod si nos obligamus semel ei
et operibus eius iam in sua vo-
luntate tantum evadere non pos-
sumus / ut navis fracto guber-
naculo ducitur quo ventus volu-
erit / Sic homo auxilio divine
gratie perdito per peccatum non quod
vult sed quod diabolus vult agit
Tercio est verbum securitatis / secu-
ritatem enim habet qui habet pacem
cum deo / Xpistus ergo hic predicat
huic mulieri quod actum est
secus pedes eius dicens / Vade
in pace quia pax inter deum
et hominem agitur cum de malis
preteritis fuerit cor contritum quod
deus non despicit / Debetis ergo pec-
catores contriti in quibus hodie
fuit cor contritum si non reci-
divat habet hic pacem heres
et ibi eternitatis Amen

Sermo de sancto Jacobo apostolo

Accessit ad Jhesum mater
filiorum zebedei cum fi-
liis suis adorans et
petens aliquid ab eo Math. xx
Marci x Luce xviii Cum

dixit Matheus quod Ihesus ascen-
dens Iherusalem et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum et
scribis et condempnabunt
eum morte et tradent eum
gentibus ad illudendum flagellandum
et crucifigendum et tercia die resur-
get super quo dicit Aug. Omnis
salus hominum in Xpisti morte posita
est nec est aliquid aliud quod
magis gratias agere tenetur / Unde
Xpistus secrete discipulis suis predixit
mortem suam / Quia semper
preciosior thezaurus in vilioribus
vasis recluditur. Cum ergo hii
fratres Jacobus maior et Johannes
filii zebedei audivissent Xpistum
de passione et resurrectione sua
predicantem ceperunt intra se [illegible]
cum essent fideles / Ecce iste cele-
stis descendit ad regna terrestria
ut regem mortis destruat / Quando
victoria fuit consummata
non restat aliud nisi ut regni
gloria sequatur / Quod ergo faciemus
ut ipsius regni simus participes
Scimus enim non esse invidum
Cum enim seipsum dedit hominibus
quod regni sui societatem non dena-
bit petentes negligencia reprehe-
ditur ubi de dante iniuria non
dubitatur. Si nos rogabimus
ingenium aliorum fratrum corda con-
cutimus et deum nobis duobus
proinde volumus ut omnes scan-
dalum evitamus quia quamvis
sancti fuit tamen homines fuit
et si adhuc unica non possunt
quasi adhuc carnales / ut spiritua-
les tamen penitus non fuit quasi
adhuc carnales / Mittamus ma-
trem nostram ut suo nomine [illegible]
[illegible] pro nobis propter duas causas
qui si res reprehensibilis fuit
facilius meretur venia quia mu-
lieris fragilitas eius excusat erro-
rem / Secunda quia si ipsa non
fuit importuna sed dulcis in verbis

ut mulieres dubitat licitum conferunt ipsi tamen impetrabit / Accessit ergo mater horum filiorum et petiit singulariter. Primo scilicet quod Christus concederet sibi quod petere volebat aut non denegaret si una petitionem Et contra quia ... dicit Secundo soli filii petierunt ubi dicitur Secundo accedentes filii zebedei Jacobus et Johannes dixerunt magister volumus ut quodcumque petimus facias nobis Augustinus De consensu evangelistarum / Mater illorum voluntatem filiorum attulit ad dominum unde magis ipsos quam matrem hic dixisse Marcus reportat / Secundo dicit ei Secundo vers Crisostomus non interrogat quasi ignoraret mulieris voluntatem sed ut illa exponente manifestam faceret irrationabilem petitionem Dic illa dic id est ordina committe sit quod amplius non oporteat nos rogare et ut alii non possint nos preuenire / Ut sedeant hii duo filii mei Secundo cum sint consanguinei tui et discipuli ergo prae te me decet esse primum et potiores ut unus ad dexteram et unus ad sinistram in regno tuo Crisostomus vero circa sentit sicut cetere matres que corpora suorum natorum amant / animas autem contemnunt desiderant illos valere in hoc seculo et non curant quid sint passuri in futuro / Alii mulieres filiis suis providerunt alii honores Et nemo filiis suis providet de iusticia eorum cum magna pretio comparant / Salutem vero eorum nec dono recipere volunt / Si viderint illos pauperes contristantur et suspirant / Si autem viderint illos peccantes non tristantur ut ostendant quod sunt matres corporum non animarum / Et nota quod hec mulier ita petendo deficit intribus In ordine quia erat prius

quia ordo iustitie requirit multa precedentia in eo qui exaltari desiderat cum hec mulier primum ante meritum / Secundo deficit in consideratione temporalitatis et successionis sanguinis / Credebat enim hec mulier filiis suis ius debitum in regno dei quia eos consobrini erant Christi Tertio in materia vel modo quia pompam querebat in sessione dextram et sinistram cum tamen in regno dei non sit dextrum vel sinistrum Et sequitur / Respondens autem Jhesus dixit nescitis quid petatis / Glosa ante humilationem et an etiam passionis exaltari vultis Cum tamen per multas tribulationes oportet intrare in regnum dei Actuum xiiii° Cui concordat Rabanus dicens / Nescit quid petat qui sedem glorie querit quam non dum meritis acquisivit / Nescit quid petat quem delectat culmen honoris quem petit si eum non exerceat via laboris Et ideo dicit Crisostomus Secundo nos non debemus petere a deo quod nobis tantum bonum videtur Sed quod ipse nobis videt expedire / Nullus enim athleta idoneus ante certamen facit pactum de premio Si enim bene certavit post victoriam secundum certamen premium meretur / Si autem premium prius datum fuerit non secundum quantitatem premii certamen potest habere certamen hec / Glosa futurum dicitur de premio et quale premium est in potestate remunerantis Secundo talem aut certamen certantis seat non est in potestate certantis Et ideo dicit idem Crisostomus / Ego quo in hoc mundo periculosissime vivimus inter diversas temptationes ideo petere debemus a domino dicentes da nobis domine auxilium ut non vincamur a malo sed omne malo

vincamus. Quia videns ad bellum corporale cogitans sagittarum spicula difficultate vincitur. Sed qui non cogitat de spiculis sed apparet bonum honestum pugnat faciliter superat. Sic in bello spirituali non cogitemus qualem gloriam consequamur. Et quo minus peccati eternum et demum diligamus. Unde sicut miles totus fuit fortis et tamen prius fortune sit dimissus per quod sagitta intret moritur. Sic quamvis fortis omnem instantiam fecit si in uno peccavit reus erit. Et dicit Ieronimus in glosa super Matth. Quod sepe dominus patitur discipulos suos aliquid non recte agere loqui aut cogitare vel aliorum culpa inveniat occasionem docendi et exponendi regulam pietatis sciens quia error non noceret parte magistri. Secundum Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Secundum quod per calicem in divinis scripturis passionem intelligimus. Unde ps. Calicem salutaris accipiam etc. Et ideo fuit Nicol. Gorran. Primo quia cum mensura bibitur. Quia deus permittit hominem temptari ad mensuram et non ultra quam potest sustinere. I Cor. x°. Secundo quia cito transit. Unde potius quia quod in presenti patimur momentaneum est respectu eterne glorie. Tertio quia specialiter delectat. II Cor. xii° Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Sed nonne dominus scivit quod isti duo discipuli et alii propterea pati essent pro eo. Unde videtur. Utrique sciebat. Et ideo quesivit ut domino interrogante et ipsis respondentibus nos omnes audiamus consummata veritate quia nemo potest cum Christo regnare nisi passionis eius fuerit imitator. Sicut

[illegible]

ait Apostolus. Si commortui sumus cum domino nostro Christo. Si sustinemus cum eo et cum eo conregnabimus. Res enim preciosa non comparatur vili precio. Igitur magnum laborem necesse est impendere si ad celestia regna volumus pervenire. Et dicis ego vero aliquis celum intrat. Quia paucissimi passiones sustinet et generales persecutiones. Dico quod tunc passiones patimur quando patienter sustinemus omnem laborem in corpore contra peccata certantes. Unde si gentiles non essent persequentes Christianos tamen voluntas prompta ad sustinendum opprobria a gentilibus apposita sine fructu non remanet. Ideo si gentiles te persequentes non habes tamen habes principem gentilium diabolum qui te persequi non cessat et tua corporalia desideria quibus cum incipis resistere sentis pugnam. Per multas enim tribulationes nos oportet intrare regnum dei. Unde dicit Augustinus in libro de verbo domini sermone xviii°. Cepisti infirmari satan non potes nisi amarum bibis calicem temptacionum quibus abhundat hec vita calicem tribulacionum et angustiarum et passionum bibe ut vivas. Et ne videat languidus non possum non fero non bibam. Prior bibit medicus sanus ut bibere non dubitaret egrotus. Quid enim amari bibit quod est in isto poculo quod ille non bibit. Si contumelia prior ille audivit cum demones expelleret quod in Belzebub eos eiceret. Et demonium habet. Si dolores amari sunt ligatus flagellatus crucifixus est. Si mors amara est etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit nichil illo tempore erat ignominiosius quam mors crucis quam libenter sustinuit.

Nota quod deus tres calices habet in
presenti et tres in futuro / Primus
est plenus balsamo spiritus sancti
hic est calix innocencie quem
apostoli biberunt in penthecostes
et baptisati bibunt qui per accep-
cionem gracie spiritus sancti redeunt
ad innocenciam et veniunt ad
gaudia / Secundus est plenus ab-
sinthio hic est calix penitencie qui
enim male vivendo effundit esse
calicem balsami et gracie accedat
ad calicem amarum penitencie
Iste tamen calix dulcoratur spe
premii Mathei iij° / penitenciam agite
appropinquabit enim regnum celorum
Tercius plenus sanguine de quo bi-
bit christus et sancti martires
de ipso biberunt / Et de isto hic
loquitur Et Johannis xviij° Cali-
cem quem dedit michi pater
non vis ut bibam illum Cum
igitur calicem penitencie enatare
non valet id est qui possit satisfacere
non potest accedat ad meritum pas-
sionis christi et sanctorum martirum
subsidium implorando Item
deus post hanc vitam tres habet
calices psalmus Calix in manu domini
vini meri plenus mixto / Primus
est plenus mero id est puro vino
de quo in celo bibitur quia ibi
sancti fruicione et dulcedine di-
vinitatis inebriantur Canticorum v°
bibite et inebriamini Secundus est
plenus mixto de quo bibunt
anime in purgatorio ysaie primo
vinum tuum mixtum est aqua / In
purgatorio enim multi mixta
pena cum gracia severitas cum timore
consolacio cum desolacione Certi
enim sunt de gloria sed timent nimi-
am dilacionem consolantur per ange-
los desolantur per pene acerbita-
tem / Tercius est plenus fecibus
de quo bibunt dampnati in inferno

Vnde post iudicium in inanicione elemen-
torum omnes feces eorundem descen-
dent in infernum ubi enim erunt
feces omnium rerum que in presenti
vita sunt permixta non pura
Fex enim vite est mors fex sanita-
tis infirmitas / fex gaudij dolor
finalis / fex lucis tenebre / Deus
igitur tunc totum vinum le-
vabit / de fece quia vitam sani-
tatem gaudium lucem ponet
in cellario celi Sed istorum feces
mortem infirmitatem melancoliam
in inferno ysaie li° usque ad fundum
calicis bibent / Cum ergo vult
homo calicem evadere ne bibat
bibat hic in via de calice penitencie
et passionis Sed dicit christus
discipulis suis potestis bibere ca-
licem etc Dicunt ei possumus
Quod licet verum esset futurum
ipsi tamen non ex permissione sed
ex quadam incauta confidencia
hoc dicebant Crisostomus super mattheum
Hoc dicunt non tam confidencia
sive fortitudinis sed quia igno-
rancia passionis Quapropter enim
levis videtur esse temptacio
passionis et mortis / Cum enim
dominus considerans suam passionem
dixerit pater si fieri potest transeat
a me calix iste Quanto magis
non debebant statim dicere possumus
vel sic Crisostomus in omelia hoc ex
desiderio promittunt / neque enim
hoc dixissent nisi expectassent
audire quod petebant / Et ideo
salvator qui omnia futura tamquam
presencia cognoscebat ex sua presencia
hoc quod isti duo discipuli de se dice-
bant futurum esse predixit scilicet
Dixit illis Calicem quidem meum
bibetis / Beda super marcum Bibit
Jacobus calicem passionis quod

ab herode capite truncatus est
Sed quod Johannes calicem
passionis bibit qui ipsa morte
vitam finivit Vnde Jeronimus
Quod Johannes apostolus martirum
missus sit in dolium ferventis
olei et deinde relegatus sit
in pathmos insulam ut patet
in historiis scolasticis et sic an-
bo isti fratres biberunt calicem
passionis / Sed dissimiliter Jacobus
effectu sed Johannes affectu quia ille-
sus exivit ut tres pueri de
camino ignis Sedere autem ad
dexteram meam vel sinistram
non est meum dare vobis sed
quibus paratum est a patre meo
Non est meum dare secundum
humanitatem quod traxi a matre
mea que est vera amicitia sim
quam sum vester consanguineus
Sed secundum divinitatem in qua sum
patri equalis / Aliter exponit
Remigius Non est meum dare
illud regnum superbis et elatis
quales adhuc vos estis sed aliis
scilicet humilibus Si ergo vultis illud
habere nolite esse quod estis
nolite esse elati sed humiliamini
si vultis exaltari Tercio exponitur
secundum Jeronimum Crisostomum / ita quod per dexteram
intelligitur electi / per sinistram
reprobi Aliis ergo datur sedere ad
dexteram qui computantur inter
electos Aliis autem sedere ad sini-
stram qui suis demeritibus
viciis inter reprobos inveniuntur
Juxta illud Mathei xxv Tunc
statuet oves a dextris edos at
a sinistris Vnde Jeronimus dicit
Regnum celorum non est tantum
dantis sed accipientis Non enim
est acceptor personarum apud
deum Sed quicunque se talem
exhibuerit ut regno celorum
dignus fiat hic accipiet illud

quod non persone sed vite paratum
est / Pro quo nota quod regnum celorum
in scriptura pluribus legitur
paratum / Primo deum diligentibus
sicut cenum paratur singularibus
amicis Ysaie lxiiii Oculus non
vidit nec auris audivit deus
absque te que preparasti diligentibus
te / Secundo mundum contempne-
ntibus sicut domus dei vel hospita-
le paratur pauperibus qui non
habent pallacia vel alias domos
psalmo / parasti in dulcedine tua
pauperi deus Et apostolus Vos beati
pauperes spiritu quod vestrum est regnum
celorum Tercio vere humilibus sicut
parvulis parantur cibus et vestitus
Johannis xiiii Vado parare vobis
locum Quarto misericordibus egenis
impendentibus sicut paratur
honor personae bona que bono
Mathei xxv / venite benedicti percip-
ite regnum quod vobis paratum
est ab origine mundi Esurivi enim
et dedistis etc. / Quinto finaliter perseveran-
tibus sicut operariis paratur merces
vespere et pro laborem reddenda
Mathei xx Cum autem sero factum
esset etc. / Sexto patet quod deus
principaliter paravit regnum celorum
predestinacione / secundaria autem per
merita / Circa hoc queritur utrum
predestinacio et presciencia sit tamen
a deo sine merito nostro vel demerito
Vnde Jacobus de Alexandria
quod ad predestinacionem concurrat
voluntas dei a eterno sicut causa
principalis / meritum autem
vel demeritum concurrit cum predesti-
nacione sicut illud sine quo
non fiet presciencia aut commisso
quodam modo se habet quia demeritum
previsum a eterno est principalis
causa presciendi aliquem ut quia
in demerito finaliter perseverabit
cadit sub presumpcione dei volentis

ut nichil inordinatum relinqu-
atur. Tercia ergo voluntas eius
iustissima non potest non velle iust-
ciam / licet principaliter non velit
dimitti quem creat penitus dampn-
nari / vult tamen secundario quia
vult principaliter iusticiam et omne
quod iustum est / Et quia ab
eterno cognovit omnes qui duct-
uri essent vitam iniquam et omnes qui
in peccato ideo ab eterno preparavit
regnum celorum bonis qui perseve-
rant in gratia et iusticia illis
qui perseverant in culpa / Et au-
dientes decem indignati sunt
de duobus fratribus. Audientes
decem scilicet hanc peticionem duorum
indignati sunt non de matre sed
de filiis. Et ideo addit de duobus
fratribus qui ignorantes mensuram
qua alios debebant iudicare se
equales vel maiores vel indiscre-
ta cupiditate petebant aliis pre-
ferri. Unde Crisostomus super Mattheum / Condit
motum huius indignationis dicens
quemadmodum sicut illi carnaliter pe-
tiverunt sic isti carnaliter con-
tristati sunt non dum spiritu sancto
repleti / potuit ergo alii decem
sic cogitare de duobus fratribus
si unus sessurus est ad dexteram
alter ad sinistram eius. Cumque
ergo iam a deo eum sentirent ut illis
electis de medio nostri nos incre-
pationem voluerit. Iacobo et Iohanne
ipsis similes fuimus et nunc
erimus eis in honore dissimiles
sequitur / Ihesus autem vocabat
eos ad se / tamquam pius pater
ut eos ab errore revocaret et
pacem inter eos formaret / Et ut
regulam debite prelationis eos
doceret. Et ait illis scitis quia
principes gencium, id est qui principa-
ntur inter gentes, dominantur eorum
scilicet populorum eis subditorum /

Et qui maiores sunt gencium vel
elacione / potestatem exercent in eos
scilicet in subditos quasi diceret aput
terrenos sic solum dominari et desi-
derium aliis dominandi non aput spiritua-
les quales vos esse debetis / Ge-
neraliter enim est ambire prela-
tum vel sic exercere sicut idem dicit
Tercia principes gencium non
solum contenti sunt subditos
regere sed eciam violenter eis
intimant dominari. Unde sequitur
Non ita erit inter vos sed quicumque
inter vos voluerit maior fieri sit
vester minister et quicumque voluerit
inter vos primus esse erit vester
servus / Maior prelatione sit vester
minister non ambigendo prelatio-
nem sed humiliter ipsum vitando ac
aliis serviendo / Et quicumque vo-
luerit esse primus, id est hic prelatus
sit vester servus non condicione sed
ex caritate et humilitate quasi
diceret In terreno regno sic est quod
prelati sunt aliorum domini dominorum et
volunt ut alii ipsis serviant
et ministrent. Sed regnum meum
non est terrenum sed spirituale ideo in
vobis debet esse oppositum intencio
fundata super tota humilitate non
super elacione. Unde dicit Crisostomus
super Mattheum. Et hec dicit xl inde-
rat / Et quicumque desideravit prima-
tum intra inveniet confusionem
in celo / Unde inter servos Christi non
sit de primatu certamen nec festin-
atio et [illegible] eorum quo alius
maior appareat sed quo omnibus
inferior videatur / Qui non qui
maior fuit in honore est maior
ille sed qui iustior fuit ille
est maior / Et post pauca dicit
idem Crisostomus / Scivit homo intel-
ligit quod melius est honora-
bile in corpore suo et quod [illegible]

melior autem non cognoscat
se ipsum quia honorabilia superbient
deteriora testantur. Et sic fiet
inter ea scisma sicut dictum inter
sanctum et sanctum. Volo ergo
cognoscat unius membra omnes
simus. Ipsis autem sanctis non
est concessum dignitatem suam scire
meritum ne meliores superbient
contra deteriores et deteriores per
invidiam contra meliores et
per hoc soluta caritate inter eos
discordia nascetur. Dicta autem dig-
nitatum inest solo inventa est
propter pravitatem mundi et carnal-
itatem operantium diaboli qui carita-
tem adhuc carnales addu-
cit scelera. Nisi ergo essent superiores
quos timerent solveretur discipli-
na. Venit filius hominis non
venit ministrari sed ministrare. Mini-
strari temporaliter dicitur ut
ei alii ministrent sed ministrare aliis.
Luce xxii. Ego in medio vestrum
sum sicut qui ministrat. Patet
pater in lotione pedum in distri-
butione panis in restitutione
sanitatum in expulsione demonum
in discursu ad predicandum. Et
adverte circa verba in quibus ta-
cta sunt ad que Christus venit.
Primum refertur ad ingressum
quia non venit ministrari in
quo humilitas non cum turba
famulorum non cum apparatu equorum
non cum pompa divitiarum et
cum deliciis. Secundum refertur
ad progressum quia venit mini-
strare in quo caritas et maxime
in die cene in quo ministrant tri-
pliciter verbo exemplo sacramento
verbo caritatis exemplo humilitatis sacra-
mento maxime caritatis. Tertium
refertur ad egressum quia sequitur
Et dare animam suam redemptionem pro multis
animam id est vitam suam Mathei xx.

Redi dilectum animam meam in redemp-
tionem pro multis id est pro omnibus quan-
tum ad sufficientiam. In quo sua
pietas magna denotatur. Et
dicit dare non reddere animam non
tantum reus in redemptionem non
dampnationem quia pro multis non
pro se. Cogita ergo benignitatem
qua dare prostatem qua dicit
utilitatem qua in redemptionem
misit deus et filius hominis. Hieronymus
vero dicit Christus super Mattheum
hoc dictum invitat nos provocat
ad humilitatem cum dicit Venit
filius hominis vel Ad hoc enim ad
imaginem facti sumus dei ut
imitatores efficiamur voluntatis
eius et conversationis in qua
ad similitudinem maiestatis
eius sumus creati. Nam quod
ille natus imitari potest nos
autem illius divinitatem non
possumus imitari. Sed nisi sumus
imago eius ut quod bonum
ei hoc videtur et apud nos sit
bonum et quod ei malum videtur
et apud nos sit malum. Cum
autem deus humilitatem studet
iactantie non est imago Christi
et qui deus paupertatem amator
est divitiarum amator. Nisi solo
repellit a se Christi similitudinem
et non est verus discipulus qui
non imitatur magistrum nec vera
imago que non est similis auc-
tori. Hec ille. xx. Sermo de sancto.

Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit ipsum
solum manet. Iohannes xii.
Crisostomus refert et narrat quod cum
quidam gentilibus ascendisse-
rent in Ierusalem in die festo
ipsi accesserunt ad Philippum ro-
gantes eum et dixerunt ei Domine
volumus Ihesum videre. Et cum
Philippus hoc dixisset Andree

et sic duo discipuli desideria genti-
lium explicassent. Istud Jhesus intel-
ligens venit hora ut clarificetur
filius hominis, i. venit hora ut
veniam et adducam omnes
gentibus ut impleatur quod
scriptum est: Exaltare super celos
deus et super omnem terram gloria
tua. Et qui altitudinem glorifica-
tionis Christi aspiciat precedere humili-
tate passionis quia [?] factus
est patri obediens usque ad mortem
propter quod deus exaltavit illum. Ad
Philip. ii°. Unde subiungit: Amen
amen dico vobis nisi granum
frumenti etc. i. nisi ego moriar
fructus conversionis gentium non
sequetur. Ideo autem se Christus
grano comparat quia ad hoc
venit in mundum ut reficeret
et sustentaret mentes humanas
sicut autem potissime facit panis
frumenteus seu de frumento qui
est omnibus salubrius. Item quia
ipse fuit frumenti granum seminatum
intra virginali utero vel matris
sive indutum palea id est mor-
talitatis corporis i. circa inflicte
penalitatis et unde est recondi-
tum corporaliter in horreo superne
felicitatis. Istud granum non fuit
mortuum maiorem fructum attu-
lit quam existens vivum. Vita
corporali quia virtute mortis eius
iudeorum et gentium populi conver-
si erant ad fidem suam. Unde
Crisostomus de Cassia libro xii° ca°
xxxiiii°: Christus panem grani
frumenti ad suum corpus coaptavit
ut esset apta decentia qui ve-
granum intra satis et crescens
comparatur per omnem similitudinem
in cruce mortuus et deinceps
et post multum fructum attulit.
Iam mortuus attulit vite
fructum exemit ab inferis qui

granum sic significavit et produxit
nasciturum resurgens a mortuis
fructum numerosiorem fecit. Red-
dens [?] sine mora in inferis
apparuit. Iudeorum [?] fuit
celebrata conversio et gentium
plurima fidei adhesio subsecuta.
Unde Augustinus super psalmo C xl.
Grana in ipso passione etiam
illi fuerunt qui futuri erant du-
ces ecclesie et fuerunt columpne
terre deseruerunt. Hodie [?] factum
erat quod ait in alio psalmo
Ego confirmavi columpnas eius.
Ideo dicit singulariter sum ego do-
nec transeam sic per personam capitis
sonat quod est singularis et
in passione. In solus patens
Et solus [?] ab inimicis et
infra. Cum transeo multipli-
cabor. Multi me imitabuntur
multi patientur in nomine meo
qui tamquam columpne sunt
confirmabuntur quia in mea
resurrectione et glorificatione
plene discent non esse timendam
mortem. Inde Petrus accepit
vires sequendi eum et eius
passionem quam non habebat
vires ipsum precedendi. Clemens
et alii plures martires quia
nemo per confessionem nominis
Christi mortuus est antequam
illud granum in terram caderet.
Unde in persona per prophetam dicitur
est: Singulariter sum ego etc. De
autem mortuum fuit multum
fructum affert. Primo attulit
hic granum mortificatum fructum
remissionis peccati. De quo Ysa. xl-
viij°. Iste est omnis fructus
ut auferatur peccatum. Quem quidem
attulit passio Christi iuxta illud
Prima Petri iij°. Christus semel
pro peccatis nostris mortuus iustus
pro iniustis ut nos offerret deo

Secundo attulit fructum conversi
onis gentium ad deum prima
Johannis xv° Ego vos posui ut
eatis et fructum afferatis et
fructus vester maneat Tercium
fructum attulit passio sua ut
patet eadem / Et ego si exaltatus
fuero a terra omnia traham ad me-
ipsum Et non dicit traham omnes
ut hoc dictum non intelligatur
de universitate hominum sed dicit omnia
ut intelligatur de integritate
humane nature id est animam et cor-
pus / vel ut de solis hominibus
intelligantur omnia scilicet predestina
ta de quibus nichil perit / vel
omnia genera hominum de quibus dia
bolus eiectus ut dicit Glosa
ordinaria Tercio attulit fructum
glorie Johannis iiii° Qui metit
mercedem accipit et congregat
fructum in vitam eternam Et
hunc eciam attulit passio sua
ad Hebreos x° Habentes fratres fidu
ciam in introitum sanctorum quod
nobis initiavit per velamen id est
per carnem suam / Moraliter per hec
tria instrumenta potest velle / Primo
Secundo nisi voluntas hominis
mundo moriatur fructum per
ceptus (?) hic non potest unusquisque
enim sibi vivens mortuus est
Christo Et sibi mortuus Christo
vivit in quo omnia potest sine quo
nichil agere potest boni quo potest
fructum producere sine Christo nisi
sibi et mundo moriatur nichil
vita virtuosa non corporis mors
hic hominibus inducitur Secundo
de morte corporis Christus in se ipso
loquebatur sed de morte infidelitatis
ac voluptatis que sunt desid-
eria carnis hinc ipse dicebat
Apostolus Michi mundus crucifixus
est et ego mundo ad Galatas vi°
Omnis homo granum est intra
cadens terram nisi migrat fruc-
tum generare non potest si autem

moriatur lege carnis Quando
ista mortalia abdicamus / Quo
volumus cum mundo deflorato
atque cadenti florere fructum plenum
afferimus ut eo quisque plus afferat
quo a se plura abdicaverit car-
nalia quo se magis lege Christi
subdiderit quo se magis despexit
quo se vita indignum pre ampliis
estimaverit Tercium amat animam
suam perdet eam / Ex racione qua
homo amat animam suam /
dico quod amare aliquid est velle
illi bonum quod amatur Ille
ergo qui vult anime sue illud
quod est semper bonum ut
bonum divinum et spirituale quod
est deus ille bene amat animam
suam Qui autem vult ei bona
terrena ut divicias honores
et voluptates et huiusmodi amat
eam sed quod id est ad aliquid
quod est transitorium et culpabi
le ut patet Proverbiorum Qui diligit iniquitatem
odit animam suam / Ecclesiastici xviii
Si prestas anime tue concu-
piscencias eius faciet te in gau-
dium inimicis tuis Qui amat
animam suam id est vitam suam perdet
eam id est ibit ad perdicionem ubi vita
est quedam mors eterna Augustinus
super Johannem / Noli amare
in hac vita ne perdas in eterna
vita id est noli amare animam tuam
in hac id est in hiis tantum que
ad hanc vitam ordinantur Ad
Romanos viii° Prudencia carnis
mors est Quartum Quibus (?) carnem
occidit (?) moriendo hiis modis
sanctus Laurencius animam
suam in hoc mundo non amavit
qui domino amore nichil munda
num pretulit vel espravit / Et
ideo hec bona exponitur super-
primo sic Qui amat animam
suam id est semper ad bona eterna

perdet eam i. exponet eam morti
Joh. xii Unde Beda super Johannem
Qui amat perdet hoc est si cupidus
vitam tenere impio modo timere
mortem pro Christo Item eum sic
amat vitam suam temporalem quod
pro Christo et eius fide servanda non
exponit eam morti locis et
temporibus congruentibus quod oportet perdet
eam i. ad eternam dampnationem
finaliter eam ubi duratio erit
perditio et vita erit mors eterna
Secundo exponitur sic Qui
amat animam suam sive quod
i. addiciona temporalia perdet eam simpliciter
sim-
pliciter unde dicit Christus Quid prodest
homini si universum mundum lucretur
anime autem sue detrimentum pati-
atur Et iste sensus est verior ut
patet collatione sequenti que dicit Qui
odit animam suam in hoc mun-
do ad vitam eternam custodit
eam Ergo qui amat vitam
suam temporalem in hoc mundo i. ad
bona mundana perdet eam quantum
ad vitam eternam ut patet de divi-
te Luce xvi Et ideo hic dicitur
Qui odit animam suam in hoc
mundo i. qui denegat anime
sue bona mundana pura et
delectabilia corporalia et sustinet
mala que propter deum illi infe-
runt in hoc mundo dicit po-
sti qui persecucionem patiuntur propter
iustitiam quoniam ipsorum est regnum
celorum et quod dicit Crisostomus
Ille animam suam amat in hoc
mundo qui desideria eius inconve-
nientia facit Et talis secundum
veritatem odit eam Ille autem
odit eam in hoc mundo qui non
obedit ei noxia concupiscenti
et talis secundum veritatem amat eam
dicente Gregorio Bene animam
nostram odimus cum eius carna-
libus desideriis non acquiescimus
cum eius appetitum frangimus

cuiusque voluptatibus reluctamur
Si quis michi ministrat me se-
quatur i. si quis meis obse-
quiis mancipatus michi recte
ministrare desiderat ut eius ministerium
sit meritorium et acceptum me
sequatur i. me imitetur Adhuc
apparet tamquam ad eum secundo
secundo docemus non potest per illud
Johannis viii Ego sum lux mundi
qui sequitur me non ambulat in
tenebris Vel aliter Ille Christo ministrat
qui pro ipso operibus pietatis mini-
strat quemadmodum ipse asserit
se dicturum in fine seculi Quamdiu
fecistis uni ex minimis meis michi
fecistis Talis autem si vult perfecte
imitari Christum debet ultra opera mi-
sericordie ipsum sequi in actibus
perfectionis sicut docuit ipse adole-
scentem querentem ab ipso viam
salutis dicens Matth. xix Si vis
perfectus esse vade et vende omnia
que habes et da pauperibus et
veni sequere me Vel aliter spiritualis
via sequendi Christum est pro eius amo-
re se morti et passioni exponere
Qui ergo Christo ministrat si cupit
esse singularis Christi minister sequatur
eum ut pro ipso mori non timeat
immo mori paratus sit et morti
se exponat ubi hoc viderit oportunum
et utile Et sic modo pastor
ecclesie Petrus Christum sequendum
docuit prima Petri ii dicens
Christus passus est pro nobis vobis
relinquens exemplum ut sequamini
vestigia eius Homines enim servi-
dicas suos quibus ministrant
unde ipse dixit Si quis vult
venire post me abneget semetipsum
et tollat crucem suam quod Bernardus in
quodam sermone Non est Christum
sequi sine cruce Ideo debemus
ipsum sequi crucem tollendo i.
carnem nostram cum viciis castigando

et si necesse fuit mortem corporis et eciam crucis ad laudem dei xpo sustinendo. Et ubi sum ego illic et minister meus erit. Ubi ego sum in impreciacione eterne glorie. Et xxiiij° Ubi fuit corpus illic congregabuntur et aquile. Et nota quod presencia beatam societatem. Nullus enim potest bene esse qui est sine illo et nullus potest bene esse qui est cum illo. Omne bonum est necesse illi esse qui est ubi ille. Item per hoc possit premium omnis mali exclusiuum et omnis boni contentiuum et tale premium ipse promisit discipulis suis dicens Johannis xiiij° Iterum venio ad vos et assumam vos ad meipsum ut ubi ego sum et vos sitis. Hoc premium beatus laurencius pugnans xpo ministrando sciens se hoc meruisse et quasi iam in re dixit. Gracias tibi ago domine quia ianuas tuas ingredi merui. Et sic dicens emisit spiritum. Si quis ministrauerit honorificabit eum pater meus. Certe enim ministrat xpo honorat eum Johannis v° ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Idem est ergo honorare filium et honorare patrem. Pater autem dicit Quicumque honorificauerit me glorificabo eum. Cum ergo ministrat Christo xpo non sua querens sed que sunt Christi xpi illum honorificabit pater suus. Et nota quod honor exhibitus ab illo qui non potest errare et non vult decipere nec potest decipi est honor verus. Secundus actus perfectus et quia talis est honor quem xpus promittit sibi ministrantibus. Ideo dicit ipsum exhibendum a patre suo in regno est veritas infallibilis patris indeficiens et claritas perpetua. Et quoniam beatus laurencius xpo ministrauit eius sacramenta dispensando prout dixit sancto Sixto Experire utrum ydoneum ministrum elegeris

Thezauros ecclesie pauperibus distribuendo et eius passionem fideliter imitando. Ideo pater celestis eum honorificauit et gloriosum premium virtutibus eius tribuit quia honor est premium virtutum ut dicitur possit illud psalmi Gloria et honore coronasti eum. Et sic de primo

Intrauit ihesus in quoddam castellum. Luce x° Quamuis hoc ewangelium non videatur conuenire beate marie virgini et festiuitati assumpcionis eius quia ipius verba quasi videntur contraria et opposita aliena, tamen bene competit ei. Primo quia tangitur in ipso duplex vite perfeccio actiue et contemplatiue que perfectius fuit in maria quam in aliqua pura et humana creatura. Unde Jeronimus Ceteris aliis per partes data est marie totum et totam se in mariam fudit plenitudo gracie. Secundo tangitur duplex susceptio xpi quia in hoc ewangelio expresse tangitur scilicet corporalis a martha in hospicium domus corporalis et spiritualis a maria in hospicium cordis per fidem audiendo verbum xpi que sedendo secus pedes domini audiebat verbum illius. Et utraque fuit perfecte in matre xpi que ipsum corporaliter suscepit tempore annunciacionis in domum castissimi corporis. Cum dixit Ecce ancilla domini fiat michi etc. Et spiritualiter per fidem et caritatem unde augustinus in sermone de natiuitate eius Beatior fuit maria percipiendo fidem xpi quam concipiendo carnem xpi materna enim propinquitas nichil ei profuisset nisi xpum felicius mente quam carne gessisset. Tercio tangitur in hoc ewangelio optime partis maria electio et quo ad hoc bene conuenit matri xpi

que quoniam ad gratiam et gloriam opti-
mam preter elegit inter omnes cre-
aturas i. ex divina electione ab eterno
eminent. Et ideo ex dispositione spiritus
sancti legatur in eius obitu quod
per hunc ante tempestates ad por-
tum salutis est perducta. Unde
Ambrosius in sermone: Illo tempore
vita sanctitatis sunt extollenda
quando nec laudantem adulatio noceat
nec laudatum temptat elatio. Lau-
da ergo post periculum peracta secundum
lauda navigantis felicitatem quando
tum pervenit ad portum, laudi
ducis virtutem quando tum perductus
est ad terminum. Intravit Jhesus
i. salvator in quoddam castellum
id est in mariam suam matrem
ex qua et cuius sanguinibus assumpsit
carnem factus homo. Nota quod
dominus veniens in mundum voluit
obviare suis proditoribus quia cum
diabolus assumptis armis alienis
puta specie serpentis venisset ad
campum paradisi et intrasset
suum castellum evam per suggesti-
onem inclinationem ad malum ad
peccandum et violandum et
corrumpendum genus humanum. Ideo
dominus ex adverso elegit sibi castrum
castrum virginis ut contra diabolum
expugnaret et inde exiret in
campum huius mundi in armis
alienis diabolo incognitus in car-
ne virginali et ieiunando predica-
ndo et patiendo vicit illum qui
suo suasu ad gulam et delecta-
tionem tibi venit parentes primos
perdidit. Et notanter dicitur Jhesus
i. salvator qui salvum fecit
templum suum per virginem a peccatis
quia ille destructor castrum suum
ingrediens ipsum violavit lesit
et ruinam eorum humano generi
pervenit quando iste salutis amator
castellum marie intrans ipsum

in suo bono firmavit. Et ideo dicitur
quoddam propter singularitatem.
Primo propter peccati immunitatem
quia in utero sue matris sanctifica-
ta. Unde angelus dixit ei Ave i.
sine culpe et pene. Secundo propter
gratie plenitudinem. Unde subiunxit
gratia plena. Tertio quia mater dei
electa et sancta quia quia dominus tecum
[illegible] incarnande proventive
in ave. Castellum dicitur maria
propter aliquas similitudines. Prima
sicut castrum in alto construitur situatur
sic maria per contemplationem. Cant.
xxiiii°. Ego in altissimis habito.
Item propter munitionem intrinsecam
que consistit in muris turribus
fossatis et aquis circumdantibus
quia eius sunt castitas mentis
et corporis que ipsam sic circumda-
bant quod nulla libido nociva
posset ipsam attendere. Turris profundi
fundamenti repellens animo
virginis omnem superbiam eius
profunda humilitas non sinens eam
superbire. Colligit quia mater dei aut
quia virgo. Unde cum angelus diceret
Benedicta tu in mulieribus, ipsa
se humiliando dixit Ecce ancilla
domini. Fossatum eius voluntaria
paupertas que hoc castellum circum-
dedit. Quia quamvis esset de
stirpe regali tamen non erat
ei cura magna de temporalibus
ut patet in festo sue nativitatis que
principia temporalia reliquerat in
presepio et pannis vilibus involvit.
Luce ii°. Fossatum hoc non
erat siccum sed circumdatum fluminibus
divinis gratie. Unde Cant. iiii°.
Fons ortorum puteus aquarum
viventium que fluunt impetu de
Libano i. devote domino seu celo
istud fossatum est replevit.
Item propter munitionem intrinsecam
que consistit in armis et alimentis

Arma huius castelli sunt diversa
ornamenta virtutum Cantica iiiio
Sicut turris david
colum tuum que edificata
est cum propugnaculis mille clipei
pendent ex ea / Et sicut dicit
tibi ut castro castrorum acies or-
dinata Cantica vi Bene sicut Cantica
hostes visibiles non sic timent
quantum castrorum aciem ordinatam
ut invisibiles Marie nomen et
patrocinium quia et perierunt
ut cera a facie ignis obviunt
semper huius nominis frequentem
invocationem / Alimentum est ut
ciborum bene huius castellum cuius
alimentum est panis vite ihesus
xpistus qui in eius utero forma-
tus est manu spiritus sancti pis-
tus ex ea et nobis in passione
unde de ipsa dicitur Proverbiorum ultimo /
facta est quasi navis institoris
de longe portans panem suum
hic est panis qui de celo descen-
dit Johannis vio / Porta huius caste-
lli fuit fides eius unde Elizabeth
dixit matre Luce io Beata que
credidisti quia perficientur ista
que dicta sunt tibi a domino Et
hanc portam petit dominus sibi
aperiri Cantica vo Aperi michi
Aperi michi soror mea amica
mea columba mea et immacu-
lata mea quia caput meum
plenum est rore
i gratia Et mulier quedam
martha nomine accepit illum
in domum suam i mater nostra
xpisti que per dictam martham ex simi-
litudine officii excepit i utero
suo spiritu sancto operante et domus
operante Ieremie xxxi o Creavit dominus
novum creabit dominus super terram
femina circumdabit virum unum
ex hominibus istius domus qui
primo domum stat in ea celas
habit Ecce maria primo domus

xpistus panem in ea illo tempore cum mor-
talem de suis sanguinibus carnem
Et ubi comedit vitam activam
in matre xpisti Et que vita est
activa dicit Beda / Est alius famulus
humanitatis se custodire mente
manus languentium opus et omnes
sensus ab omni inquinamento culpe
continere Consequenter deinde insistere
laboribus et divinis sanctis pre-
ter subiugari / Ubi liber etiam pro-
ximis in necessitatibus iuxta
posse succurrere et eis opera mea
impendere Et nota quod pars superior
vite active est lectio et pre-
dicatio Inferior corporalis opera mia
corporalia quibus xpistus cibare potum
visitare primam partem quo ad lec-
tionem credimus Virginem fecisse
tertius unde Ieronimus in Epistula
ad Heliodorum dicit Cum
beata virgo hanc regulam sibi
statuerat quod amane usque ad
tertiam orationi insistet deinde usque
ad horam nonam circa aliqua
opera honesta vacabat. Post
meridiem refectionem sumpsit
cum benedictione et gratias
et gratiarum actione aliis operibus
deo legebat aut orabat aut
loca in quibus filius suus
salutem nostram operatus fuit
devote visitabat / Secundum
partem vite active quo ad secundum
opera mia Virgo plenius quam
martha hospita xpisti et etiam
quam alii quantum precedentes et
sequentes exercuit unde Anshelmus
in Cronica Alii quem hospitem
in domum susceperunt ista non quem
ut virum dei filium qui non habet
ubi caput suum reclinaret
non in domum quem ut in utero
suscepit cum ista illum potavit
aliena poculis / Ecce xpistus uberibus

lactavit et propriis manibus cibavit.
Martha vestivit pauperes veste
linea lineis aut lana texta de alie-
no animali. Sed hec ipsa tamen
Et etiam pannis ipsum involverunt
fuit enim et tunicam polimitam
ut Iacob Ioseph filio suo quia
prima tunica fuit hec passionis
sic laceata et sanguine perfusa quod
a summo usque ad plantam in eo
sanitas non reperietur. Martha
pauperes vinctos solvit. Sed hec
omnes nos sedentes in tenebris et
in umbra mortis vinctos in
mendicitate et ferro non auro vel
argento sed suo filio proprio solvit.
Martha egros infirmos visitavit
sed hec dei filium in quo meditaciona
cura sicut qui dicit per prophetam
Infirmata est in paupertate virtus
mea. Et ipsius defessus carna-
libus subvenit in quantum potuit
ultimo mortuum cum magna
anxietate sepelivit. Vel hec id est
mater. Alia martha accepit
illum in domum suam id est in cor-
pus animam et carnem. Et
huic erat soror nomine maria
Et quo active vite in virgine
erat iuncta. Contemplativa
igitur describitur sub hoc nomine
maria et eius actibus. Et
ideo dicit Et huic erat id est
mater Christi domus martha in
officio vite active huic est
vitam contemplativa que tamen
soror fuit ei coniuncta et cogna-
ta a patre omnium deo. Et quare
in proposito vita contemplativa di-
citur active. Dicit Albertus Ra-
tispo. Certa sunt due sorores
ab uno principio orientes in una
domo educantur et in uno
patrimonio perimuntur. Sic vita
activa et contemplativa in

maria virgine a spiritu sancto fuit
ei inspirate quo eodem corde virginis
in mente et amore et ambe vita
eterna comparate. Et que est vita
contemplativa. Dicit Gregorius
super Ezechiel. Est caritate dei et
proximi tota mente retinere ab
actione autem quiescere sed a curis
secularibus et solo desiderio condi-
toris inherere. Cui concordat Albertus
in tractatu de laude dei.
Speculacio est libera perspicacia
in sapientie speculatione cum admiratione
et delectatione mentis suspensa.
Et posset patet quod vita contempla-
tiva presupponit activam. Unde
Richardus frustra cordis sui
oculum erigit ad videndum deum
qui nondum ydoneus est ad vi-
dendum seipsum. Prius ergo homo
discat cognoscere se et sua
visibilia quam presumat posse
comprehendere invisibilia divina
Unde si nec deum cognoscis te
quo apprehendere potes ea que sunt
super te ad tuam salutem nullo
modo est. Ergo prima necessaria
dispositio ad contemplandum. Est
autem duplex dispositio necessaria
primo ut mens purgetur. Secundo
ut illuminetur. Ut dicit Hugo
super celestem ierarchiam nisi pre-
dat purgatio non sequitur illu-
minatio. De primo dicit Ysidorus
Non potest facere bonum nisi prius
correctum fuit malum. Unde
oportet quod peccator prius mala co-
missa corrigat deinde in bonis
operibus se exercitat. De secundo scilicet de
illuminatione dicit Richardus ad
Cartusienses modus cogitandi de
deo non est in meritis cogitantis
sed in gratia donantis sed cum spiritus
sanctus spirat ubi vult quando
vult et quibus vult. Sed homines

est semper separare cor et volun-
tatem comprehendo ab affectionibus
alienis / Secundo ad contempla-
cionem requiritur quies non solum
corporis sed et mentis / Trenorum
iii° / Sedebit solitarius et
levabit se super se / Pro quo
nota quod quidam quiescunt
corpore sed vagantur mente
Quidam laborant corpore et
mente Quidam quiescunt
corpore et mente / Prima quies
est ocium inutile ut quidam
spirituales quiescunt non labo-
rant manibus et multa
que aguntur in mundo cogi-
tant / Secunda est negocium
delectabile ut quidam labora-
ntes corporis manibus et eius
meditantur divinas meditaciones
et cum rebus divinis se immisce-
ntes occupant / Tercia est omnis
carere ut patet in meretricibus
aliquibus / Sed maria est gemma
celeste et hec fuit tingens inclina-
secuta cum dicitur infra / Que
eciam sedens i quiescens / Que
nis eciam mors christi sepe tumultus
sensit contra se tamen mens semper
erat quieta / Et de ipsa dicit A-
mbrosius / Quod constituta in peregri-
nacione vel in edibus aliena fuit
eiusdem animi ut infra / Tercio
consistit contemplacio in divina
approximacione quia contemplans
quasi loquitur cum deo / Et maria
ad contemplandum requiritur
humilitas / Unde dicit hic pedes -
dicit Gregorius / Contemplari dei sa-
pienciam non possunt qui sibi
sapientes videntur quia dum in
ipsorum mente tumor elacionis cre-
scit oculum contemplacionis claudit
Sedebat ergo maria secus pedes
domini qui sunt pes infima corporis
et audiebat verbum illius / Et
dicit Augustinus / Quanto maria ad

pedes sedebat / tanto plus capie-
bat / fluunt enim aque de montibus
ad valles et ibi manent / talis
audicio verbi dei devota vel lectio
maxime disponit ad contemplacionem
quia purgat et mundat mentem
unde christus dixit discipulis / Iohannis
xv° / Iam vos mundi estis propter
sermonem quem locutus sum vobis
per mundiciam autem cordis et
mundo corde deus videtur / Mathei v°
Beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt / Et dicit Anshelmus
Quod maria audiebat verba christi
pastorum et magorum et hec omnia
in corde suo conferebat quia cor
eius erat mundissimum / Unde nemo
mereatur gustare quam suavis
est deus speculando sicut ipsa
Non enim habuit cor fractum ut
fatui qui non retinent audita sed
corda eorum pertransivit sicut
aqua cribrum sed solidum / Sed
circa que opera versabatur virginis
speculacio / Vide Albertum Kath in
tractatu de laude virginis / Sed
triplicia sunt opera divina / prima
creacionis quibus mundus cum
homine et homo in mundo est
constitutus ad esse / Alia reparacionis
quibus mundus cum homine
et homo cum mundo finaliter
renovabitur et glorificabitur
Prima consideranda sunt incipie-
ntibus / Ysaie xl / levate in excelsis
oculos vestros et videte quis creavit
hec / Secunda proficientibus in
quorum persona dicit psalmista / Benedic
anima mea domino et noli obli-
visci omnes retribuciones eius
Ultima perfectis / Cum igitur
beata virgo ex divina instruccione
cognovit qualiter et propter
quid factus erat mundus et
omnia que in ipso sunt igitur
circa prima opera non versabatur eius
speculacio / Et quia circa talia velle

ostenderunt curiositates et vanitates
Sed circa secundam et tertiam scilicet circa
opera nostre reparationis et glorificationis
versabatur recogitans ab initio
missionem angelicam spiritus scilicet Ga-
brielis ad ipsam usque ad missionem
spiritus sancti / Et quo filius eius
venturus est ad iudicium iudicare
vivos et mortuos Et quam
bene tunc remunerabit iustos
et quam iuste dampnabit im-
pios Martha autem satagebat
circa frequens ministerium i. Maria
mater christi que nomine sue mar-
the designatur vere vite active
diligenter christo in sua humanitate
ministrabat Unde Anshelmus in sermone
de eius assumptione Mariam min-
istram christi fuisse nullus sane
intelligens dubitat quia ipsum
novem mensibus in utero gessit
natum aluit in presepe posuit
parvulum involuit a facie Herodis
in Egyptum fugiens abscondit
et ad mandatum angeli redu-
xit et omnem christi infantiam
pio maternali affectu est prosecuta
et usque ad crucem et sepulcrum
ipsum secuta ab ipso non recessit
que stetit et ait Domine non
est tibi cure quod soror mea reli-
quit me solam ministrare Sicut
virgo incorporalibus conatibus circa
curam christi exhibitis propter carita-
tis affectum et quasi relinquebatur
vite active deo multum placite
et accepte ut dicere posset illud
Luce xxiiii Institutione sancta
rorum ipse ministravi / Et ideo propter
facultates active vite que
multum distabat a contemplativa
aliqua potest multum retrahere
Conqueritur virgo propter activa quod
sola in actionibus relinquatur
dicens Domine non est tibi cure quod
Et quoniam amaritudines et

et labores active vite propter longinquam
per dulcedines vite contemplative Ad
Romanos viii / Spiritus adiuvat infir-
mitatem nostram Ideo addit di-
co illi ut me adiuvet Compungitur
et prodentes inter nota sunt Anshe-
lmus Cum non christi stetit iuxta
crucem compatiendo christo sub cruce
discipulis fugientibus ita ut ipsius
animam gladius doloris pertransiret
et tunc corporali passione ipsum vo-
lens liberare dicere potuit quasi
cum querela Domine non est tibi cure quod
ac si diceret nihil magis affligere
videor derelicta ut tu fili mi qui
clamas ad patrem Deus meus deus
meus ut quid dereliquisti me quod
quasi nullum sentis divinum et
supernale auxilium ut multi sancti
senciunt passim dum laborant pro tuo no-
mine amore aliquos ignis non
lesit ut alia tormenta / Sic ut
ego mater tua hac vice sencio a
contemplatione subsidium relinquens
miseriam meam dolore / Ecce quod
quod velles posses minus mihi
cum actione tantam dare contempla-
tionem que ut soror fortis so-
rorem debilem iuvat me ut
nullum sentirem dolorem adiuv-
aret / Sed quia tu dixisti pater
fiat voluntas tua ita et ego
per omnia debeo velle et voluntate
deliberata volo fieri tuam volun-
tatem et patris celestis sine
contradictione Et videns autem
ille dominus Martha Martha sollicita
es et turbaris erga plurima. Hoc
enim vita activa sollicita est
circa opera pietatis et ut esurientes
et sitientes reficiat nudos induat
et sic de aliis subvenientibus
indigentium tunc doloris in[...]
predilectionem et compassionem turbatur
animum propter de se testatur Apostolus
ii Cor xi dicens preter illa
que extrinsecus sunt instantia

mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Et ergo glosa eius tipum gerit Martha in operibus vite active tam mente quam corpore sollicita fuit ministrare tam Christo ministrando quam aliis quibus decebat ipsam ex ista opera exhibere ut patet Luce 1o confirmo exhibito Elizabeth cognate sue. Et ideo Christus habet duplicem sollicitudinem scilicet eius scilicet mentis et corporis geminatum. Ut dicitur Martha Martha. Unde dicit Lira: Et videns autem ille dominus id est sic potuit dominus mari sive tempore anxietatis sue in vita activa cum eo et cum aliis Christus eius rudem tamen illi inspirare quod forte fecit illi stanti subtus et compatiendo sibi ut supradictum est. Porro unum est necessarium id est unitas voluntatis in nobis est necessaria ut sicut pater voluit me mori pro populo in conspectu tuo ita debes et ego velle et tu. Glosa Augustini: unum id est unius dei gloriosus ad bene esse et eius fruicio ad eternam beatitudinem est quoddam necessarium. Istud enim unum scilicet summa felicitas quod acquiritur per utramque vitam activam et contemplativam fide et caritate informatam. Pro quo notandum quod hoc unum quod est necessarium illud debet intelligi in quo primo electi congregantur. Propter quod unum pro electis Christus mori voluit. Unde dicit Johannis xjo quod Jesus mortuus erat pro gente et non tantum pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Secundo

per hoc unum in ipso consummantur. Johannis xvijo: Ego claritatem quam tu dedisti michi dedi eis ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum. Tercio in hoc uno desideria hominum terminantur. Psalmus: Unam petii a domino hanc requiram et cetera. Et est hec illa de qua dicitur in alio psalmo: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et sicut ab isto uno discessimus per peccatum Ade sic ad ipsum redimus per Christum et eius vita. Magdalena optimam partem elegit que non auferetur ab ea id est ordinacione electione et disposicione ultra alios homines habet et habebit eternaliter. Contemplativa vita hic incipit et perficitur in futuro quia ignis amoris qui hic ardere incipit in homine contemplativo cum illum quem amat viderit in amore amplius ignescit. Activa non quo ad eius opera ociosa hic cum corpore deficit quia in celesti patria nemo esurienti panem frangit quia ibi nemo esurit omnes sunt saciati. Nemo potat sicientem vestit nudum pro eadem causa et sic de aliis. Et huic concordat Anshelmus in omelia dicens: Pars Marthe que est vita activa est ei ablata et nobis aufertur. Pars Marie scilicet speculacio est ei aucta. Jam enim non est sollicita ut Christo ministret tamquam pauperi cum omnes chori angelorum ministrant tamquam domino. Jam non turbabitur fugiens in Egiptum a facie Herodis quia Christus ascendit in celum Herodes in infernum. Jam non turbabitur pro hiis que fecerunt ei Iudei quia omnia subiecta sunt et inimici eius positi sunt scabellum pedum

eius / Et ipse resurgens a mor-
tuis iam non moritur etc. / Item
nota quod quantum ad statum salvandorum
maria elegit optimam partem
Et quantum ad coniugatorum statum elegit
fecunditatem sine corruptione / Quantum ad
virginitatem mundiciam sine steri-
litate / Quantum ad statum viduarum viduata
corporali presencia filii sanctam conver-
sacionem / Optimam ergo partem ele-
git inter omnes sanctos et sanctas
hodie multum consolata ut posset
vere dicere illud psalmi / Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde
meo consolaciones tue letificaverunt
animam meam / Quamvis enim
mater christi in mundo plures do-
lores sustinuit propter filium tamen
precipue doluit de tribus / Primo cum
filium puerum amiserat dicens
ipsum inveniendo fili quid fecisti
nobis Luce ii° / Et tunc invenit
ipsum in templo corruptibili et cito
resolubili inter doctores mortales
qui et ipse mori debuit et
mortuus fuit / Et sic ipsum iterum
amisit sed hodie ipsum invenit in
templo eternitatis in medio doctorum
celestium et immortalium numquam
ipsum amissura / Et tunc potuit
dicere illud Canticorum Inveni quem
diligit anima mea tenebo illum
et non dimittam ut ibi dicitur
Secundo precipue doluit quando tempore
passionis filii cognovit ipsum
audivit illudi et derideri Unde
Zacharias in persona virginis / Cum
finissem illum inimica et vidisset
eum pontifici alapis cedi faciem
eius conspui caput corona ob-
pleri totum filii corpus sunt
omnia viscera mea / Contra hunc
dolorem hodie fuit letificata quia
vidit ipsum ab omnibus sanctis
laudari et honorari ut posset
illud dicere Apocalipsis vii° Post hec vidi
turbam magnam quam

nemo dinumerare poterat ex omnibus
gentibus tribubus et linguis
stantes ante thronum dei et in con-
spectu agni amicti stolis albis et
palme in manibus eorum et cla-
mabant voce magna dicentes Salus
deo nostro qui sedet super thronum et
agno / Tercio precipue doluit quando ipsum
vidit in cruce pati et mori in loco
malefactorum et pallescentem ut dicere
posset cum propheta / Et vidimus eum
non habentem speciem neque decorem et
sine dubio compassione facta erat
pallida et deformis / Hodie vidit
eum in loco beatorum omnium qui in
resurreccionem omnem sanguinem pro
nobis effusum resumpsit factus
gloriosus pre omnibus filiis hominum
et formosus ipsa tota pulchra
corporis aspectu pre omnibus et decoram
suam pulchritudinem et beatitudinem
nunquam amissura ad quam nos etc.

Facta est contencio inter
discipulos quis eorum videretur
esse maior Luce xxii° Hec
contencio facta fuit postquam christus
dixerat in cena quod unus eorum ipsum
esset traditurus et quod manus
tradentis eum secum esset in mensa
quia discipuli intellexerunt dominum velle
ab eis migrare et querebant quis
esset maior ut illum constituerent
principem in absencia domini / Et ideo
dicit Lucas Quia discipuli tunc
passi erant aliquid humanum de princi-
patu contendentes / Sed occasio huius
contencionis secundum Bedam esse potuit
hec Quia audierant claves regni
celorum promissas petro Mathei xvi°
Item quia viderant petrum Iaco-
bum et Iohannem separatim fuisse assump-
tos ad montem thabor pridem tempore
sue passionis transfiguracionis
Item quia audierant matrem filiorum
zebedei petiisse statum eminentis
dignitatis duobus filiis suis ita ut
unus sedeat ad dextram eius et alter
ad sinistram Mathei xx / Et dicit

Beda sup lucam / Et nota sicut con-
suetudo bonorum est semper exempla
patrum precedentium quibus ad meliora
proficiant inquirere. Sic reproborum
est si quid forte in electis repre-
hensibile invenerint quasi suas pro eo
nequitias obtectura arma presidio
defensionis libentissime amplecti. Quod
qui multos arbitramur legunt quod facta
est contentio inter discipulos quis
eorum videretur esse maior
quam quod multitudinis creden-
tium erat cor unum et anima una
multo recolunt libentius quod
facta est dissensio inter Barnabam
et paulum ita quod discederent ab
invicem quam quod idem paulus
ait / Cum essent sic inter vos
zelus et contentio nonne carna-
les estis nonne homines estis
Et ideo quod nos omni studio con-
tendere debemus in bonis semper
operibus alius alium precedere
omni humilitate sicut boni fratres
dei in caritate non ficta in probis veri-
tatis in virtutibus sanctis in con-
tinencia in castitate invigilemus
Invenimus in omnibus inparata
Dixit autem eis Reges gentium
dominantur eorum. i. Reges homines
gentilium dominantur eorum s. subditorum
humiliantes eos per suam potestatem. Et
qui potestatem habent super eos s.
largiendi sua gloriose Benefici vo-
cantur. i. beneficia conferentes vel
bene facientes / Et dicit Crisostomus
Et nota quod gentilium dominus memoratur
ut ostendat rem vituperandam
esse per ambitionem desiderare pla-
tanem / Gentilium enim est ambire
primatum / Et ideo illi quasi com-
asarie legibus huius subiacent
morbis / Sed ecclesiasticum virum debet
esse in humilitate / Unde sequitur
Vos autem non sic Et nota eorum
que distribuunt non auctores sed
dispensatores estis prima Cor. iiii.
Sic nos existimet homo ut

ministros xpi et dispensatores misterio-
rum dei. Seculares enim habent in consue-
tudine per placitum venire ad regni
possessionem / Sed vos non sic quod
ad summa virtutem non per placitum
sed per vite perfectionem veniendum
est ita quod etiam perfectus in vita
reputet se nomine exemplo apostoli
prima ad Cor. xv° unde dicit
Crisostomus / Et nota differencia facta est
inter seculo non dico sanctitatis
sed dignitatis ut alter sit episcopus
alter vero excommunicatus carnis
et prosperitate mundi et omnibus
operibus mala / Et si beneficia honores
videntur esse sed inutilia sunt Sicut
videntur esse honor oculi qui
illuminat corpus sed hic non est
honor eius sed ministerium ideo dum
corpus non magis pedem contempnit
quam oculum Item idem Crisostomus
homo quod indignum honorabile
cognoscat ne sit sanctissima in
corpore. Sic dicitur inter sanctos co-
gnoscat xpus eius merita summa
omnes ipsis autem sanctis non sed
concessum ut cognoscant dictum
suam admitterem / Sed qui maior
est in vobis fiat sicut minor
maior s. in virtutibus vel prudentia
excellenciam in vel per auctoritatem
fiat sicut minor s. per humilitatem
Eccli iii°. Quanto magnus es
humilia te in omnibus Unde Crisostomus
Et nota quod aut desiderat primatum
celestem sequatur humilitatem terrestrem
Et nota autem desiderant prima-
tum in terra inveniet confusionem
in celis sicut illud Job xxxiiii° Super-
biam sequitur humilitas i. deiectio
vel humilitas non spontanea sed coacta
Unde dicit Jeronimus non generis nobilitas
non seculi dignitas non pecunie
copiositas non potentie angustias
non corporis speciositas non astucie
falsitas sed sola vite sanctitas in

regnum celorum hominem introducet
et magnum in vita eterna faciet Non
enim qui maior est in hoc mundo
ille maior erit in celo Sed qui
sanctior est in hoc mundo ille
maior erit in celis / Huic concordat
Basilius dicens Non ergo extollat
presidentem dignitas ne ab humi-
litatis beatitudine corruat Illud at-
tendat quod humilitas vera ministerium
plurimum est Sicut enim qui pluribus
ministrat vulnera et abstergit cuius-
libet vulneris saniem non assumit
ministerium suum materiam elacionis
Sic et multomagis cui commisse
sunt cure fratrum languorum
cogitare debet se redditurum racionem
Et ideo cum magna sollicitudine
et humilitate debet illis ministrare
non maiorem vel meliorem sed
minorem se omnibus reputando
unde sequitur Et qui precessor est
scilicet in gradu dignitatis vel in superiori
prelacione vel in sanctitate fiat
sicut ministrator humili reputacione
vel humilis officii exercicione
vel exhibicione pro loco et tempore
Numeri viii° Erunt levite ministri
fratrum suorum in tabernaculo federis
ut custodiant que sibi fuerint com-
mendata / Et huic concordat auctoritas
Basilii statim supra posita Nam
quis maior est scilicet secundum iudicium
humanum vel seculi qui recumbit
an qui ministrat Nonne qui recumbit
quasi diceret Ille qui recumbit utique
maior est quo ad iudicium seculi
Sed quo ad iudicium dei aliter est
Nam qui ministrat sepe maior est
apud deum ut patet in exemplo quem
dederim sequi quia ut dicit Augustinus
Non est verus discipulus qui
non imitatur magistrum ut est vana
imago que similis non est auctori
Et ideo deus humilitatem et paupertatem
amavit qui superbie et diviciarum
amator est expellit a se filium re-

xxii° Ego autem in medio vestrum sum
sicut ille qui ministrat quasi diceret
Ego dominus et magister vester ministro vobis
qui tamen maior vobis sum Unde
Beda super Lucam Hic postea Iohannes
plenius commemorat inter cetera
scribit Si ergo ego lavi pedes vestros
dominus et magister et vos debetis alter
alterius lavare pedes et manus et
in vobis ministrando possunt omnia
que deus incarnatus gessit intelligi
quia filius hominis non venit mini-
strari sed ministrare et dare animam
suam redempcionem pro multis
Ministrat enim deus in presenti seculo
gracie et in futuro ministrabit secula
glorie Luce xii° Amen dico vobis
quod precinget se et faciet illos dis-
cumbere et transiens ministrabit
illis Vos autem estis qui perman-
sistis mecum in temptacionibus
meis id est quas pro me sustinuistis
quas dominus dicit suas iuxta illud
Mt xxv° Quod uni ex minimis
meis fecistis michi Et ideo Tho-
mas ait illis Eamus nos simul
et moriamur cum illo Iohannis xi°
Et signanter dicit vos scilicet undecim
discipuli mei qui intrastis scolas
meas estis qui hucusque permansistis
mecum id est perfecte mansistis affectu
scilicet et effectu mente et corpore cum
quo sic manere tunc non erat
pacatum quia ipse erat pauper
et odiosus principibus sacerdotum
et Iudeis qui quasi omnes eum
persequebantur et non mansistis
mecum sicut Iudas qui licet
hucusque per presenciam corporalem
mecum mansit tamen per mentem
cogitando de mea tradicione diu
ante recessit et hoc est de inten-
cione Bede Sed videtur quod discipuli
alii preter Iudam non permanserunt
cum domino quia fugierunt omnes
eo relicto Iohannis xvi° Et Zach.
xiii° Percuciam pastorem et

dispergentur oves gregis dicendo
quod sicut mulier transiens puer-
perium tempus doloris non sentit
adultam nec dolores dimisisse. Sic
nec Christus reputat discipulos
recessisse ab eo sed dicit eos per-
mansisse. Quod quasi certa erant rema-
si quod dicitur Ecclesiastici xviij°: Ne despi-
cias hominem avertentem se a pecca-
to. Vel potest dici quod adhuc non re-
cesserant cum Christus dixit eis
hec verba. Et ego dispono vobis
sicut disposuit michi pater meus
regnum ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo.
Ego scilicet deus unigenitus cui angeli
serviunt quia eiusdem potencie et
essencie sum cum patre Johannis
x°: Ego et pater unum sumus.
Vel ego ad quem pertinet unum-
quemque sui meritum suo merito
collocare sicut Joseph fratres suos
collocavit iuxta ordinem etatis
Genesis xliij°. Dispono vobis i. dispo-
situm esse ostendo vobis qui me-
ruistis Johannis xiiij°: Vado parare
vobis locum. Sicut disposuit michi
pater meus i. sicut ordinavit
ut facerem. Vel sicut disposuit michi
pater i. hilariter et largiter regnum.
Homo enim in mea mensa beatitudine
erit et regnum et rex. Regnum
respectu dei quia deus regnabit
in eo. Cui totus homo plene sine
aliqua rebellione subicietur.
Sed rex erit respectu sui quia tunc
animus reget corpus omnino ad vo-
luntatem suam. Et ideo dicitur Apocalypsis
v°: Fecisti nos deo nostro regnum
et regnabimus super terram i. super
corpus suum quod est for-
matum de terra. Ut edatis scilicet pane
vite Luce xiiij°: Beatus qui man-
ducat panem in regno meo.
Vel ut edatis corpus meum et
bibatis sanguinem meum et etiam
aliis disponendo ministratis i. etiam

militante. Vel esus potest referri ad
solacionem ciborum scilicet ad lenitatem
tendentem in mea beatitudine divisive
deitatis quia in illa consistit beati-
tudo essencie. Et potius ad ... le-
ciam de visione humanitatis. Unde
tunc sic exponitur ut edatis
i. essencia et visione divina frua-
mini et bibatis i. delectationem
habeatis in mea humanitate super
mensam meam. Que omnibus
et solis electis est parata. Et
sumitur hic mensa methaphorice
non enim erimus ibi aliquo cibo
indigentes vel potu nec mensa
sed hic accipitur mensa pro gloria vite
eterne et est rotunda i. eterna
non habens principium nec finem.
Dicta Psalmo: Filii tui sicut no-
velle olivarum etc. Quod in regno
meo i. mensa triumphante. Unde
Ambrosius: Non enim hic et
potius nobis loco primi sponderetur
sed quietatio glorie celestis et vite
eterne. Unde mensa preparata omnibus
sanctis ad fruendum celestis
est gloria vite quia qui esuriunt
et siciunt iusticiam saturabuntur
fruendo desiderato gaudio veri
boni. Et sedeatis super thronos
xij iudicantes xij tribus Israel.
Et sedeatis tamquam iudices et
assessores iudicis quasi diceret
non solum eritis mei commensales
in regno meo sed etiam in iudicio
meo eritis mei assessores. Super
thronos xij° i. super omnes fide-
lium congregationes vobis subiec-
tas et per vos conversas que vobis
predicantibus regnum dei credide-
runt. Luce. Omnis ... qui
suscepit verbum petri thronus
petri est. Unde Psalmo: Quia
illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum David etc.

Iudicantes non auctoritate sed assessoria
dignitate quam apostoli in iudicio
extremo iudicabunt sentenciam pro-
ferendo contra dampnandos sed
sentenciam Christi probatam confirman-
do et approbando. Duodecim tribus
israhel i. vniuersos iudicandos vel
i. vniuersitatem ecclesie et syna-
goge vnde dicit Beda in omeli-
a: Hec illa est gratia ca-
ret Christo seruitatis dextre accessi-
ut qui nunc humiles gaudent
ministrare consortes tunc super domini
mensam sublimes vite eterne
alantur dapibus. Et qui hic in
temptationibus cum domino manserunt
iudicati permanent illic cum eo
super temptatores suos iusti iudices
veniant. Et quanto in hoc mundo
pro humilitatem suam despecti sunt
tanto tunc acceptis sedibus
iudicioque culmine potestatis excrescunt.
Et nota quod non solum apostoli sed
eciam alii perfecti viri qui omnia
propter Christum reliquerunt et ipsum se-
cuti sunt exemplo apostolorum cum
Christo iudicabunt vnde dicit Gregorius
omnes qui exemplo apostolorum sua
reliquerunt cum Christo iudicabunt
cum eo. Matthei xix vos qui reli-
quistis omnia et secuti estis me
in generatione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos iudicantes xii
tribus israhel. Item nota quod quatuor
ordines erunt in futuro iudicio
duo salvandorum et duo dampnan-
dorum. Secundus salvandorum quidam
iudicabunt non iudicabuntur
ut apostoli et ipsorum imitatores
qui hic seipsos iudicaverunt prima
ad Cor. xi° Si nosipsos iudicaremus
non vtique a domino iudicaremur. Et
de materia huius distinctionis vide

supra de conuersione sancti pauli
apostoli sermonem Exeuntes. Secundus incipit
dixit Symon petrus ad ihesum
postea hic non compleui. xcl. De

de decollatione sancti johannis baptiste

Misit herodes rex magnus
et tenuit johannem et
vinxit in carcere. Marci vi°
Iesus describens impietatem
herodis commissam in sanctum
dominum johannem baptistam innuit
herodes prophanavit templum sacer-
dotum sustulit confudit ordines
temeravit regnum corripuit
quidquid erat religionis quod
legis quod vite quod morum
quod fidei quod discipline perdidit
et confudit. Et huius triplex
actus temerarii mistice patet
designatur. Misit enim ad capien-
dum eum super nullam habens
iustificationem. Tenuit deinde
nullam mali habebat occasionem
quia nec suspectus nec conuictus
nec infamatus nec denunciatus
nec accusatus erat. Johannes
secundo apud ipsum vinxit etiam
principes in carcerem suos quia
non audebat eum statim et
publice interficere timore populi.
Illum cui non poterat imputare
transgressionem. Et ideo contra
tot actus temerarios herodis
Crisostomus sic ipsum alloquitur: herodes
te petit causa te arguunt vin-
cula te carcer accusat. Vinxit
enim illum qui predicabat omnibus
peccatoribus penitentibus vinculorum
solutionem et appropinquationem
regni celorum. Vinxit sanctum
maiorem propheta eum inter natos
mulierum quia johannem i. illum
in quo est gratia dei. Est primum
triplex sanctificationis in utero
predicationis in deserto et opinionis
in populo. Et hec tanta fuit
ut crederetur fore Christus. De quo

et cuius sanctitate dicit Crisostomus Johannes
schola virtutum magisterium vite sanc-
titatis forma norma iusticie vir-
ginitatis speculum pudicicie ti-
tulus castitatis exemplum peniten-
cie via peccatorum venia fidei disciplina
maior homine par angelis le-
gis summa ewangelii sanctio apostolo-
rum silencium prophetarum lucerna mun-
di precursor iudicis Christi mediator
dei testis et tocius medius trinitatis
Deinde ostendit causam propter quam
Herodes incarceravit Johannem scilicet
propter Herodiadem uxorem Philippi
fratris sui quia duxerat eam. Beda
dicit Cum vetus narrat his-
toria Philippum filium Herodis
maioris sub quo dominus fugit in
Egyptum fratrem huius Herodis sub
quo passus est Christus duxisse
uxorem filiam regis Arethe.
Postea vero socerum eius exortis qui-
busdam contra generum simul-
tatibus tulisse filiam suam
et in magnum dolorem mariti
prioris inimici eius nupciis copu-
lasse eam huic Herodi fratri Phi-
lippi qui erat tunc maioris
potencie et fame. Unde sequitur
dicebat enim Johannes Herodi non
licet tibi habere uxorem fratris
tui. Ex quo nota quod hec copula
erat inhonesta propter tria. Primo
quia Herodias separata fuit a legit-
timo viro Philippo contra sentenciam
domini que dicit Quos deus con-
iunxit nemo separare potest. Secundo
quia vivente viro huius mulieris
maxime fratre Herodis uxori
non sue adheserat contra prime-
vam matrimonii institucionem
Gen. ii°. ubi dicitur Adherebit vir
uxori sue quasi diceret non aliene.
Tercio quia propter adulterium erat
dicente apostolo ad Ro. vii°. Itaque
vivente viro adultera erit si

si fuerit cum alio viro. Item nota
quod hec correctio fuit modesta et
necessaria. Non licet inquit beatus
Johannes monitis non accusacione
pulsavit ut pote amator castitatis
quem corrigere voluit non punire. Sed
Herodes facibus libidinis ardens perire
maluit quam redire. Etiam fuit
necessaria quia talis commixtio erat
illicita adulteros constituens. Ad Hebre-
os xiii°. Adulteros iudicabit deus.
Secundo fuit necessaria propter
exemplum malum tollendum et
eius sequelam. Cum enim fit a
presidentibus facile ab inferioribus
trahitur in exemplum. Item
fuit iusta quia eciam secundum legem
veterem non licebat fratrem ducere
uxorem fratris adhuc viventis.
Sed si Philippus frater eius fuisset
mortuus sine liberis tunc licuisset
Herodi eam ducere in uxorem ut
suscitaret semen fratri suo. Et hoc
tam ex lege nature ut patet
de filiis Jude Genesis xxxviii°.
quam ex lege scripture ut
[illegible] Deut. xxv°. Sed hic ipse
vivente non licet propter affinitatem
et publice honestatis iusticiam
ecclesia hoc prohibente. Extra de spon. ad
audienciam. Herodias autem
insidiabatur illi et occidere vole-
bat eum nec poterat. Nota quod
duo sunt inter cetera que plus
appetunt mulieres scilicet diligi et
honorari. Herodias itaque sciens
se ab Herode vehementer diligi et
per eius eciam illicitam copulam
expectans maioris honoris quam
prius quia rex Herodes fuit poten-
cior et famosior Philippo. Ideo
insidiabatur Johanni volenti eam
prenare pretiis [?] resurrec-
cionem usque ad mortem quibus
mediis correctore illicita copula
eius cum adultero fuerat permanens.
Et ideo dicit Beda. Timebat

eum herodias ne herodes aliquando
resipisceret ut philippo fratri suo
amicus fieret et sic illicite nuptie
solverentur / Et timuit ne aliquando
herodes correctioni Johannis acquie-
sceret et ab ea separetur. Herodes
autem metuebat Johannem quia
sciebat eum virum iustum et
sanctum et custodiebat eum et
audito eo multa faciebat et libe-
ter eum audiebat / Et dicit Stra-
bus: Quod herodes metuebat Johannem
vel populum in Johanne qui virum
volens eum occidere timuit populum
qui sicut prophetam eum habebant
Et iste timor non solum fuit de
infamia sed etiam de perdenda poten-
tia ne scilicet populus insurrectionem
faceret quia multi a Johanne fu-
erant baptizati ut tunc disponeret
ut eum apud Romanos de crude-
litate et iniustitia accusaret / vel
metuebat eum timore reverentie
quia sciebat eum esse iustum
quo ad homines et sanctum quo
ad deum / Et custodiebat eum scilicet
ab herodiade ne ab ea interficeretur.
Et audito eo multa faciebat
Crisostomus putabat eum spiritu dei loqui
Et libenter eum audiebat / Crisostomus
Johannes dicebat que sunt legis
iustitie et salutis non odii sed
amoris / Et ideo herodes reputabat
utilia que ab eo dicebantur. Theo-
philus / Vide quantum operatur luxu-
rie rabies quia cum herodes tan-
tam circa Johannem haberet reverentiam
et timorem horum fit immemor
ut sue fornicationi provideret. Sy-
mon libro iiijo Capitulo xxviijo dicit
Crisostomus confitebatur herodes quod multa
faciebat audito Johanne tamen de eo
ab eo arguebatur scelere non recedebat
bona que faciebat malo scelere
confundebat faciens quod peccatis
bonis illius operibus non delebat
Nullis enim donis peccata delentur.

nisi per penitentiam eorum abdica-
tionem interdum voluntate semper
peccantibus nulla bona facta sub-
veniunt / Nemo sibi de bonis operibus
blandiatur. Si adposuerit a ponte
dilabitur / Et quod herodes eum
libenter audiebat potius ascriben-
dum est devotioni quam utilitati
cum non resipisceret amplius / Tales
sunt libenter audientibus cantile-
nas et fabulas poetarum homines
audientes verba iustorum et predica-
tores veritatis si prodest non audiunt
ab iniustitiis quantitatis / Audiens
verba sermonis dei veritatis atque
iustitie potius habet emendationem
tantum affectum quam utilitatem libere
audire docetur iustitia si assi-
mili atque contrito corde procedit
dependencia facit alia et imitatur
bonorum mores / Sed nihil hec omnia
pro Johanne qui detinetur. imminu-
bis quia secundum Remigium libidino-
sa voluntas herodis coegit eum
in illum manum mittere quem
sciebat iustum et sanctum. Et per
datur intelligi quod minus peccatum
fuit ei causa maioris peccati secundum
illud Crisostomus qui in sordibus est sorde-
scat adhuc et sanctus sanctificetur
adhuc quod ad personam sancti Jo-
hannis convenienter aptatur qui
sanctus quidem sanctificabatur ad-
huc quia dum passionem [illegible]
martirii palmam meruit per-
venire prout addit Beda in omelia
Et cum dies oportunus accidisset
herodes natalis sui cenam fecit
principibus et tribunis et primis
galilee / dies oportunus scilicet ad con-
vivandum sed magis oportunus
malicie herodis ad mortem Johannis
machinandam videlicet ut in armamento
occasio talis mortis fieri debebat
fieret coram personis tam multis
et sollempnibus ita ut eum

transgredi non licet / Et dicit beda
Et nota quod solus herodes et pharao le-
gimus natalis sui diem celebra-
sse et utrique sollempnitatem sanguine
fedasse / Sed herodes tanto nequius
quanto sanctum et veritatis doc-
torem et regni celestis preconem
preconem occidit et pro oto salta-
tricis caput eius ante omnes
insite non puduit pharao peca-
torem eunuchum occidit ut ipsi
exemplo melius est et utilius
diem mortis semper commemo-
rando timere quam diem nativi-
tatis luxuriando celebrare / Nos
enim ad laborem nascimur et
sancti per mortem transeunt ad
requiem / Cumque introisset filia
ipsius herodiadis et saltasset et
placuisset herodi simul et discum-
bentibus rex ait puelle pete
a me quod vis et dabo tibi
Cumque introisset filia herodiadis
submissa a matre et saltasset
sicut ab eadem fuit informata
unde theophilus Sicut enim
commune sit sathanas per puellam
saltat et iuramentum perficit
scelestum / Et placuisset herodi
simul et discumbentibus / tu apte
principium tu apte leticiam Rex
ait puelle / Et sic Evangelista
appellans vocat ipsum herodem re-
gem iuxta morem illius patrie
que eum sic vocabat cum tamen
rex non erat / pete a me quod
vis et dabo tibi / Et hoc dixit
herodes non tamquam liberalis
vel prodigus seu magnificus sed
sicut dolosus et fraudulentus
cuius dolositatem nomen eius
quod interpretatur pellibus glorians
designat / Nam in exteriori apparen-
tia liberalitatem et religionem
ostendebat et intus maliciam
retinebat / Unde ipsum vulpem

appellavit / Cum enim quidam pha-
riseorum accederent ad ihesum dicentes
illi / Exi et vade hinc scilicet de ga-
lilea ubi dominatur herodes et transi
in aliud locum quod ibi non habet
potestatem secundum Glosam quia he-
rodes vult te occidere / ait illis / Ite
et dicite vulpi illi / Ecce eicio
demonia et sanitates perficio
Luce xiii / Et nota quod de con-
suetudine bonarum matronarum divi-
tum et pauperum est ita pudice
nutrire filias suas ut vix ab
extraneis videantur / Sed hec
impudica mater impudice
filiam suam nutrivit quam
non docuit pudorem sed saltacionem
Et rubor reprehendunt et similes
mulieres / Item reprehensibilis est
herodes et sui sequaces qui quasi
oblitus est domum suam esse
aulam regiam quam mulier
cum adultera predicta sua fecerat
theatrum / Et sicut hodie multe
reperiuntur curie principum et ducum
in quibus multe fornicaciones
committuntur et inpossibilius et
ita ut quasi tales gloriantur de
turpitudinibus suis / Et iuravit
illi quia quidquid petieris dabo
tibi licet dimidium regni mei
herodes / Ergo non excuso herodem
quasi invitus et nolens per iu-
ramentum fecit homicidium
quia ad hoc forte mansit ut
future occasioni machinas pararet
alioqui si ob iusiurandum fecisse se
dicat homicidium si matris vel
patris postulasset interitum fac-
turus fuerat an non quasi diceret
non fecisset / Et nota quod ipse
reputatum sunt contempnere de-
bent nephas / Et quo nota secundum
augustinum et notus beatum ...
quod sunt tres comites / primo enim
cooperante ... quod habet indicium

primo ita quod iurans debeat de ipso. Secundo ex parte rei de qua fit debet habere veritatem ita quod iuramentum assertorium quo aliquid assentitur habeat veritatem vocis ad mentem et ad rem de qua ut sit verum id quod assentitur. Iuramentum vero promissorium habeat veritatem et nullam intencionem ad implendum illud quod promittitur. Tercio ex parte cause propter quam fit iuramentum debet habere iusticiam ita quod causa sit iusta propter quam aliquid assentitur vel promittitur sub iuramento subiuramento. Aliter autem est illicitum et periurium reputabitur xxij q. prima Iurabit. Item nota quod omnibus predictis modis hoc iuramentum herodis fuit illicitum. Tercio quia factum fuit in convivio et dissolucione lascivia et subito. Ideo non indiscreto primo caruit. Item cum fuerit promissorium de quibus re indifferenter usque ad dimidium regni veritatem non habuit quia si petivisset dimidium regni non dedisset ei ut supra dicit Beda. Et matris vel patris interitum postulasset herodes non consensisset. Et ideo hoc iuramentum tamquam temerarium non erat servandum, dicente ysidoro. In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti ne facias. Impia est promissio que scelere adimpletur. xxij q. iiij In malis. Tercio cum exisset dixit matri sue quid petam. Cum exisset foras convivii dixit matri sue quid petam. Puella enim non ex simplicitate vel cupiditate petendi aliquid preciosum vel pro malignitate matris informata vel alcius quod ad materiam veniret si ipso aliquid ei promitteret consilium matris quesivit. Venenata enim et malefica

mulier suasit filie sue et dixit. Unde sequitur Et illa dixit Caput Johannis baptiste. Ideo hoc suasit mater ideo ut hec impietate sua illam sanctam virginitatem que eius illicitam copulam et incestus adulterium arguebat. Cumque introisset statim cum festinacione ad regem petivit dicens volo ut protinus des michi in disco caput Johannis baptiste. Glosa Ecce filie ordinatur inordinata et maledicta postulacio puelle. Primo quia cum festinacione accelerauit ad regem tamquam non habens retinaculum roncus retardatum a malo. Item quia erat proprie voluntatis quia dixit volo. Sunt multi mali homines tantum desiderant implere suas voluntates proprias non curantes quid expediat. Item fuit magne importunitatis. Unde ait protinus. Unde Theophilus. Maligna mulieris hec importunitas et maligna mulier quia protinus sibi caput Johannis dari petit, id est statim in illa hora. Timebat enim ne herodes resipisceret et recederet a promissis. Item fuit inverecunda cum adiecit des michi in disco. Tercia inverecundia est maxime puelle caput hominis decollati quod alie caste virgines horrent aspicere portare publice ad convivium. Item erat audacis nequicie ideo petijt caput Johannis baptiste. Audacissime enim nequicie fuit unius muliercule postulare caput viri sanctissimi et quem populus reputabat prophetam. Et qui a Christo dictus est plusquam propheta et aliis plurimis preconiis ab ipso commendatus. Hec est illa nequicia de qua dicitur Ecclesiastici xxv. Non est caput nequius

super caput calubri nec regina
super reginam mulieres. Reg.
Et contristatus est rex propter
iusiurandum et propter simul discu-
bentes noluit eam contristari.
Contristatus est id est exterius tristiciam
ostendebat cum licet haberet noticiam
intus et sic contristatus est quantum
discumbentibus videbatur. Unde dicit
Beda Consueto scripturarum more
non re sed multorum opinione con-
tristatus est Herodes quia hec discum-
bentes putabant dissimulator
enim mentis sue tristiciam prefere-
bat in facie et leticiam celebrabat
in mente. Ergo cum hec iura-
mentum erat incautum ideo nul-
lum fuit quia iuramentum in-
cautum vel dolosum vel quod
urget in peiorem exitum non
obligat. Sicut istud urgebat
ad mortem viri sancti ideo servari
non debuit sed mutari. Exemplo
David qui iuravit occidere Naabal
et omnem domum eius set non
occidit quia meante iuramento
et in peiorem exitum iuramen-
tum eius urgebat. Habet ergo
aggravari sacrilegium Herodis quod
sub pallio iuramenti quod quasi
transgredi non licet homicidium
perpetravit. Unde Rabanus Hero-
des sub occasione pietatis impius
fit dum iuramento scelus
excusat. Et non solum propter
iusiurandum sed etiam propter discum-
bentes qui favebant puelle pe-
tenti ut omnes fierent participes
criminis. Vel quia publice coram
eis iuravit et voluit etiam ag-
gravatur peccatum eius. Ergo quo
habent plures consocios vel exem-
plum pluribus occasio peccati et pravi
exempli. Item aggravatur
ex eo quod sequitur Noluit eam
contristari. Movet enim ad tale

scelus perpetrandum ex ista causa
ne ipsa muliercula contristetur.
Multum aggravat excessum quia
quanto esse causa minor est
plus frivola tanto excessus est
gravior. Sed misso spiculatore
precepit afferri caput Iohannis in
disco. Spiculatore id est carnifice.
Unde Theophilus Spiculator
carnifex dicitur qui constituitur
ad homines interficiendum. Precepit
afferri caput Iohannis in disco id est
in mensa que dicitur discus
quasi dans escas. Unde etiam
discumbentes dicuntur id est illi qui
in eadem mensa sunt. Vel in disco
id est scutella quia in ea dantur
esce. Et decollavit eum in
carcere. Non enim ausus fuit pub-
lice eum decollare timore populi
ut supra dictum est. Et attu-
lit caput eius in disco et dedit
illud puelle et puella dedit
matri sue. Et ludibrio. Crisostomus
deplorans convivia mulierum cum
tibus de Iohanne de quibus super-
ius dictum est sic dicit. Et hec
tantis datur mercedem tradita
adultere adicitur saltatrici. Unde
ergo confracta sunt viscera cordis
tremuerunt de eius decollatione
dicit beatus Gregorius libro iii
moralium capitulo iii. Mirandum est
quod omnipotens deus illos quos sibi
tam caros metuendo conspicit
tam vehementer quasi despicien-
tes affligit. Ecce dum beati
Iob vulnera cuncta considero
repente mentis oculos ad Iohannem
reduco. Et non sine gravissima
admiratione perpendo quod ille prophe-
tie spiritu intra matris uterum
impletus atque ut ita dixerim
priusquam nasceretur renatus

Ille amicus sponsi. Ille quo inter
natos mulierum nemo maior
surrexit. Ille sit propheta et plus
etiam quam propheta. Ab iniquis
meretricum mittitur et ob puelle
saltantem capite truncatur. Et
vir tante severitatis precium tur-
pium moritur. Nunquid credimus
aliquid fuisse quod mens vita iam
sic deserta mors terget. Sed
qui ille vel in malis peccavit qui
locustas solum modo et mel
silvestre edebat quod in qualitate
sui tegminis delinquit qui ca-
melorum pilis suum corpus operuit.
Quid de conversatione sua offe-
ndere potuit qui de heremo non
recessit. Quid illum loquacitatis
reatus polluit qui distinctus
longe ab hominibus fuit. Quid
illum vel silencii culpa tangit
qui ad se venientes tam vehe-
menter increpavit dicens Geni-
mina viperarum quis demonstrabit
vobis fugere a ventura ira. Quid
est ergo quod de Job dei testimonio
prefertur et tamen plagis usque ad
sterquilinium sternitur. Quid est
quod Johannes dei voce laudatur et
tamen pro temulencie verbis in sal-
tacionis precium moritur.
Quid est quod omnipotens deus sic
vehementer suos in hoc seculo de-
spicit quos sic sublimiter ante
secula elegit nisi hoc quod pietati
fidelium patet. Quia ideo sic
eos premit in infimis quia
videt quo remuneret in summis
et foras usque ad despecta deicit
quia intus usque ad incomprehe-
nsibilia producit. Hinc ergo unus-
quisque colligat quid illic pas-
suri sunt quos reprobat si hic
sic cruciat quos amat. Aut

quos feriet qui in iudicio argu-
endi sunt si sic eorum vita premitur
qui ipso iudice teste laudantur.
Quo audito discipuli eius ve-
nerunt et tulerunt corpus
eius et posuerunt illud in mo-
numento. Cernamus cum ista iam
essent facti discipuli Christi qui
prius fuerant discipuli Johannis ta-
men ex magna reverencia quam
eos ad locum decollacionis eius
venerunt ad locum ingredi pos-
sent. Defuncto igitur pietatis
obsequium exhibere quia sepelire
corpora sanctorum computatur inter
opera pietatis ut patet de Thobia
et ad Romanos primo et vii.
In quo autem sepultus legitur in Scola-
stica historia quod Johannes in castro quod
dicitur Macheruntha vinctus fuit
et decollatus et in Sabasta que
alio nomine Samaria dicebatur sepul-
tus. Caput tamen eius Jerusalem
portatum fuit et iuxta domum
Herodis reconditum. Cum autem
ad eius sepulchrum in Sebasta
multa miracula fierent gentiles
ob hoc invidentes [illegible] tempore
Juliani apostate ossa eius per cam-
pos sparserunt quorum bonam
partem collegerunt quidam mo-
nachi inter que fuit digitus quo
indicaverat Christum dicens Ecce
agnus dei. Reliqua autem gen-
tiles recolligentes combussissent
et in cineres redegerunt etc.

Sequitur de nativitate beate virginis

Sanctificavit tabernaculum
suum altissimus psalmus xlvi
Cum incipit deus in
refugium etc. Altissimi cuius tabernac-
ulum fuit virgo gloriosa Maria
sui corporis et anima quam
deus in utero sue matris Anne
sanctificavit. Et post virginis sanctitate

et comisacione confirmant. Et finaliter ipsam sibi et suis sanctis in gloria sociamus. Ita ut de ea iam residente ad dextram filii illud propheticum possit verificari: Ecce thabernaculum dei cum hominibus, i. virgo gloriosa est nunc cum sanctis animabus hominum in gloria. Hinc est quod festum nativitatis gloriose virginis scilicet quod in mundo nata est celebratur, quia fuit in utero sue matris sanctificata. Hoc enim festum olim non celebrabatur. Sed ergo dum miraculo approbato originem duxit ipsius celebritas. Tradunt enim religiosus vir et sancte vite pluribus annis audiebat angelos sollempnizantes in celis. Cui causam inquirenti revelatum est: quod angelos gaudere quia beata virgo nata erat illa nocte. De quo miraculo explicans summo pontifici regens festum celebrari precepit et in celebrando nos celesti curie conformemur. Ut hoc festum hoc ieiunium institucionis sed devocionis. Olim etiam non habuit octavam. Sed Innocencius papa iiii ipsam instituit. Vacante enim Romana ecclesia post obitum Gregorii pape ix° cardinalibus concordare nequeuntibus Romani per plures dies eos inclusos multas molestias inferebant. Ipsi quod dicti ~~cardinale~~ cardinales regine celi voverunt quod si eius meritis concordarent et libere abirent possent octavam sue nativitatis diu neglectam celebrandam de cetero statuerunt sed sicut in celestinum in unum concordaverunt et liberati sunt. Sed quia celestinus vixit xviii diebus ideo non potuit votum adimplere quod postmodum dictus Innocencius eius successor

adimplevit. Ita notat Wilhelmus in rationali. Henricus qui etiam subiungit quod ecclesia celebrat tres nativitates: Johannis baptiste, Marie et Christi. Johannes fuit lucifer quia sicut lucifer precedit solem ipse Christum quia ipse fuit primus qui aperte predicavit. Maria aurora quia per ipsam incepit dies gratie et per ipsum lux que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nativitas autem Christi fuit ortus solis quia in eo splendor patris apparuit. Trina etiam Johannes sanctificatus fuit in utero Christum indicavit et digito demonstravit ipsum quem in iordane baptisavit. Ideo cum virgine sanctificata matre baptiste demonstrari quo nativitatis festum meruit habere. De sanctificatione autem huius thabernaculi scilicet gloriose virginis dicit Augustinus: Ego puto quod copiosior sanctificationis benedictio in ipsam descendit que non tantum ipsius sanctificaret ortum sed etiam vitam deinceps ab omni peccato custodiret immunem quod nemini alteri mulieri creditur esse donatum quia alii post sanctificationem ad minus venialiter peccaverunt. Et hoc confirmat dictum beati Ambrosii: Decuit nempe decens erat ut ea puritate qua sub deo nequit maior intelligi illa beata virgo niteret cui deus pater unicum filium suum quem de corde suo equalem sibi genuit et quem sicut se ipsum diligebat committere disponebat, ita ut naturaliter esset unus et idem communis dei patris et virginis filius, et quam ipse filius specialiter sibi in matrem eligebat et de qua spiritus sanctus volebat

et ornatus erat ut conciperetur et nasceretur ille de quo ipse predicabat. Ecclesia ergo hodie de hac virgine sanctificata et in mundum prenata gaudiose convenit. Nativitas tua dei genitrix virgo gaudium etc. Cui congaudentes dicamus Ave. Dicendo ergo de eius gloriosa nativitate primo videamus quomodo ipsa antiquitus fuit huiusmodi prefigurata. Est enim figurata in archa Noe in ydria in thabernaculo moysi. In archa testamenti. In candelabro. In propiciatorio. In throno Salomonis et in pluribus aliis sanctis. Item est figurata in visis et in ymaginatis et in rubo moysi. Exo. iii°. In se de pulcherrima super firmamentum. Ezech. primo. In monte de quo prescissus est lapis scilicet christus sine manibus quia ipse petra excepta operatione spiritus sancti sum[?] carne homo de virgine factus. In arbore que celum tangebat. Daniel iiii°. Item in porta clausa. Ezech. xliiii. In velle gedeonis. Judicum vi°. In fonte parvo qui crevit in magnum flumen. Hester x°. In porta celi speciosa. Actuum iii°. In muliere amicta sole sub cuius pedibus luna et stelle xii in corona capitis. Apok. xii°. Similiter in virginibus et mulieribus veteris legis prefigurata fuit in rebecca rachaele in judith et zara. Item advertendum quod non solum fuit variis modis prefigurata sed etiam multipliciter prophetata. Num. xxiiii°. Orietur stella ex Jacob. Et ysa. vii°. Ecce virgo concipiet. Et ysa. xi°. Egredietur virga de radice Jesse. De qua canit Ecclesia. Virgo dei genitrix virga est flos filius eius etc. Nunc de nativitate huius virginis est dicendum. Fuit enim de stirpe Jesse qui erat pater david. Sed dicet

aliquis. Cum ista virgo purissima orta fuit ex [illegible] david qui adulterium commiserat et Salomone qui etiam erat peccator in adulterio genitus qui in senectute sua deside[?]ravit et alii plures mali vitiis fuerunt. Dico quod hoc est triplici ratione. Prima ut comparatione ad aliorum extremorum ipsam plus extolleret quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Et ideo canit Ecclesia. Sicut lilium inter spinas et sicut spina rosam genuit ita iudea mariam. Secunda ut dei sapientia mirabilior appareret et quod ipsa de mala radice fructum bonum producere sciret et vellet. Tercia ut confidentia peccatorum augeretur et quod homo ad naturam inclinaretur et ipsa virgo beata ad miserendum peccatori que mediatrix inter deum et hominem fieri debebat. Item ad ostendendum quod christus cuius genealogia describitur in Mattheo hodierno ad salvandum peccatores venisset non tantum iudeos sed etiam gentiles. Item ipse david penitentia sua peccatum deleverat ita quod deus non fuit suarum iniquitatum amplius memor quia ipse dixit per prophetam Ezechielem. In quacumque hora peccator a via sua conversus fuerit omnium iniquitatum suarum non recordabor. Ideo licite potuit poni in hac generatione. Item boni et mali mixta genealogia describuntur boni ideo quia ut antiquitus nobilitate ipsam nobilitate extolleret quia non potest arbor bona fructum malum facere. Secundo ut sanctitas ipsam undique circumdaret. Tercio ut eius nobilitas laudabilior appareret. Sed dicet aliquis videtur quod deus non debuit eligere matrem nobilem secundum carnem quia deus non elegit multos scilicet nobiles secundum carnem et potentes

in apostolos sed simplices piscatores
prima ad Cor. 1o. Item glosa
super illud venit cum deus / quia
deus humilis venit eligere humiles
non altos / Et ut videtur ma-
ior esset humiliacio corporis dei
de ignobili quam de nobili incar-
nari. Sed istud non obstat quia
quanto plus aliquid est eleva-
tum sursum tanto plus potest
deprimi deorsum / Et quanto enim
mons altior tanto vallis pro-
fundior / Ergo quanto quis est
altior per nobilitatem / tanto plus
potest descendere ad humilitatem. Sed
beata virgo fuit profundissime hu-
militatis quia de se dixit Quia
respexit dominus humilitatem ancille
sue. Hec enim vox est i. cumulo
humilitatis / Statim ibi dicens omnes
generaciones quia omnes unicam
respicimus in celo consistentes
ut ipsam diligent. / Cant. 1o
Adolescentule i. sancti et sanctorum
anime dilexerunt te nimis In
purgatorio consistentes ut per eam
liberentur homines viventes ut per
eam dirigantur ad portum salutis
sicut navigantes stellam maris
considerant et per eam se re-
gunt ut ad portum perveniant
Unde beatus Augustinus de sua humilitate
ita dicit / Regina fuisset super
omnes choros angelorum exaltata
nisi fuisset infra omnes homines
humiliata. Item superbia est tollera-
bilior in nobili et divite quam
in vili et paupere. Igitur humili-
tas laudabilior in nobili quam
in ignobili. Ideo decuit istam virgi-
nem esse summe nobilem. Cuius
autem nobilitas stetit in talibus
primo ex causa originis quia
fuit filia principis regno sibi deus
ipsum peculiarem elegit. Secundo
ex substancia quia nature perfectam
et gratie plenitudine in se continet
Nature perfectio in beata virgine patet

ex eo quia in statura et in membris
fuit sicut femina debet disponi
convenientissime ordinata quia
corpus sui filii fuit perfectissimum
in suis naturalibus / debitam
habuit quantitatem sicut vir debet
habere / Corpus autem filii formatum
secundum quantitatem corporis matris
et qualitatem / de tanto tantum
et de tali tale nisi error accidentis
impediat. Igitur si corpus christi
habuit debitam quantitatem valde
congruentem. Ubi enim vigent vires
nature ita quod naturalia sunt non
erant in aliquo insufficiencia
quia nobiles et virtuosos effectus
de se produxit / Et ideo quibus
in humilitate fuit profundior ut
preceteris esset maioris gratie
capacior quia aque de montibus
ad valles confluunt et ibi ma-
nent / Et ideo angelus Luce
primo eam salutando dixit Ave
gratia plena / Et ideo dicitur
Hester xi° Fons parvus crevit
in flumen magnum. Et quod Albertus
magnus exponens dicit / fons
parvus dicitur beata virgo fons propter
gratiarum abhundanciam parvus
propter humilitatis excellenciam
Item crevit in flumen magnum
quando de se genuit dominum ihesum
christum qui est flumen abhundans
in omni bonitate et gratia. Ecclesiastici
xxiiii° Ego quasi aque
quasi aque ductus egressus
sum de paradiso et cetera. Secundum aliud
Gloriosa ergo dei genitrix
de nobili prosapia sicut
dictum est procreata etiam
insufficiencia nobilis apparebat
sicut supra tetigi. Nobiles enim
effectus de se produxit quia ad
annos discrecionis perveniens
optime conversari cepit et
pluribus factis et moribus potest
apparere sumptibus ex actibus
prophetarum patriarcharum et sanctorum

quos deus propter aliquos actus spe-
cialiter dilexit et ex eisdem deo
omnipotenti eorum conversatio pla-
cita fuit. Primo patet in Abraham
patriarcha quem deus singula-
riter dilexit propter eius fidem Genesis
xv°. Credidit Abraham deo et
reputatum est illi ad iusticiam
et amicus dei appellatus est.
Quodsi deus dilexit Abraham
propter fidem qua credidit et de sene
et vetula filium nasciturum, multo
forcius virginem gloriosam que credi-
dit se virginem parituram deum
et hominem et virginem mansuram
permansuram quod est difficilius
unde est forcior et laudabilior
dicente enim angelo dei ei Ecce
concipies etc. Ipsa virgo nisi modum
inquirens subiunxit Fiat michi
secundum verbum tuum Luce i°. Unde
Beda super Missus est: non dubitavit
Maria de facto sed ordinem requi-
sivit. Non enim dixit An fiet sed quo-
modo fiet. Item dilexit deus Mo-
ysen propter eius mansuetudinem
qui fuit mansuetus et mitis-
simus hominum quia Iudei multo-
ciens insurrexerunt contra eum
recalcitrando mandatis dei et
ipsum increpaverunt ita quod dominus
deus sepe voluit eos plagare
quod Moyses mansuetus et mitis
suis orationibus avertebat. Ideo fuit
vocatus amicus. Et ideo ei deus
loquebatur facie ad faciem sicut
homo cum amico loqui consue-
vit ut habetur Numeri xii° et xx°.
Ista autem est virgo singularis et
inter omnes mitis ut canit
ecclesia dicens. Et ut dicit Glosa
super illud Mathei v° Beati mites:
Mites sunt qui malis
motibus dominantur. Sed beata virgo
malis motibus perfectissime domi-
nabatur quia eius dominium fuit
sine pugna, omnium autem aliorum
cum pugna. Item mansuetus

non irritat nec irritatur nulli no-
cet nec nocere cogitat. Sed ipsa
virgo beata non irritavit nec irritata
fuit cum effectu nec alicui nocere
desideravit sed omnibus prodesse ita
ut de se dicere possit illud Ecclesiastici xx-
iiii°: Ego mater pulchre dilec-
tionis timoris et agnicionis et
sancte spei transite ad me omnes.
Item dilexit deus ipsum David
regem singulariter propter humilitatem
qua cum Michol filia Saul eum
derideret saltantem ante archam
domini dixit Ludam et vilior ero
plus quam factus sum et ero humilis
in oculis meis. Et ideo propter hoc deus
ipsum David filium suum appellavit
et dixit de David se invenisse
virum secundum cor suum et benedixit
sibi et inimicis suis multipliciter
maledixit ii° Regum vi, vii et
viii°. Hec autem fuit humillima
ut dicit Augustinus: Nunquam super
choros angelorum fuisset exalta-
ta nisi infra omnes homines
fuisset humiliata. Unde Bernardus
super Missus est super illo verbo
Ecce ancilla domini inquit: Quid
dicis virgo sine superbia? Quamvis se
virginem oblatam gloriatur de hu-
militate. Quanto enim honora-
bilior es ex singulari munere
castimonie tanto tibi maiorem
facias iniuriam. Absit quod tue
vite decorem fedes pravitate
superbie. Plus enim expedit vir-
ginem non esse quam de virgini-
tate superbire. Item dilexit deus
Mariam Magdalenam et sororem
eius Martham propter hospitalitatem.
Hec autem virgo fuit vera Christi
hospita quia in utero suo non
domo lignea vel lapidea Christum
hospitavit ipsum sua carne ve-
stivit et [illegible] lacte cibavit.
Item dilexit deus in novo testa-
mento Iohannem singulariter propter
castitatem qua hic secundum discipulus

que diligebat ihesus. Hec autem
est virgo virginum. Hec enim virgini-
tatem induxit ipsam quod suo to-
to sanctificat quia dicunt plures
doctores ipsam fuisse primam ante
castitatem deo vovit. Olim enim
coniugium erat nobilius virgini-
tate. Sed hodie et post adventum
huius virginis econverso. Circa
olim virginitas ne cadebat sub
precepto nec sub consilio. Sed
tunc matrimonium fuit sub pre-
cepto. Circa precepit deus primis
parentibus dicens Crescite et mul-
tiplicamini et replete terram Gen.
primo. Item precepit Noe post
diluvium Gen. ix. Sed non po-
terant ordinate multiplicari
nisi per matrimonium. Item dicebatur
in lege maledicta sterilis que
non derelinquit semen super terram
transsumptive xxxii q. iiii. Si-
gnis ita. Sed nostris temporibus
nullus obligatur ad matrimonium
quia tam multi sunt volunta-
rie contrahentes quod nisi quando
veniunt pestilencie et strages
hominum mundus repletur homi-
nibus. Sed inter pugnam virgo
glosa venit continencia et
maxime tempore gratie virgini-
tas consulitur tamquam pertinens
ad statum perfectionis. Matrimo-
nium autem indulgetur ut
pertinens ad statum communis vite
et in remedium concupiscentie.
Et ideo dicit Apostolus prima ad
Cor. vii. De virginibus preceptum
domini non habeo. Et quod predicte vir-
ginitate necessariam ad salutem
consilium autem do ut de meliori
bono. Item virginitas a sanctis
doctoribus multum commendatur
primo per Ambrosium xxxii q. i
dicentem Nuptie terram implent
virginitas paradisum. Glosa etiam
virginitas soror est angelorum quia
ibi omnes erunt virgines. Et
glosa prima ad Cor. vii. in-
super creditum virginitas conditio
humane nature per quam homines
angelis assimilantur. Maior ta-
men est victoria virginum quam
angelorum. Angeli enim sine impu-
gnatione carnis vivunt virgines
vero in carne triumphant incarnatione
que preter carnem carne
non terrena vita est sed celestis.
Et idem Ieronimus in sermone de assump-
tione virginis. Hanc autem virgini-
tatem virgo gloriosa excellentissime
consecravit que ultra omnes
virgines et ultra Johannem
evangelistam conservare meruit. Item
dilexit dominus in novo testamento
sanctum Nicolaum propter opera misericordie
quia tribus virginibus subvenit
et alia plura pia opera exercuit.
Sed virgo sancta non solum
opera misericordie appellatur quia ab ipsa
incepit origo regni misericordie et
per ipsam suscepimus misericordiam in
templi dei dominum Ihesum Christum per
que via et veritas facta est et
que dicitur regina misericordie. Alii
ante sunt filii misericordie ergo intuitu
misericordie Christus pre omnibus sanctis
ipsam elegit et dilexit. Con-
sequenter de vita activa huius
virginis est dicendum que consistit
in sex operibus misericordie et in actibus
et exercitiis eorundem est. Et ista
opera virgo beata excellentissime
prestat quia de quanto opus
a digniori persona et meliori
et maiori et digniori persone
et cum maiore caritate exhibetur
tanto est excellentius et perfe-
ctius. Sed virgo beata post Christum
omnibus dignior et melior
fuit ut patet. Tunc suprascripta
est universas et dignissime
persone scilicet Christo omnia opera misericordie

cohibuit et copiosa caritate qua
abhundancius quam sunt cetera aliquorum
sanctorum igitur perfectissime ista
opera complevit / Primo igitur filio dei
venienti de summo celo et peregrinan-
ti in valle hac miserie iuxta illud
Ieremie xiiii° Quasi colonus fu-
turus es in terra et quasi viator
declinans ad manendum prebuit
hospicium suum sanctissimi corporis
et anime in quo se posuit tabernacu-
culum suum in virgine glosa
pater celestis posuit filium suum
carne virginali obumbratum / Secundo
vestivit ipsum filium dei sue carnis
tegumento et maternalium pannis
involvit Luce ii° / Tercio dei filium
esurientem et sitientem lacte
suo cibavit et pavit seu potavit
Luce xi° Beatus venter qui te
portavit et ubera que suxi-
sti Quod figuratum fuit Ruth
ultimo in Noemi muliere de qua
ibi dicitur Ista enim concepit
et peperit filium susceptum quem puerum
posuit in sinu suo et nutricis
ac gerule officio fungebatur
Noemi enim pulchra interpretatur
Ista autem virgo fuit pulcherrima
intus et extra Canticorum iiii°
Tota pulchra es amica mea ge-
no quesita nutrice puerum sola
pavit et in sinu posuit / Hoc
est contra malas mulieres que
recomendant pueros pascere quam eos
committunt suffusis mulieribus
cum tamen lac maternum sit nobis
bus multo quam lac alienum propter
similitudinem materie et complexi-
onis quia ab unde aliquo modo
traxit originem / Quarto ipsum
dei filium viventem et omnium salvatorem
in assumpta carne infirmatum iuxta
illud psalmi Infirmata est in pauper-
tate virtus mea quottidiana cura
et custodia visitavit fovit et

confortavit / Item primo Ego enim
egenus sum et pauper Item
miser factus sum et curvatus su-
stinui omnes defectus corporales
in quibus virgo ista subvenit
sibi iuxta posse / Quinto virgo
gloriosa filium suum in cruce positum
visitavit / In quo nota quod satis
cuius est maceratus qui physice
afficitur motu corporis et membrorum
Sic Christus fuit maceratus quod
erat cruciatus ad istum Tercium
virgo gloriosa fuit secuta et ei
condolens sub cruce stetit quo-
usque dixit consummatum est Sex-
to mortuum sepelivit quia cre-
dendum est quod ipsum ad locum
sepulture conduxit / Devota
contemplativa huius virginis
est nunc dicendum que secundum
Bedam est abstractio active
quiescere et solo desiderio conditoris
ris inherere Albertus dicit Con-
templacio est libera mentis per-
spicacia in sapientie specula cum
admiracione et delectacione men-
tis suspensa / Meditacio autem
est providus et subtilis animi
intuitus in rerum indiscussione
et veritatis invencione suspensus
Et incipit contemplacio in a
ab inferioribus transiens ad
superiora considerans circa divina
opera / Et istorum operum quedam
sunt creacionis quibus mundus
in homine et homo in mundo po-
est constitutus Alia sunt repa-
racionis quibus mundus in homine
et homo cum mundo est reparatus
Alia sunt opera consummacionis
et glorificacionis quibus mundus
et homo in mundo et cum mundo
renovabitur / Prima opera specu-
landa sunt incipientibus Ysaie
xl° Leva oculos tuos et vide
in celum excelsum et quis creavit

48

deus. Secunda sunt speculanda
proficientibus psalmus. Visi ob-
liviscaris omnes retribuciones eius.
Ultima sunt speculanda perfectis
in ultimo et optimo statu. Sed
igitur beata virgo plene cognovit
quare et propter quid factus fuit
mundus et omnia que in eo sunt
tamen circa prima opera non multum
versabatur eius intencio et circa
talia quibus occurrunt plures
curiositates quam utilitates ut
patet de contemplacione philosophorum.
Sed circa opera reparacionis et
glorificacionis versabatur eius con-
templacio precipue gratulando
et exultando de annunciacione an-
geli sibi facta et de collato bene-
ficio generi humano ea mediante.
Item altissima eius contemplacio
erat circa gloriam incarnacionis
sui prolis et ceterorum operum
humane reparacionis et suam intima
speculacionem extrinsecus verbis declarat
dicendo: Magnificat anima mea
dominum. Luce primo. Sed posset quis
dicere prius dixisti quod ipsa virgo glo-
riosa se operibus vite occupabat
que pertinet ad vitam activam
et nunc dicis quod fuit maxime
contemplacionis que duo non
videntur consonare. Respondeo optime
quia illi et circa illum opera vite
exercuit qui est speculum contem-
placionis in cuius facie angeli de-
lectantur inspicere. Ideo famulatus
dei genitricis filio exhibitus eius
contemplacionem non impedivit sed
plus promovit. Et videtur in
quod iste vite non sint distincte quod
in uno supposito simul non vale-
ant reperiri sed in uno et eodem
ut videtur multociens reperiuntur.
Et in hac virgine glosa sunt re-
perte que plena fuit omni gratia.
Et ut finaliter hoc opus conclu-
dam nescio quod ipsam laudare
ad plenum cum laudem sancti re-
quirunt enarrare. Sed dicam
cum Anshelmo. Ille spiritus sanctus
qui sanctis singulis singula
sua dona dedit et dat. Sunt
tibi domina uni gratiarum largitor
dedit per se spiritus sancte. Alii consilium et
intelligentiam promovit nichil tibi
dimisit cui totus deus se totum
dedit. Meruit enim mater dei
esse quod est omnibus donis dig-
nissimum. Unde super illud Ecclesiastici xx-
iiijo. In plenitudine sanctorum
detencio mea. In hac plenitu-
dine sanctorum erat eius deten-
cio cui nec puritas angelorum
nec fides patriarcharum nec spes prophe-
tarum neque zelus apostolorum nec
constancia martirum defuit nec
eciam societas confessorum nec
castitas virginum nec fecunditas
coniugatorum defecit etc. Sermo
Nunc iudicium mundi est.
Johannis xij. Cuius
eodem capitulo dominus se
grano frumenti comparans suam
predixit passionem ostendens se
moriturum et gloriose resurrec-
turum. Sed quia hic obscure di-
xerat ideo hec manifestius decla-
rat dicens propter se de mundi iu-
dicio et electione principis
mundi et de sua exaltacione quo
exaltandus esset in cruce per
quam exaltacionem cognoscent
fideles ab infidelibus bonum a ma-
lis electi a reprobis. Et dicit
Nunc iudicium est mundi. Et
supplet glosa iudicium discrecionis.
Pro quo nota quod differencia est
inter iudicia. Est enim multiplex
iudicium. Primum comparacionis. Luce
xo. Regina austri surget in
iudicio cum generacione ista et
condempnabit eam glosa compara-
cione melioris facti. Unde dicit
Sapiencie iiijo. Condempnat autem

iustus mortuus primos impios. Secundum est iudicium transgressionis prima ad Cor. xi° Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Et Johannis iij° Qui non credit iam iudicatus est scilicet transgressione infidelitatis ipsum iudicante. Tercium est iudicium condempnacionis sine reparacionis. Sine Johannis v° Pater omne iudicium dedit filio. Et ibidem potestatem dedit ei iudicium facere. Et iuxta hoc est iudicium examinacionis et hic petebat propheta a se repelli dicens Non intres in iudicium cum servo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quartum est iudicium approbacionis quod conveniunt apostolis et viris apostolicis. Mathei xix° Sedebitis et vos super sedes xii iudicantes duodecim tribus Israel. Quintum est iudicium discrecionis Johannis ix° Ego in iudicium veni in hunc mundum ut qui non vident videant et videntes ceci fiant. Et psalmus inquit Judica me deus et discerne causam meam. Et de isto iudicio hic dicit littera Nunc iudicium est mundi, id est nunc instat tempus discernendi electos a reprobis puniendos et demittendos. Est enim iudicium discrecionis illud quo omnes discernuntur a reprobis quod factum est in passione Christi. Sic quia apparuerunt crucis blasphemi et crucis imitatores. Et hoc iudicium discrecionis precedit ultimum condempnacionis unde Crisostomus Multa iudicia ultimum iudicium precesserunt iusta et iniusta divina et humana. Sed insignius iudicium crucis quo mundi princeps in probris pro eo male fidei possessor privandus erat possessione

et ab ipsa excludendus. De quo iudicio hic dicit hic Christus. Et paulo ante hanc scripturam commemorat Johannes quod querebant gentiles videre Christum. Sed iudei querebant Christum interficere. Prius a diabolo possidebantur gentiles per ydolatriam iudei per legis transgressionem que possessio aliquo modo iusta erat quoniam per liberum arbitrium et mala voluntate adheserunt ydolis et legem transgrediebantur. Sed etiam processit in principe mundi occasio seu concausa originalis peccati. Sequitur quod erat per hunc modum causa iudicium venit Christus qui potuit et ex caritate voluit hominem captivum pro peccato originali subvenire et causam alienam scilicet captivi hominis fecit suam et quesivit non per violenciam sed per iusticiam similiter a possessione excludere possessorem. Et satisfecit factis et dictis veniens in forum qua iudicium fieret et ubi tempus iudex locus modus et testis simul convenerunt. Sed ex quo tunc cum Christus hec loquebatur omnia aderant ergo dixit hec verba Nunc iudicium est mundi. De tempore dicit apostolus ad Galatas iiii° Ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum ut eos qui sub lege erant redimeret. Judex iustus deus desuper omnia tenens sine accepcione personarum omnia iuste iudicans. De quo dicit in psalmo Justus es domine et rectum iudicium tuum etc. Item locus congruus filium de temptacione visio patris dicitur in quo est post hostem devictum agendum erat de pace etiam dei et hominis. Et lex et liber legum. Et quamvis non custodita moribus hominum tamen in loco prefato custodiebatur.

nefarijssimus Iudices etiam terrem in-
qui aderant sensuales et seculares
cognoscentes morte turpissime per eorum
testes angeli celestes et infernales
celum et terra sol obscuratus pe-
tre scisse mortui resurgentes
Quibus etiam vincentes homines
in civitate tam famosa et capita-
li Iudee non defecerunt quorum insi-
ti in iniustam mortem filii dei cla-
maverunt Unde Bernhardus Nunc
princeps huius mundi eicietur fo-
ras Princeps mundi vocatur dyabo-
lus dominatur in malis hominibus
mundo deditis propter amiciciam horum
princeps est dictus non per creaturam
sed propter culpe excellenciam quia
ipse est rex super omnes filios super-
bie Job xli° Vel dicitur princeps
mundi quia ante passionem cristi
a multis gentibus adorabatur
in ydolis Iste princeps nunc ex-
pelletur vigore mee passionis
a redemptis et electis Et si
illos exterius temptabit interius
tamen non ledet vincendo finaliter
Nota quod dyabolus dicitur eiectus de
mundo non quod temptet sed quod
quia intus intrinsecus non regnat
potestative quia manus eius tra-
hens ad penam et illi sit am-
putata quod nullum iustum post
cristi mortem ad penam trahere ut
prius quia cyrographum quod
erat adversus nos scriptum propter
peccatum originale per passionem
cristi deletum est et affixum
cruci etiam manus eius impel-
lens qua temptat homines et
prius temptabat ut eos pervertere
et ut dicitur per fraudulenciam
intantum debilitata est ut
nullum possit ad malum inducere
nisi consencientem et manus
mea ad resistendum ei fortifica-
ta est per fidem quam habemus de
cristo et passione eius et suis
operibus et miraculis Et de hoc dicitur
prima Petri ultimo Cui resistite
fortes in fide Et exquo antiquus
hostis princeps mundi per passionem
per passionem cristi ita eiectus est
foras Ideo ipse super omnia abhorre-
ret memoriam passionis cristi
et signum crucis Unde Cassiodorus
super psalmo Crux est humilium
invicta tuicio superborum abiectio
victoria cristi perdicio dyaboli
infernorum destructio celestium repara-
tio mors infidelium vita iustorum
Et ego si exaltatus fuero a terra
omnia traham ad meipsum Si ex-
altatus fuero id est elevatus in cruce
et suspensus in aere et ita
mortuus fuero exaltatus ut
caput exaltatum super alia mem-
bra corporis Unde nota quod cristus
fuit exaltatus primo in cruce ut
redimeret Johannis iii° Sicut
exaltavit Moyses serpentem in
deserto etc Et ut innotesceret
Johannis viii° Cum exaltaveritis
filium hominis tunc cognoscetis quia
ego sum Et ut reduceret hominem
ad veram terram promissionis
quam ipse prius tamquam heredita-
tem per suam passionem acquireret
ut in psalmo Exaltabit te ut
hereditate capias terram Secundo
cristus fuit exaltatus in ecclesia
ut influeret Psalmo De torrente in
via bibet propterea exaltabit caput
Et Actuum ii° Dextra dei exaltatus
et promissione spiritus sancti acce-
pta a patre effudit habun-
danter quem videtis et auditis
Tercio cristus fuit exaltatus in
gloria ut regnet Ad Philippenses ii°
propter quod et deus exaltavit
illum etc Et hanc exaltacionem
sequitur tractus Unde sequitur

omnia traham ad meipsum / Et sic
exponitur. Primo sic ut sit signum
universale omnia distribuat pro
omnibus hominibus quia Christus
potentibus sufficienter per suam passi-
onem omnes homines reparavit
Et nos Adam per suam transgre-
ssionem dampnavit licet quantum
ad efficaciam quidam non recipiunt
huius effectum quia prebent per
peccata eorum huius effectui
impedimentum et tunc sensus
est si exaltatus fuero circa per
passionem meam ordinatam
ad satisfaciendum pro transgres-
sione primi hominis per quem omnes
homines in dampnationem mortis
ceciderunt tunc sufficienter traham
ad meipsum quos ille amicos
destruxit / Et hec expositio con-
firmatur per illud Apostoli Ad Ro
v° Igitur sicut per unius delic-
tum in omnes in condampnationem
sic et per unius iustitiam in omnes
homines iustificationem vite Secundo
exponitur ita ut per omnia non
intelligatur distributio singulorum
sed potius integritas nature
scilicet anima et corpus sive sen-
sus et intellectus Sicut enim
per peccatum Ade homo fuit cor-
ruptus tam in anima quam in cor-
pore In anima quia homo perdi-
dit innocentiam In corpore vero
quia perdidit immortalitatem
Trahit ergo ad se omnia exalta-
tus in cruce qui omnia ex quibus
homo consistit et in quibus
fuerat mortuus ad se qui vita
est reduxit et sic ostendit
glosa dicens vult quod littera non
dicit traham omnes ut non
de universitate hominum accipies sed
omnia de integritate nature scilicet
anima et corpus Tercio intel-

ita quod habet omnia faciat distri-
butionem accommodam ut sit sensus
Traham ad me omnia scilicet predestina-
ta sive electa iuxta illud Johannis
vi° Omne quod dat michi pater
ad me veniat Et Johannis iii°
Sicut exaltavit Moyses serpen-
tem in deserto / Sic exaltari oportet
filium hominis ut quis omnis qui
credit in ipsum non pereat sed habeat
vitam eternam / Cum enim dicat
omnis qui credit in ipsum per hoc
expresse dat intelligere electos
quia hoc ipse est electorum credere
in ipsum / Et hec expositio Augustini
super Johannem / Quarto exponitur
ita ut ut hic omnia distribuat
pro generibus singulorum quia de quo-
libet genere singulorum hominum aliqui
salvabuntur videlicet de tam de gen-
tibus quam de Judeis tam de hiis
qui in lege nature quam de hiis
qui in lege scripture quam etiam de
hiis qui in lege gratie fuerunt / Et
isto modo Augustinus exponit illud dictum
Apostoli prima ad Thimotheum ii° Deus omnes
homines vult salvos fieri et ad agni-
tionem veritatis venire quia de
quolibet genere hominum aliqui salvantur
Sed quod traxit dicit quod per caritatem
quia in hoc maxime apparet
caritas dei ad homines quia pro ip-
sis tam turpiter mori voluit / Unde
Jeremias xxxi° ex persona Christi in-
quit ad hominem In caritate perpe-
tua dilexi te ideo attraxi te
miserans tui / Et ideo ipse salus
veniens ad homines dixit maiorem
caritatem nemo habet quam
ut animam suam ponat quis
pro amicis suis / Sed quid designet
iste tractus Dicit Symon de
Cassia quod designat motum ad
fidem ad spem et ipsius dilectionis
cognoscendum amabis [illegible]

dilavit nos et ad sequelam ipsius
nos disponendum qui sic dispo-
suit et voluit nos ad inclitam
salutem perducere doctrinis miraculis
et exemplis / Et ad tollendum
rancorem abdicationis voluntarie
omnium mundanarum et mortalium delec-
tationum traxit xpus exaltatus
in cruce omnia ad se ipsum secreta
et invisibilia virtute / Et ut
magnes ferrum sic ipse duros
et frigidos peccatores trahendo
immo potius sequendo causam
dulcedinis sanguinis effusi in precium
ascribens humane redemptionis ob
sua virtute traxit scilicet non omnes
accesserunt sed de omnibus natio-
nibus volentes accedere salvos
fecit et ad contemplationem huius
spectaculi celestia infinalia et
terrestria tracta sunt / Hic autem
ostendit modum iudicandi et ex-
pellendi principem mundi huius
exponit dicens / hoc autem dice-
bat qua morte moriturus esset
significans / qua morte crucis
Et hec sunt verba Johannis evangeliste
verba domini exponentis. Circa qua-
mvis iudei intellexerunt hec verba
domini de morte eius tamen
ea tunc apostoli non intellexerunt
unde petrus dixit xpo predicenti
suam passionem propitius absit a te
domine non erit tibi hoc ait xpo
Et cum predicasset apostolis in alio
loco suam passionem per plura ver-
ba tamen nichil horum intellexerunt
Sed quare iudei intellexerunt
verba hec de morte domini et non
apostoli / Videt Beda super Johannem
Eum dicit intellectum horum verborum
ipsius iudeis non dedit vigor
sapientie sed pestis invidie quia
ex quo iudei cogitabant xpum
crucifigere et ad hoc cognabantur
ideo intelligebant hoc dictum xpi
prout mos est hominum ut cum
ea que agere intendunt ab
aliis audiunt illa citius quam
alii intelligunt etiam si occulte
proferantur. Et ideo apostoli verba de
de eius morte non intellexerunt
quia ipsum pati nullatenus cre-
diderunt nec ipsum pati voluerunt
quem multum dilexerunt. Sed
quare xpus elegit talem mor-
tem / Videt Crysostomus / mortem elegit
xpus ut exaltaretur in
cruce et maxime pendens traderet
pater ipsum quasi inter celestia et
terrestria mediator sequitur. / R
Respondit ei turba nos audivimus
ex lege quia xpus manet in eternum
et quomodo tu dicis oportet exaltari
filium hominis quis est iste filius
hominis. Et hoc respondit turba ali-
quantulum in lege perita nos audivimus
ex lege et hic lex accipitur quia
pro tota scriptura veteris testamenti
non tantum pro libris moysi sed
etiam prout comprehendit psalmos
et prophetas et sic ipsi dicit turba
se audivisse ex lege quia xpus
manet in eternum quia in psalmo
dicitur de xpo Tu es sacerdos in eternum
secundum ordinem etc. Et michee v°
dicitur. Egressus eius ab initio
a diebus eternitatis. Et Daniel
vii° dicitur potestas eius potestas
eterna que non auferetur et regnum
eius quod non corrumpetur. Non
quod hec testimonia scripture sunt
a turba non plene intellecta
primo ex eo quia xpus secundum
divinitatem manet in eternum prout
eternum est illud quod caret principio
et fine. Non autem repugnat
xpo qui secundum divinitatem sic manet
in eternum secundum humanitatem exal-
tari in cruce et mori. Secundo
sunt male intellecta ex eo quia
licet xpus ad tempus mortuus
fuit tamen resurgens a mortuis
iam non moritur mors illi ultra
non dominabitur / et sic manet
in eternum per carentiam finis non

illud ad hebreos vij° xpistus autem
eo quod manet in eternum sempiternum
habet sacerdotium suum / Jacobus
de Altzeia / Et quo tu dicis quia
legi continuus oportet exaltari
filium hominis i. quo exaltatus in cruce
moreretur si est eternus quia per
exaltari intelligunt mori in
cruce duabus causis / primo
quia tali morte ipsum mortificare
cogitabant / Secundo vel forte
hic modus loquendi erat apud
eos ut per exaltari intelligatur
scilicet suspendi in cruce / Et ideo
quesierunt Quis est iste filius
hominis Sed quando xpistus hic
non dixit oportet exaltari filium
hominis quare Judei addunt hec
verba / Respondetur quia ipsi assueti
erant istorum verborum quia ali-
quotiens audierunt ea vel
similia a xpisto et ipsi habebant
in memoria ut dicitur Johannis
iij° Oportet exaltari filium hominis
et Johannis viij° Cum exaltaveritis
filium hominis tunc cognoscetis
quia ego ipse sum / Unde dicit
Crisostomus non fuit turba ignara
huius dicti sed cognovit hanc
exaltationem esse passionem / vel
forte iam turbe innotuerat quod
capiendus esset consilio Judeorum
et tali morte puniendus / Sed
quia xpistus manet in eternum secundum
scripturam ideo non crediderunt
hoc dictum propheticum esse verum
de persona xpisti tunc loquentis
nec credebant ipsum esse eternum
ideo quesiverunt Quis est iste
filius hominis Et videtur apparet
ipsorum stulticia et tarditas ad cre-
dendum quando post visa miracula
et audita adhuc dubitabant
an ipse esset xpistus verus Ecclesiastici
xxij° Cum dormiente loquitur
qui narrat stulto sapienciam et

in fine narracionis dicit Quis
est hic / Dixit ergo eis ihesus Adhuc
modicum lumen in vobis est / Hoc
primo secundum ~~August~~ Augustinum sic exponitur
Aliquale lumen fidei in vobis est
ex eo quod creditis ipsum mane-
re in eternum Sed hec pars fidei et luminis
parva non sufficit ad salutem quia
non creditis xpistum moriturum et
resurrecturum / Ex quo nota quod fides
est quoddam lumen quia manife-
stat nobis ea que non videntur
Istud autem lumen magnum est
quando fides est magna et parvum
quando est parva et modicum quando
est modica / Credere autem xpistum
manere in eternum et non credere mor-
tem ipsius fiendam antequam
fiet vel non factam iam est fides
imperfecta de ipso et parvus est ali-
quod lumen est modicum Sed
quia isti credebant ipsum morta-
lem tunc modicum lumen fidei
erat in eis / Et ideo dicit Glo-
sa intelligitur quod xpistus
manet in eternum / Hec pars fidei
et veri luminis parva non sufficit
de huius fidei modicitate redar-
gutus est petrus Matthei xiiij°
Cum cum credidisset imperio
xpisti se posse super aquas ambu-
lare dicens domine si tu es
iube me venire ad te super aquas
tamen timor non plene credidit
se posse teneri a vento et fluctibus
maris eadem imperio / Et ideo dixit
ei xpistus modice fidei quare du-
bitasti / Secundo exponitur sic
secundum Lirham / Ego qui sum lumen
et lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum
modico tempore vobiscum ero
Johannis xiiij° Modicum et non vide-
bitis me Ideo hortatur eos ut
in fide crescant dicens Ambu-
late dum lucem habetis i. accre-
dite ad verum et rectam fidem
de xpisto et mea passione ut simul

tum xpus eternitate intelligatur xpum
pro vobis et omnibus hominibus mo-
riturum et resurrecturum / Et sic vult
Glosa dicens Ambulate .i. totum
intelligite et moriturum xpum
ut redimat et victurum in eternum
in celo quo predicat Secundo ex-
ponitur sic Ambulate dum lucem
habetis .i. intus et vobiscum sum
qui sum lux mundi mea predicacione
doctrina et exemplis in fide et
moribus perficite studete me
sic cognoscere sic in me credere
et sic me diligere ut ego sum
merces vestra eterna / Tercio sic exponitur
Ambulate dum lucem habetis
.i. interim quod vivitis sub sole
perficite me cognoscite et cognitum
amate et ea que sunt fidei agite
ne cum fatuis virginibus post
mortem porta clausa foris
maneatis excludendi a pena eterna regno
dei / Et ideo sequitur / ut non
tenebre vos comprehendant / tenebre
.i. infidelitatis tenebre ignorancie
et tenebre dampnacionis eterne
Et qui ambulat in tenebris
nescit quo vadit / quia tam lu-
men interius quam exterius dirigit
hominem interius dirigit intellectum
et voluntatem exterius dirigit opera-
cionem / Et qui ad hoc lumen
non diriguntur errant prophetae Nescierunt
neque intellexerunt in tenebris am-
bulant hoc hodie contingit Judeis
et malis xpianis quia nesciunt
quid agunt / Omnis enim malus
ignorans iijo Ethicorum / Etiam
quidam ambulant in tenebris
ex eo quia credunt se rectam
incedere viam et multum placere
deo in suis operibus et unde deo
se plus placere credunt plus
sibi displicent prov xiiijo ante
medium / Est via que videtur
homini recta novissima autem eius
deducunt ad mortem / Nota quod
ambulantes in tenebris / primo
comprehendunt tenebre ignorancie

quia non cognoscunt xpum per verum
lumen fidei quia nesciunt veram
veritatem et vite / Secundo comprehendunt
eos tenebre malicie prima Johannis iio
Qui odit fratrem suum in tenebris
est et in tenebris ambulat et
nescit quo vadat quia tenebre
obcecaverunt oculos eius / Et Johannis
iijo / Lux venit in mundum et
dilexerunt homines magis tene-
bras quam lucem / Erant enim
eorum prava opera / Tercio comprehen-
dunt eos tenebre inferne Mathei
viijo / Filii autem regni
eicientur in tenebras exteriores
ibi erit fletus et stridor dentium
Dum lucem habetis credite in
lucem ut filii lucis sitis Et
hoc primo exponitur sic / Dum lucem
habetis .i. dum aliquid veri intel-
ligitis de eternitate / Credite in
lucem .i. in totam veritatem creden-
do xpum eternum et tamen ipsum
esse moriturum et sic perfecte cre-
dite in xpum et in opera eius ut
filii lucis sitis .i. ut renascamini
in veritate et sitis filii eius quia
veritas lux est / Secundo potest
intelligi de luce doctrine xpi que
tunc presens aderat xpo docente
Cum doctrine credentes illuminabantur
ut cognoscerent veritatem / Et tunc
est sensus Dum lucem habetis .i.
doctrine ante quam presens discesserit
vos in eterno credite in lucem .i.
ipsam doctrinam meam cum di-
ligencia accipite ut sitis filii
lucis .i. veritatis et claritatis
Tercio potest intelligi de presencia ipsius
xpi qui est vera lux et tunc
est sensus / Dum lucem habetis
dum me presentem habetis qui
sum lux credite in me lucem
ut filii lucis sitis .i. gracie
que est lux vel filii lucis .i.
dei qui est lux filii enim lucis sunt

filii dei qui sibi gratulantur confidentes. Tertio
primo. Quotquot autem receperunt
eum scilicet mente credendo dedit eis
potestatem filios dei filios fieri hiis qui
credunt in nomine eius. Secundo
nota quod filios dei seu Christi eterne
primo facit fidei sinceritas ut ea
dixi. Johannis primo. Quotquot autem
receperunt etc. Secundo dilatata
caritas. Matthei vo. Ego autem dico
vobis diligite inimicos vestros benefacite
hiis qui oderunt vos ut
sitis filii patris vestri qui in celis
est. Tertio pacifica mentis tranquillitas.
Matthei vo. Beati pacifici quoniam
filii dei vocabuntur etc. Sequitur
de sancto Matheo ewangelista.

Vidit ihesus hominem sedentem
in theloneo Matheum
nomine et ait illi sequere
me. Matthei ixo Luce vo.
Sermo. Cum semasset ihesus paralyticum
de quo supra eadem Matthei
capitulo tercio transivit inde ne accenderet
phariseos in odium sui et ut
eorum passionem mitigaret et
ad suam doctrinam ut nos mansuetudine
a persecutoribus sedentes
levitate ipsos frangamus. Vidit.
Nota quod visio dei in textu significat
beneplacitum approbacionis. Genesis primo
Vidit deus cuncta que fecerat
et erant valde bona. Aliquando
significat affectum miseracionis. Exodi iiio
Vidi afflictionem populi mei in
egipto et clamorem eius audivi
propter duriciam eorum qui prefuerunt
operibus et sciens dolorem eius
descendi ut liberarem eum. Et
Luce xo. Samaritanus autem
iter faciens venit secus viam
et vidit eum et misericordia motus est.
Aliquando significat affectum compassionis.
Luce xix. Videns ihesus
civitatem flevit super illam.
Aliquando beneficium preelectionis.

Johannis primo. Preveniens ihesus vidit
hominem cecum a nativitate. Et
omnibus hiis modis vidit Matheum.
Tertio per beneplacitum eterne predestinacionis
ipsum approbavit et per
effectum miseracionis ipsum advocavit.
Et ideo glosa super hoc verbo vidit
scilicet non tam corporeis quam miseracionis
intuitu et per effectum compassionis
ipsum de statu peccati eripuit et
per beneplacitum preelectionis ipsum
in apostolum elegit. Unde de eo dicitur id
Luce xvo. Cum adhuc longe esset
scilicet quia implicatus terrenis negociis
vidit illum pater eius et
misericordia motus est. Secundo Johannis iio
Ecce hominem ad similitudinem
et ymaginem suam fecit pro ut
ab eterno previdit prenoscit hominum
voluntates et eorum disposiciones
quam faciles ad aversionem et
conversionem quam vero difficiles quam
disciplinabiles quam tardiores
quam dure cervicis quam consentanee
sunt ad supernas direcciones.
Et sicut agnoscit anima sue
absque contumacia inobediencia
fieri sic vocat ille qui vidit
et videt ihesus salvator dictus
ecce enim non unius civitatis aut
provincie sed tocius mundi rempublicam
reparaturus advenerat.
Sed quem vidit. Vidit licet
hominem illum qui secundum eminenciam
prophete Ezechielem similitudinem
hominis visus est habere. Ezechiel
primo. Similitudo animalium
erat facies hominis. Et ideo dicitur
decimo. Tertio modo Matheus animali
primo id est homini comparatur eo quod
ewangelium suum a Christi humanitate
incipiens eam in suo processu principaliter
audit. Sed ubi vidit eum et
in quali officio. Vidit licet eum
sedentem in theolonio id est in domo
vel in loco in quo publica vectigalia
congregabantur. Tertio modo

vbi sup in capharnaum hinc
homem apphendam⁹ et ibid
fuisse vocatum / Capharnaum eni
erat ciuitas maritima apta com-
ercijs vbi matheus reipublice
agebat officia Nam matheus
ꝯ nomie leui ꝯgnoiat / Et leuin
leui / publicanus enim erat ꝯ
officio qui ad magnum publicum
applatus pꝫ et ꝯuenit xpo
vocante transiuit officiu / Et
dicit beda sup mathe Ceteri
marcus et lucas causa vere-
die et ppt honorem ewangeliste no-
me vulgatum no ponunt sed ipse
matheus fui quod scriptum-
pri xviij° Iustus in principio
accusator est sui Matheum et
publicanum se nominat ut osdat
nullum conuisum debere despare
de salute ꝯ quo de publicano
apostolus repente factus est Vnde
nota quod in ewangelio ritu et officio
ecclesia plus vtitur ewangelijs ma-
thei et epistolis pauli in missis
et psalmis dauid in officijs
alijs quam alior / Constat aut
hos tres acribus principalibus
vicijs ad graciam dei conuersos
quia scriptura sacra dauid de lu-
xuria paulum de superbia math-
eum de auaricia aliqui culpa-
biles ostendit / Et tamen omes pre-
dictos magnam confessores fu-
isse declarat ut ergo nullus de
gracia diffidat vel de una de desperet
si conuerti voluit hoc scripture
in diuino officio et cultu frequen-
tius vtendum spus sanctus
disposuit / Et notatur dicit de
matheo ipsum fuisse culpabilem
in auaricia qua residens in theo-
loneo presumitur auaricie intendisse
Vnde Ensay Eciam aliud est
theoloneum nisi legittima capi
citas violencia fiducia iniusticia
legem hus patrocinantem Et
nota quod theoloneum aliquibus
causis iuste recipitur Primo si

vie inde melioreentur et pontes
construantur et reformantur pro
aquas que alias comode ptransiri
non possunt / Scdo si quos vie a
spoliatoribus et latronibus cu-
stodiantur / Tercio ppter subuencionem
principis in necessitate ꝯ causa
racionabili qua cessante cessare
debet exaccio quia si causa fuit
racionabilis et ppetua semp pt
exigi theoloneum / Sed vbi ca
est temporalis et transitoria cre-
dendo quod cessante causa cessare
debet theoloneum quamuis hec
male fuetur / Et pt imponi theo-
loneum tantum a pp vel impa-
tore et ꝯ eorum indulto Sed
a quibus personis exigi pt de
iure ecce ab omnibus nisi sint
personis priuilegiate ut a clericis
et ab alijs seruentibus ꝯmitate
quia sacerdotes erant liberi
in egipto tempore pharaonis Sed
hec inter no curatur hec libertas
Et de hec legitur et notatur
de i immunitate ecclesie no inīq et
ca° aduersus / Vnde ꝯdempnantur
exactores theoloneorum accleriis
et mercatorum / Et ait illi seque-
re me / Vox enim xpi vocantis
hunc discipulum non solum ad
aures eius corporis psonuit conuersus
verum eciam ad aures cordis
per donum gracie intus preueniens
ipsum conuertit ut amplius
non lucra seculi sed ipsum dominum
seculi sequeretur / Vnde Glosa
sequere amodo me non lucratiue
Sequere me gressu corporis affec-
mentis et effectu operis petrus
Ravennes non dixit deus mathe
affer ad me que lucratus es
in theoloneo quia matheum non
mathei sarcinas quod est contra
multos confessores desiderantes
ut homines eis confiteantur
non ut lucrentur personas fratrum

sed ipsorum petitas. Sed quid est
quod Christus dixit et sequere me
cum tamen sapiens dicat Eccli
iiᵒ circa medium. Quid est homo
ut sequi possit Regem factorem
suum quasi dicat impossibile est.
Ad hoc videtur Augustinus in quodam
sermone plurimorum martirum dicens
Quod non solum martires domini
sed etiam ipsum dominum cum ipsius
adiutorio possumus imitari si
volumus. Ipse enim dicit discite
a me quia mitis sum et humilis
corde. Et petrus dicit Christus pa-
ssus est pro nobis nobis relinquens
exemplum ut sequamini vesti-
gia eius. Et paulus dicit imita-
tores dei estote sicut filii karissimi.
Unde si aliquis dicit tibi ut
virtutes et miracula domini imitare-
mus debeas imitari. Responsio potest
esse responsio quia hec facere non
est omnibus datum. Iuste autem
et caste vivere et caritatem custo-
dire omnibus est preceptum. Non
Christus dixit discite a me non mor-
tuos suscitare sicut pedibus super
aquas ambulare. Sed quia
mitis sum et humilis. Et item
diligite inimicos vestros hec et
alia sunt in quibus dominus
nos iubet se sequi. Sed quare
non vocavit matheum quando vo-
cavit petrum et andream
iohannem iacobum et philippum.
Per hoc non negatur quin potuit
quos voluit velociter attrahere
ut supra. Unde Crisostomus in omelia
Quia ipse novit eorum mentes
et ideo tunc quemlibet vocavit
quando sciuit eum aptum ad seque-
ndum. Propter hoc paulum post dominus
piscatus est. Et ideo ipsum a principio
non vocavit quia adhuc non
dispositus erat ad sequendum
de hoc dixi supra post Simone
de Cassia. Et surgens secutus
est eum. Simon de Cassia.

Nulla temporis mora dicitur
vocatus. Et confestim verbo Christi
inisero [illegible] sedili relicto saculis
pecuniarum seratis et scripturis
preceptorum relictis. Nam cum
verbum Christi in auribus mathei
sonuit ad se traxit eius animum
inmutavit ipsius affectum et
illius oculos illuminavit eius intellectum.
Et nota commendatur litera ondatum perfecta
obediencia mathei. Primo
quia velox et subita. Unde dicit
Nicolaus de lira super matheum
Quod sine dilacione aliqua
surrexit et sequebatur Christum
quia sicut Christus vocavit monendo
eius aurem ad audiendum
exterius suo verbo ita potuit mo-
nere ipsius mentem sibi suam
voluntatem inspirando. Et
sicut Christus passioni appropinquans
illos qui ad capiendum ipsum
venerant solo verbo prostravit
dicens. Ego sum iohannis xviii
Ita solo verbo poterat quos vo-
lebat velociter attrahere.
Et in isto loco quidam heretici
ut porphirius et iulianus
arguunt hystoriam de falsitate
vel eorum stulticia qui ita cito
Christum sequebantur. Contra quos
videtur Ieronimus in originali super
matheum dicens. Quod tante
virtutes et tanta signa preesse-
rant hec dicit tante quia ali-
bi dicitur. Quod ad hoc nulla
miracula eius viderant que
apostoli viderunt antequam cre-
derent quod minime dubitare debue-
runt. Et etiam fulgor ipse et
maiestas divinitatis occulte que
in facie humana Christi relucebat
ex primo aspectu ad se poterat
videntes trahere. Si enim in ma-
gnete lapide hec est virtus ut
ad se anulos trahat que est prima

et irrationalis creatura / Cuius-
plus domum omnem ad se etiam
subito trahere poterat quod vo-
lebat / Secundo ostenditur perfecta
obedientia mathei quoad quia
erat expedita / Et ideo dicitur
Luce v° · de matheo Et quod relic-
tis omnibus secutus est eum : Re-
liquit enim socios sedem lucrum
quidem temporalem et rationem
Et bene quia fatue ageret ille
qui lucis ignem in sinum more
traheret deliberando an ipsum
vellet ei(?) / Et consistens in periculo
maris omnia eicit ut seipsum
salvet / Sic sciens se constitutum
in vita periculosa vocatus ad sta-
tum bonum et sanctum debet
predictorum vitam deserere sicut
fecit matheus . Unde Ambrosius
in persona ipsius sic inquit -
eodem genus meum fugi vitam
meam solum te sequor domine
ihesu qui sanas vulnera mea
clavis et compedibus caritatis
tibi connexus / Tertio quia secura
Unde Glossa perfecta abrenuncia-
cio ita quod nec lucra querit
nec pericula a principibus timu-
it quia rationes vectigalium
imperfectas seu incompositas de-
misit / Et quia in nullo pressus
lucrum vite repperitur nec cogi-
tationem sibi reservavit dimissis
talentorum fidelis dispensator
esse meruit / Et hoc predixit
sibilla dicens de adventu Christi
tunc venient similiter viri
emeriti cum gazam / Sed nun-
quid non erat verendum ma-
theo non valedicere domino suo
temporali cui diu servierat et
nunquid non fuit iniustum non
reddere rationem administrationis
sue / Dico quod non quia quoquo
dudum ipsum vocavit liber
ab omnibus fuit / Unde Johannis viij

Si filius vos liberabit vere liberi
eritis / Sed contra Matthei xxii° dicit
Christus Reddite que sunt Cesaris
Cesari etc / Respondetur quod si aliquis
teneretur computationi regis et dat
illud regi sufficere et abso-
lutus est tamen factum mathei
hodie ad consequentiam trahendum
non est quia forte habebat socios
qui curam theolonii secum
habebant qui poterant sufficien-
ter reddere rationem domino temporali
quamvis illud non legatur / Et
factum est discumbente eo
in domo / Ille mathei que prius
ante fuerat domus eius in qua
fecit Christo statim post suam
vocationem convivium / Et dicit
Lirsos Christus non solum non
repellabat a se peccatores sed
etiam cum eis manducabat
amore salutis eorum parvipendens
perscrutationem et infamiam
et ibi convenit publicani ad
matheum tamquam ad consor-
tem sue artis / Devocatus enim
ingressu christi omnes eos
convocavit / Et quamvis ea
que apposita erant in mensa
erant male acquisita tamen
propter multorum convivandorum
utilitatem christus cum eis utebatur
Et doctor per sumit argumen-
tum quod predicator potest
manducare cum quibus res
alienas dum modo agat
causam illorum quibus resti-
tuende sunt et sperat se pos-
se proficere / Et huic concordat
Oymo dicens / Cum quis
studet saluti animarum et inten-
dit curare sanctiores tunc
tantum quod necessarium est
recipiendi est sumendi / Etiam
si de mammona iniquitatis ...

Et dicit idem Crisostomus / Ecce conui-
uium Matheus xpo magnus fide
quam rerum apparatu exultans
se illum accepisse hospicio et que
de sua substantia tanto reali
hospiti ministrare meruisset gaudi-
um se arbitratus quod vocaret
xpus et quod xpus ad domum eius
accesserat / Et tunc humilitate
matheus in domo humilioris red-
debatur xpo capacior quo in
humilitate factus erat proximior
neque xpus ab illo tantum
ad domum eius accesserit / Sed
ad erudiendum et confirmandum
animum eius in relatione (?) eius
qua fecerat et in sequela qua
ceperat adiungens ad inceptum
ut etiam domum et cunctam
supellectilem / Et si quis vendi-
casset in primum ex toto dimitte-
ret cupiens eum magis pauper
fieri et egere cum xpo quam
abhundare diuitiis etiam si sibi
et cunctis egenis iuxta scripturam
in posterum de habitis ministraret
Et infra sumitur ore xpus a
matheo prius i. acquisitis et
ablatis patris / Nos licitum erat
sumere non tantum de bene partis
sed etiam de peccatum cunctorum
bonum ipse sit deus omnisorum
cum preter peccatum nichil est
alienum / Ecce quod multi publicani
et peccatores venientes discumbe-
bant cum ihesu et discipulis
eius / publicani dicebantur qui
publica negocia exigebant et
lucra seculi per publica negocia
sectabantur / Et tales apud pha-
riseos erant infames quia contra
legem publice faciebant quia
per moysen preceptum erat quod
dixit non erit vectigal pendens
ex filiis / Sed xpus ex causa ipsis
conuersabatur / Unde dicit beda in
omelia / Ecce vnius publicani

conuersio multis exemplum indul-
gencie et penitencie publicanis
et peccatoribus tribuit / Sin con-
cordat Crisostomus ubi supra / Ecce prefert
formam illius diuini ad vnum
publicanum et peccatores et multos
de vno trahit et ad se venire in-
uitat / Inuentorum cunctis turbines (?)
venienti recepit ad libum recepit
ad discubitum / Sed nec mirum
si eos veneta ad eternum regnum
ondit se domesticum diue (?) humanam
et humane diuina recepit amicos
cunctorum certe non est mirum inte-
rum (?) inerem et amore et dilec-
tione sui et discipulorum eius
in hanc conuiscendi forma indu-
xerit / Et videntes pharisei di-
cebant discipulis eius quare
cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester / Hic
ponitur impia reprehensio sine
pietate cum dicatur / Et videtes
in oculo indignationis facta
aliorum et non sua pharisei i. di-
uisi ab aliis / luce xviij° dixit
phariseus non sum sicut ceteri
homines / Dicebant discipulis eius
quasi non audente committere hoc
dicere xpo ne redargueretur ab
ipso sicut alias redargutus erat
ab eo / Quare cum publicanis
Et hec quod oritur ex superbia et
falsa estimatione istorum quia se
iustos putabant cum essent
iniusti et superbi et illos peccatores
quos videbant ad penitentiam conuersos
Et ideo dicit phariseus quod isti
pharisei in duobus peccabant
primo quia se iustos estimabant
cum dicebant quare cum publi-
canis et peccatoribus et quasi dicat
nos non sumus tales / Secundo quia
accusabant et diffamabant
matheum cum sociis suis tamquam
peccatores qui iam erant conuersi
ad xpum / Deinde sequitur Responsio
xpi confutantis istos phariseos

audies

vnde sequitur Ut christus ait / non
est opus valentibus medicus
sed male habentibus / Audiens scilicet
ihesus phariseorum ait scilicet ipse et
discipulis suis / non est opus id est
operosius aut necessarius valen-
tibus id est sanis medicus / Hoc est
verum quantum ad collacionem sa-
nitatis conseruacionem / medicus sa-
nis bene est necessarius / Sed
male habentibus / Beda in omelia
Ideo quidem quod male habentibus
christus medicum se aduenisse
testatur auget spem obtinende
sanitatis ac vite eis qui desper-
ratorum suorum langoribus turbati sal-
vatoris ac viuificatoris magisterium
iam sequi ceperunt / Ideo autem
quod valentibus non esse medicum
necessarium dicit illorum temeritatem
redarguit qui de sua iusticia
presumentes gracie celestis auxi-
lium querere non curabant / Quius
namque ita iustus esse potest ut
diuino auxilio non indigeat / Nam
et ille qui inter natos mulierum
maior non surrexit de se apte
dicit / Non potest homo quicquam
recipere a se nisi datum fuerit ei
de celo Johannis iij° / Et huic con-
cordat Rabanus dicens christus
se ipsum medicum dicit qui miro
medicandi genere propter iniquita-
tes nostras vulneratus est ut
vulnera peccatorum nostrorum sanaret
sanos eos appellat qui suam
volentes statuere iusticiam veri
iusticie subiecti non sunt / Male
habentes eos vocat qui sue infirmi-
tatis conscii medicinam sanantis
penitendo requirunt / Et quia
pharisei se sanos fore reputa-
bant sed publicani male se ha-
bentes recognoscebant / Ideo isti
a christo sanabantur / Et illi in suis
peccatis et erroribus relinque-
bantur / Quod sicut hec sua sic expo-
nitur ad propositum / Non est opus

valentibus medicus id est vobis pha-
riseis qui reputatis vos tales in
iusticia / Et ideo vos relinquo / Ex
quo creditis vos medicina spirituali
non indigere Johannis xo / Et ideo vi-
detis propter peccatum vestrum manet
medicus id est ego qui sum verus
medicus Ambrosius / Nouum me-
dicamentum nouus ingenii attulit
quod de celo ad terram latum est
vulneratus enim est propter iniquita-
tes ut eius liuore sanaremur
ysaie liij° / Hoc inuenimus (?) spirituali et
peregrino medicamento quod non solum
passionum abstulit cicatricem sed
etiam causam diri vulneris ampu-
tauit / Crisostomus xxviij° disciplina
medica est / Sed male habentibus
id est matheo et sociis suis qui se
sentiunt et cognoscunt male
habere / Et ideo cum eis sedebat
Et ideo petrus Rauenensis / Hac
gracia ad matheum venerat
christus ut quantie sue cura-
ret vulnus et ut sanies mea
sanaretur vsque / Euntes autem
discite quid est misericordiam volo et
non sacrificium / Euntes autem scilicet a
temeritate vestra recedendo si sanari
vultis / discite vos qui facitis
vos magistros scripturas diligenter
inquirite et ignorancie vestre
subuenite quid est scilicet quod deus
dicit per prophetam Ozee vj° / misericordiam
vos scilicet facere pro peccatoribus dimissionem
Et dicitis volo misericordiam scilicet quo
ad proximum cognicionem quia vos ipsos
defectus non recognoscitis ideo vestram
misericordiam non habet / Cum tamen
scriptum sit / Miserere anime tue
placens deo / Et non sacrificium id est
holocaustorum oblacionem / Ecclesiastici xxx°
facere misericordiam et iudicium magis
placet deo quam victime / Et
de verbis predictis talis formatur ratio
contra phariseos magis est
acceptum deo opus misericordie sine
legali sacrificio quam tale sacrificium

sine operibus nunc / Sed conversari
et manducare cum peccatoribus ut
illos traheret ad actionem penitendi
et se aptius committendi quod ego
facio opus est nunc ergo hoc est
magis acceptum patri quam si spretis
contemptoribus offerrem legale sacrifi-
cium sicut deo faciunt qui offerunt
sacrificia corporalia et tradunt pecca-
tores placere deo et non curantes
de conversione peccatorum ut de susten-
tacionem pauperum nec spiritualem
elemosinam / Crisostomus ubi supra
Nullum sacrificium in veteri testa-
mento deo tam constitit gratum
quam offerencium et oblatum et
nec in novo quam offerencium
gravius constitit quam iniquam
inferre miserens indulgencia
prestare poscentibus impeccatus
relevare iacentes et curare medi-
languoribus / Et in viam salutis
reducere illos qui insane gradi-
untur iniuria perpenda est nunc
compensat omnis iusticia si ad con-
siderationem tenditur racionabilem
creaturam / Nam si auctas prestare-
tur iusticie ut posset sua
sua cura ... deserere
quod pauci angusta ... nup-
tisse remanerent si ... satis
brevi numero calculabilis esset
numerus electorum / misericordia vero cum virtu-
tibus suis post indignis post
contemptoribus sustinet expectat
invitat donat confirmat / prosperat
refirmat / Et quod contingerat
peccatum agentem ignorat / Ergo
misericordia dei ihesu salvatoris nostri
incepta et aucta est et augebi-
tur caritas illa superna quia iusti
confirmantur et detinentur ne
in peiorem labentur prolapsi vero
erigantur et peccatores expectantur
ad veniam ut superna condignam su-
mitur superna ... omnibus
providetur · multo ergo dicitur

unam volo non sacrificium quia deus
potius vult per suam misericordiam pec-
catoribus penitentibus misereri
quam per iusticie officium sibi sacri-
ficium exhiberi / Non enim veni vo-
care iustos sed peccatores / Et
lucas addit in penitenciam venit
enim dominus etiam vocare iustos
ut proficiant de virtute in virtutem
sed peccatores ad penitenciam ut
corrigantur / Et hic vult beda
in omel / mores tale dubium
ex quo dominus vocavit nathanaelem
de quo solus dixit / Ecce vere israhelita
in quo dolus non est / Et petrum
et andream qui tunc erant
iusti et nunc dicit non veni vo-
care iustos / Unde quod omnes elec-
tos dominus ad regnum vocat celeste
Sed illos solos vocat ad penitenciam
quos peccati gravioribus invo-
lutos invenit quos non iniustie
operibus reperit non eos ad penitenciam
paterne commissionis sed ad perfectionem
melioris vite et ad viam perfec-
tionis invitat / vocat enim pecca-
tores ut per penitenciam corrigantur
vocat iustos ut magis iustifi-
centur / penitencia enim peccatoribus in-
mortalibus constituta est necessaria
Unde Crisostomus ubi supra / penitencia
sola facit de peccatoribus iustos
de impiis pios / de alienis filios
de extraneis cives et tirenos facit
esse celestes et peccatum sibi cogni-
ti peccatores incognitum dimittit
tunc meretur / Ipsa non sola est
que per ignoranciam sui ad se
cognitionem reducat et per ob-
livionem sui recordacionem priorum
facit / Deinde scientia et amore
transitur in deum / Et peccator ...
ad penitenciam sed non iam peccator
si ad illam accessit cognoscens
se ipsum cognoscit et deum et
illum diligit cognitum / Et
regulate sic agitur / Et sciens
sciatur et amans diligatur.

et nesciens nesciam. et no dili
gens no amabitur. et non ope
rans operimus circatur. et agens
peram condempnabitur. Sed p
ceptum est ad quod boni preuenit
qui ad primam vocatus accessit.
Et tunc amator hominum xpus ad
penitentiam homines mortales
accensi erit. Oportet enim agere
primam peccatores si ipsis regnum
dei et ipsi regno dei debent appro
pinquare. Quod nobis prestare di
gnetur. Ihesus xpus Amen. De
sancto Stanislao patrono nostro
predicetur ewangelium Ego sum pastor
bonus cum ipsius legenda. Et
sequitur de sancto wenceslao.

Si quis vult venire post me
abneget semetipsum et
tollat crucem suam. Mt xvi°. hoc ewangelium
communiter legitur in ecclesia de uno
martire. Et continuatur sic ad
precedencia eiusdem capituli. Cum
cum xpus predixisset discipulis
suis suam passionem multiplicem
petrus incepit eum increpare
dicens absit a te domine et xpus
dixit petro vade post me sathana
scandalum michi es quia non
sapis ea que dei sunt sed ea que
sunt hominum et subiunxit hanc
literam loquens petro et aliis disci
pulis suis. Si quis vult venire
post me etc. q. d. nolite contempnere passi
ones quia oportet sustinere eas
hiis qui volunt salvari. Et
primo applicat sequendi voluntatem
dicens Si quis quasi dicat pauci
sequuntur cum effectu quamvis multi
velint regnare cum xpo. Unde
dicit Bernardus ad xpum O quam
pauci volunt post te ire. Cum
tamen non sit qui ad te non velit
pervenire. Nemo est qui tecum
nolit conregnare sed pauci sunt
qui volunt tibi compati non curant
querere quem tamen desiderant
invenire. Cupiunt te consequi sed
nolunt te sequi optant contra
iustorum non curantes principia eorum

Secundo exprimit sequencium libertatem
vult quia dominus nullum cogit
ut servicium sit gracius deo et
premium gracius suo. Et ad talia
spiritualia plus debemus tendere
nostra desideria quam ad temporalia
et ipsorum sequelam. Et dicit Crisostomus
Si quis aurum daret aut thesa-
urum exponeret non vocaret cum
violencia sed omnes currerent
multo magis currendum est ad
celestia. Tercio exprimit sequendi
conformitatem cum dicit post me
Et hoc dupliciter exponitur. Primo sic
post me i. me imitando sustinendo
passiones et non dicit mecum
quia nemo potest equaliter cum
xpo currere in hac vita via ad
meritum qui veniens de celo exul-
tavit ut gigas ad currendum
viam. Secundo sic Si quis vult
venire post me i. ad gloriam mee
resurrectionis quam in corpore
consequar post meam passionem
faciat ea que dicere. Abneget
semetipsum i. proprium intellectum
racionis neget proprium affectum
voluntatis et proprium sensum
carnis. Primo abnegamus perfidiam
que est supra racionem per fidem per
caritatem. Tercio per spem. Ad Gal
ii° Vivo ego iam non ego vivit
autem in me xpus. Et de isto
ultimo dicit Crisostomus Abnegat
se qui usque ad mortem turpissi-
mam vitam contempnit carna-
lem et non solum abnegat
seipsum sed eciam sua et suos
que omnia minus diligere debet
quam me Luce xiv° Si quis
venit ad me et non odit patrem
suum et matrem suam uxorem
et filios agros etc. non potest esse
meus discipulus. Et dicit xpus
Si omnes scandalizati fuerint
in te ego numquam etc. Et hoc exponitur
in sequenti sermone. Sed an obs-
ervancia abnegacionis sui et
suorum sit necessaria ad salutem. Require
decimo in tractatu de perfectione

spualis vite ratio ipo Secundo hec
obseruancia prim necessaria est ad
salutem et ad omnes ptinet
complementum / pm patet quia de
racione diuini amoris est q amans
no amet sui ipius rem sed ama-
antis et ipm amantem salute
q homo sic deum diligat ut
nec finem sue dilectionis ponat
et nichil admittat quod est con-
trarium diuine dilectioni et sic quic
quid et abnegacio sui ipius ut
sic est de necessitate salutis unde
dicit dionisius iiijo de diuinis
nominibus Secundo diuinus amor
est extasim faciens i hominem
extra seipsum ponens no sines
homines sui ipius esse sed illius
quod amatur / Secundo pz quia
ad pfeccionem ptinet ut homo
ppt intensionem diuini amoris
etiam ea abiciat quibus licite
uti posset ut liberius deo vacet
Et sicut modum quo est ut
dicitur et abnegacio sui ipius ad
pfeccionem ptineat unde dicit xpo
Matthei Si vis pfectus esse vade
et vende omnia que habes et Et
sicut ubi dicit Si vis no impo-
nit necessitatem sed voluntati
ad faciendum relinquit et isto
modo dicitur hic Si quis vult
venire post me abneget et Et
hoc consilium ut est pfeccionis
martires sancti pfectissime im-
pleuit qui vitam suam et
seipsos pro xpo dederunt sm Thomam
Et huic concordat Anshelmus
in tractatu de incarnacione verbi
dicens Secundo ppt deum et
diuinum amorem abnegare debemus
bona temporalia naturalia fortuita
et gratuita naturalia scilicet intellectum
affectum et sensum intellectum
sic ut relinquamus sensum
proprium qui nullum vos impe-
dit ab cognicione veritatis quia
quam diu homo sensui suo innit-

itur sensum altius quemadmodum
racionabilem apprehendit unde sunt
doctrinam Apostoli Secundo inter vos
videtur sapiens esse stultus fiat
i humilis ut sit sapiens Affectum
sic ut semper nostram voluntatem
diuine voluntati postponamus unde
voluntas dei si ea recte utimur est
nostra utilitas unde dicit Augustinus
optimus tuus ille minister qui non
a te audire desiderat quod ipse vo-
luerit sed hoc velle et fieri deside-
rat quod a te audierit / Sensus
actiones sic ut mortificemus eos
ab omnibus iniquitatibus et eos
diuino obsequio applicemus / Bona
gratuita similiter abnegare debemus
virtutes sciencias et dona dei sic
q illa penitus referendamus in fon-
tem nichil operis nobis ascribe-
do sed deo a quo omne bonum pfectum
est operis gratias referendo / Et tollat
crucem suam i suum cruciatum
Et primo pmortificacionem sui ad
Galatas vltimo Qui autem sunt xpi
carnem suam crucifixerunt cum viciis
et concupiscenciis / Secundo per compassionem
proximi prima ad Corinthios xjo dicit
Paulus Quis infirmatur et ego
no infirmor / Et Job xxx flebam
quondam super eum qui afflictus
erat Et de hiis duobus dicit
Glosa Crux tollitur vel cum per ab-
stinenciam corpus vel per compassionem
proximi affligitur animus / Tercio per
sustinenciam martirii si necesse fuerit
Et hoc significatur isti dicit vo ibi
qui pfeccionem pacientur ppt iusticiam
Et hoc dicit Crisostomus crucem tollit
qui paratus est ad omne periculum
ppt deum Et notandum bene dicit
crucem suam Crisostomus Non enim
putes xpi crucem sufficere sine
tua no cum ille sustinuit passio
amarum ideo ut tu invita pnti
tua cum libitum sensus delectacione

Omnes ergo vere penitentes crucem
suam tollunt ut dicant cum
paulo xpo confixus sum cruci
Et addit Lucas c. ix. Et
tollat crucem suam quotidie de
qua loquitur. Crisostomus homelia
xxxvi super Matheum. Cruciatus non vult
pro me ut secundum voluntatem
scripturam carnis humane sapere
omnino deponat et non delectatione
(?)ipso et opulento incedat Sed
accipiat crucem suam non semel
sed quotidie quoniam gladius
crucis defixus animo semper
evaginatus tenendus est
cum omni die se mundo offerat
in delectationibus suis et carnis
incessanter spiritum impugnet Unde
semper resistendum oportet importunita-
tem importunitas offertur et
carnem reprimere ne spiritui non
prevaleat Ponit enim arma de
pravi cum obstinatus est hostis
cum devictus cum fugatus sive
subactus fuit cum securitatem
videt aut cum ad pacem quie-
uit Cum vero non dormit nisi
subplantet et semper renovat
artem semper novam invenit
arma belli que et si frenari
non capiuntur si fugari non ad-
imuntur Et conflagrari non tamen
occidi possunt igitur tollenda
est crux quotidie contra tanta
nobis adversantia ad salutem
et sathagentia diligenter inquirendum
nec quiescendum per diem si quot-
tidie contra nos hostilis hostis
invigilet tollenda crux ad patien-
dum affectu vita et moribus Theo-
ria actu sequamur Ihesum Accepit
ille suam crucem suo mirabili
modo et laudabili Accipiamus
et nos nostram penitentiam delicatis
honoribus mundi fultum crimi-
dantum turba famulorum pompa-
tice intendentem tigna scripta
turrium diversis floribus sequentes

Ihesum pauperem et humilem con-
temptum/ demus innocentem pro nobis
crucifixum et mortuum qui ea
via qua ipse incessit stantem non
illud patibulum ligneum nec
ista lignorum strues nisi cum imi-
tabilibus quibus articulatur aut
negative fidem aut suscipere ma-
terialem crucem/ Sed tota vita
hominis iuxta fidem xpi disciplinata
mundo vilitate et penalitate
acta et animo gaudet cum ab aliis
molestiis agitamur/ Ubi qui a
corpore omnes includit et recipit
ad se venire volentes cum
omnibus tollenda Iubemur quam
et immensitate incorruptibilis possibilis
est omnibus affectio intelligencia
vita mores et actio quibus crucem
non contradicit/ Sed attestatur
et assentit probat et recipit
Nota quod cum xpo crucifiguntur
quatuor genera hominum/ primi sunt
qui ad penitentiam aguntur scelera vel
facta et hii cito crucem pene
dimittunt et signantur per simo-
nem quem Iudei angariaverunt
portare crucem Ihesu xpi Luce
xxiii Sed hic cito crucem
dimisit versus ad propria/ Secundi
sunt qui crucem suscipiunt et
nunquam deponunt sed in spiritu
et illuminatione penitenciam
agunt in temptacionibus blasphe-
mantes et hii signantur per latronem
sinistrum qui dixit xpo si tu es
xpus salva temetipsum et nos
Luce xxiii Tertii sunt qui ex
necessitate invite agunt et
quod primam abicere non possunt illam
in bonum convertunt ut latro dexter
qui compulsus venit ad crucem
et pendens inde dixit xpo
domine memento mei et cetera cum veneris
sint/ Quarti sunt qui zelo
amoris xpi et odio peccati crucifigi

et pati volunt quamvis nichil ma-
li fecerint vel saltem patiuntur mala
Et hii designati sunt per afflictionem
Marie virginis que cum filio cruci-
fixa fuit gladio doloris / Luce ii° Tu-
am ipsius animam pertransibit
gladius etc. / Sed heu multa sunt
nunc tinee et quorum finis interitus
quorum deus venter est qui terrena
sapiunt ad philipp. iii° / Sunt autem
omnes illi nunc tinee Christi qui
contritum corpus Christi corrumpunt qui
tineis imitatoribus perferunt et
affligunt qui alios a tineis
imitatione et simulatione retra-
hunt / Et generaliter qui tineas
speciales contraria faciunt / Et si
vis plura hic de ista materia
vide Sermone de cassia super
illud verbum passionis presentes
aut blasphemabant moventes
capita sua ubi de hoc plenius
satis etc. / Et sequatur me Sermo
in huius comparatione contra Christo dis-
cite a me quia mitis sum etc. igitur
magna passione / Ad hoc enim venit
in mundum ut mundi maliciam
et modum nobis ostenderet in se ipso
prima petri ii° / Christus passus
est pro nobis vobis relinquens exemplum
etc. / Et ipse dixit / Luce xxii
Ego dispono vobis sicut disposuit
michi pater meus regnum quia
sicut ego in mundum veniens non
nisi per tribulationes redibo de mun-
do ad patrem sic ego disposui vobis
ut non aliter nisi per tribulationes
me sequamini ad regnum / Et hoc
patet in dilectissimis amicis Christi et
in matre eius quam noluit a
tribulationibus supportare unde
dicit Actus xiiii° per multas tribu-
lationes oportet nos intrare in regnum
dei / Et Io. dicit Augustinus / Nequaquam
ad regnum celorum pertinere se iudicet
qui hic in acie mundi his tribulationibus
non tunditur nec membra Christi
se iudicet qui caput suum spinis coronatum

non sequitur / Ideo imitemur Christum in
totali vita conversatione / Et sicut
ille se ipsum exinanivit formam servi
accipiens sic et nos / per passiones
exinaniti in impassionibus usque
ad fundamentum in intimum affecto-
rum / Nota quod dominum sequi debemus
incedendo in via suorum mandatorum
psalmi / Viam mandatorum tuorum cucurri
Sed quomodo adverte quod in via mandatorum
dei / quidam sedent ut infantes
in baptismali innocentia / Et dicuntur
sedere quia in bono non proficiunt / psalmus
xxvi° / melius est sedere in angulo
domatis quam cum muliere litigio-
sa in cum carne concupiscentie
adversus spiritum / Quidam reptant qui
quamvis deprehensi adhuc intantum
depressi sunt vitiis quod non pos-
sunt se plene erigere cum Ionathe asce-
dunt reptantes manibus et
pedibus / i° Re. xiiii° / Et qua-
mvis hii procedunt ultimis tamen
adhuc terre adherent / Quidam
ambulant sed claudicando contra Christo
claudi ambulabant hii sunt qui
adhuc per multa et magna peccata
venialia se ad mortalia inclinant
Tamen de hiis dicit Augustinus super illo
verbo Iohannis xiiii / Ego sum via
melius est in via claudicare quam
preter viam ambulare quia quamvis
lente ambulet tamen versus terminum
vie vadit / Sed currens extra viam
quanto fortius ambulat tanto plus
a termino recedit / Quidam recte ambu-
lant qui non solum a magnis
sed etiam a parvis peccatis in quantum
possunt abstinent / Apocalypsis
iii° / Qui non coinquinaverunt vesti-
menta sua ambulabunt mecum in albis
in omni iustitia / Quidam currunt
cum abstinentias per viam compendii
qui currens viam brevem intrat
David regem pacem / Iho. xviii°
Et sunt hii qui relinquunt omnia
ut exonerati possint illum sequi
qui exultavit ut gigas ad cur-
rendam viam et hii sunt perfecti
qui omnia relinquunt propter deum

Qui autem animam suam vult salvam facere perdet eam. Hic ponitur ratio tollendi crucem quia qui non tollit crucem incurrit dampnum. Unde exponit: Qui enim voluerit, scilicet voluntate libidinosa, animam suam, id est vitam animalem, partem seu sensualitatem suam salvam facere salute temporali, delicate nutrire et non affligere per penitentiam, et ideo noluerit tollere crucem vel salvam facere, id est potius salvare tempore passionis persecutionis quam me, perdet, [illegible] perdet eam, scilicet in futuro. Unde dicit Ieronimus: Difficile est, immo impossibile, ut quis presentibus et futuris fruatur bonis, ut hic mentem et illic ventrem impleat, et de deliciis ~~[illegible]~~ ad delicias transeat. Qui autem perdiderit animam, id est vitam animalem et bestialem voluntarie dimiserit vel perdidit animam suam, id est vitam suam tribulationibus et morti si necesse fuerit exponendo vel per penitentiam affligendo propter me, id est amore mei, id est amore premiorum meorum, non propter gloriam [illegible] tamen. Ro. viii. Quoniam propter te mortificamur tota die, inveniet eam, id est in futuro habebit eam gloriosam in regno. Sed multi sunt ut ioculatores qui cum militibus et imperatoribus ambulant, volunt habere vestem similem militibus et imperatoribus, tamen cum eis nolunt ire ad bellum vel aliquid de suo [illegible] apponere [illegible] depereunt. Sic multi volunt habere vitam eternam quam Christus promisit suis militibus, sed nolunt pati aliquid pro Christo. Sed non sic. Si vis percipere [illegible] dulcedinis eterne oportet te pati plura exemplo ursi qui ponderosus est tamen propter mel ascendit arborem et mortificatur sepe. Et nota quod prius affectus noster carnalitatis et sensualitatis facit invenire viam ut hic quia tempore persecutionis homo invenit cor suum quod prius tempore prosperitatis erat quasi perditum et ab eo separatum. Unde ii° Reg. vii°: Invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hac. Item facit animam possidere. Luce xxi°: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Item facit animam custodire et finaliter salvare. Johannis xii°: Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. Et tunc sunt Greg. in omelia: Animam nostram odimus cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus et eius voluptatibus reluctamur. Quid enim prodest homini si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur. Superius hortatus fuit discipulos [illegible] ad dampnum temporale sustinendum pluries propter eum. Hic ostendit talia esse media vilioris respectu dampni maximi quod ex eis oritur. Et dicit: Quid prodest homini, scilicet vani et fallaci, si lucretur, et non dicit si habeat quia habere est superfluum ad animam non est peccatum, sed dicit lucretur quod non est sine sollicitudine que est peccatum. Unde dicit Ysaias: videte ne solliciti sitis. Item non dicit: Si detur, sed si lucretur, quia quod datum homini non ita diligitur ab eo sicut id quod lucratur. Et non dicit: Si capiat aut furetur vel huiusmodi, sed lucretur ut ostendat quod etiam lucrando per quam peccare [illegible] vel sollicitudine sufficiente universum mundum, scilicet ad suum dominium [illegible] hic non posset esse ad suum personale usum. Si quis eum lucraretur totum mundum quoad dominium tamen nichil de ipso moriens secum portare posset absque nisi solum peccatum [illegible] quod

quis acquirit de mundo et in delitiis
existens de acquisitis se extollit ta-
nto plus puniet in inferno Apocalipsis
xviii Quantum glorificavit se
et in delitiis fuit tantum date illi
tormentum et luctum omnia hec
nichil possunt si anime sue spiri-
tale lucrum detrimentum patiatur
scilicet amittendo graciam et dei beati-
ficam visionem et incurrendo eternam
penam Unde ysidorus Si habe-
res sapienciam Salomonis pulchritudinem
absolonis si fortitudinem Sampso-
nis si longevitatem Enoch Si
divicias cresi Si potestatem octavi-
ani quid prodesset tibi si tandem
caro daretur vermibus anima
demonibus sine fine cruciandi
quasi dicat nichil hoc etiam ex-
ponitur de illis qui lucrantur animas
aliorum et suas negligunt Ber-
nardus Si alterius salutis fueris et
te negligis silens es eis qui me-
talla fodiunt et ibidem negantur
et non dicit lucrum i dampnum sed
detrimentum Quod fit etiam per
veniale peccatum quo impeditur gra-
cia ne proficiat Glosa dicit animi
aliqui seu quidam Quod pro qua-
cumque bono temporali alterius vel
sui iniquam scilicet etiam veniale pec-
catum committi Et quod nec pro
regno terreno acquirendo homo de-
mentiri vel venialiter peccare
Aut quam dabit homo commuta-
cionem pro anima sua commutacionem
i retribucionem pro anima sua scilicet
salvanda certe nullam dicendum
Unde Bernardus Totus iste mundus
ad unius anime precium estimari
non potest Non enim pro toto mundo
dei filius animam suam ponere voluit
qua pro humana anima salvanda
dedit vel commutacionem pro anima sua
scilicet dampnata redimenda quasi dicat Si
in die iudicii daretur pro ea totus
mundus non liberaretur Job vii°
zelus et furor viri non parcet in die
vindicte nec acquiescet cuiusquam
precibus nec suscipiet pro redempcione
dona plurima Et hinc concordat
hugo de sancto iacobo dicens Quod
una est commutacio retribucionis
pro anima salvata et redempta et
talem non potest homo solvere pro anima
redempta quia non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram
gloriam Ad Romanos viii° Alia est
commutacio redempcionis perdita et
talem etiam non inveniet homo
psalmus xlviii° Non dabit deo placacionem in
die ultionis Unde Crisostomus Numquid
habes aliam animam dare pro anima
tua perimas enim si perdideris po-
teris dare perimas Si domum perdideris
fundum vel aliam rem animam ac-
perdens aliam animam dare non
potes Et si totum mundum quere
et regnaveris super universum orbem
terrarum cum hiis omnibus non po-
teris unam animam existentem impe-
nis liberare Filius enim hominis
venturus est in gloria dei patris sui
cum angelis suis et tunc reddet
unicuique secundum opera eius Hic os-
tendit per quem et qui fiet remune-
racio illorum qui abnegant semetipsos
et tollunt crucem suam Quia
filius hominis i male virginis
Christus qui sic se vocat propter sui
humilitatem propter carnis sue veri-
tatem et propter matris sue puritatem
tem sive integritatem qui iudi-
caturus est vivos et mortuos Cui
pater dedit omne iudicium venturus
scilicet ad iudicium extremum cum potestate
magna et maiestate in gloria
patris sui scilicet ita ut tunc cognoscatur
patri eterno equalis fieri divinitatem
Cum angelis suis ysaias iii° dominus
ad iudicandum veniet cum senio-
ribus populi sui Et luce xxi° dicit
quod tunc virtutes celorum movebuntur
Et tunc reddet tunc scilicet statim sine

temporis dilacione reddet. Sed duobus modis placione sentencie Math. xxv Ite maledicti in ignem eternum. Et comparacione sanctorum sine exemplo sive sancte vite reprobando malos et approbando bonos. Apoc. xx° Alius liber apertus est qui erat vite scilicet Christi. Et iudicati sunt mortui ex hiis que erant in libro scripta secundum opera ipsorum. Glosa sine personarum accepcione omnium condicionum hominum omnibus dominus non tamen equaliter quia stella differt a stella in claritate sic unus electus ab alio in gloria ad Corinthios xv°. Secundum opera sua sine munerum corrupcione. Apoc. ultimo Ecce venio cito et merces mea mecum reddere unicuique secundum opera sua. Sed tamen deus non pensat opera sed affectum porrigentium. Marci xii° De vidua que plus omnibus obtulit offerens duo minuta minuta. Videtur quod deus omnibus reddet secundum opera sua id est secundum qualitatem suorum operum bonis operibus bona et malis mala supplicia. Secundum quantitatem autem operum non reddet bonis sed tantum secundum qualitatem id est secundum quantitatem caritatis informantis ipsa opera. Malis vero reddet supplicia secundum quantitatem et qualitatem operum et est qualitas mali operis libido deformans ipsum opus et quantitas est mensura operum. Et secundum utrumque fiet retribucio intensione punietur peccatum et delectacio habita in eodem et punietur sine fine. Bonorum vero operum non est remuneracio secundum quantitatem quia ipsa opera non habent ex se bonitate dignam remuneracionem nisi per graciam informantem liberum arbitrium etc. De Sancto Michaele sequitur sermo.

Accesserunt discipuli ad Jhesum dicentes Quis putas maior est in regno celorum Math. xviii° Cum discipuli Christi supra capitulo xvi° audiverant potestatem ligandi et solvendi a Christo promissam et supra capitulo proximo in fine audiverunt tributum pro domino et petro solutum. Petrus estimatur cum omnibus prelatum et in celo prefendum. Et ideo dubitabant apud Christum Quis putas maior est in regno celorum id est in collegio iustorum vel in isto in ecclesia militante vel in premio in ecclesia triumphante nec dicunt quare prehonorasti petrum nec querunt ex ipso an ipse maior sit. Sed ne considerentur de ipso interrogacionem fecisse querunt communi verbo Quis putas maior. Nota quod celsitudinem regni celorum non facit personarum accepcio nec potior seu apparens ostentacio neque hominum reputacio quia teste salvatore Luce xvi° Quod altum est apud homines abhominacio est apud deum. Sed eam facit et virtuosam humilitas de qua hic dicitur. Et Luce vii° Qui autem minor est id est humilior in regno dei maior est illo. Sed opera fructuosa Math. v Qui autem fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Sed accepcio graciosa Luce xii° Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et meritorum eminencia virtualis Math. v Beati pauperes spiritu quoniam etc. Et in te perseverancia finalis que sola in regno celorum coronatur. Et advocans Jhesus parvulum statuit eum in medio. Et iste parvulus ad literam dicitur fuisse marcialis unus de discipulis petri quem posuit dominus inter discipulos quem postea petrus cum aliis ad predicandum misit in Germaniam qui cum iret mortuus est et collega rediit ad petrum. Et petrus ait illi Accipe baculum et tangens eum dic ut in nomine domini surgat et predicet et ita fecit collega et marcialis surrexit et predicavit. Et ita habetur in glosa per litteram de sacra unccione capitulo uno. Hunc

ergo paruulum Ihesus aduocauit ut
in ipso similitudinem innocentie de-
monstraret et ut talium et aliorum
regnum dei esse ostenderet quia nemo
intrabit regnum dei nisi fuerit inno-
centie restitutus et puritati vel
per sufficientem contricionem vel hoc secun-
do vel penam temporalem infinitum
Et statuit eum in medio / quia
vera humilitas est stabilis ut terra
et ipsa est centrum aliarum virtutum
et animam stabilem facit / Vbicumque
enim humilis fuerit semper corde
suo tendit ad yma et se infimum
reputat fratrem dei et honore
bonum inquantumque fuerit dignitate
constitutus et quamuis corpore
omnibus et multis ducitur ut quis
imperator vel rex tamen quo aliis
subiectus est / Et aliis subditus sibi
in virtutibus et quo ad deum se repu-
tat viliorem Vnde Crisostomus ho. vi-
cesimo xxviijo Ille qui paruulus
nobis est celeste regnum paruulis
reseruauit / Paruulum statuit in medio
quia paruulos non sensu sed malicia
querit propterea saluandos omnes
paruulis comparauit puritas humi-
litas innocencia in paruulis desi-
gnatur quibus virtutibus exor-
nari vult suos christicolas credentes
Nam puritas est in paruulis quia
non adest doli capacitas Innocen-
tia quia neminem ledere cognouit
humilitas quia liberi sunt a fa-
stu superbie / satagendum est ad
istas virtutes sine quibus non
est ingressus ad regnum et qui-
bus ad intrandum nulla sera
obsistit Nam reprobatis propter mur-
murationem statim in deserto cunctis
ab annis xx et supra exceptis
Josue et Caleph solum paruulos
ad terram promissionis est repromi-
ssus ingressus et ut nos hanc
virtutum vitate suscepta in illis
efficiamur / qui omnia insignia
contingebant illis / quibus confite
in regno maioritas / et in regno
celi atque superno ille est maior

qui est prior innocencior et humi-
lior nec non et in ipsis ipse salua-
tor se recipi demonstrauit / Hospicia
sunt ex virtutes in paruulis consig-
nate ut propter vitate intrat
quiescat innocencia et humilitas
cum foueat gremio meliori
Et ipse non altus corde sed suam
sapientiam prestat paruulis / Et alia
scriptura dicit Intellectum dat
paruulis / Et pater celi et terre ar-
chana et secreta sapiencie sue ab-
scondit a sapientibus et prudenti-
bus et reuelauit ea paruulis
Magna hominibus est apposita re-
tribucio paruiorum dum in paruulorum
sensu ire conantur / Et dixit
Amen dico vobis nisi conuersi
fueritis et efficiamini sicut paruuli
non intrabitis in regnum celorum
Nisi conuersi fueritis scilicet ab ambicione
a superbia ab odio et impaciencia
Et efficiamini sicut paruuli scilicet inno-
centes humiles non diu perseuerantes
in ira / Vnde dicit Jeronimus super isto
verbo ad discipulos Iste paruulus
cuius vobis exemplum tribuo non
perseuerat in iracundia lesus non
meminit aduersitatem videns pul-
chritudinem mulierem non delectatur non
aliud cogitat et aliud loquitur
Et ideo nullam duplicitatem in se
habet / Sic vos nisi talem habu-
eritis innocenciam et animi purita-
tem et efficiamini sicut paruuli
non sensibus sed malicia / Prima
ad Cor. xiiijo Fratres nolite pueri
effici sensibus sed malicia paruuli
estote / Non intrabitis in regnum
celorum / Cum gloriosum est opus
quod est paruulo in humilitate quia
ipse in humilitate ingressus est
in mundum ita ambulauit et do-
cuit ita vitam suam finiuit quen-
dam tenorem inducens ascendendo
Quicumque ergo humiliauerit se sicut
paruulus iste hic est maior in
regno celorum q. d. Ego voco eum

et venit sine mora et contradictione adduxit eum in medio statuto in medio et stat amplectens eum et sustinet. Unde ipse dicit de parvulis Marci 10: Sinite parvulos venire ad me et ne prohibueritis eos. Talium est regnum celorum. Et paulo infra: et complexans eos et imponens manus super eos benedicebat illos. Et ait: Vos dixisti puerum posito in medio dicatur. Quod tamen complexus sit eum, super quo dicit Beda: Quod autem complectitur Ihesus pueros signat humiles dignos esse suo complexu et sua dilectione. Unde Marci 9 in omelia. Sed intelligimus quod humilitate pervenitur ad regnum, simplicitate venitur ad celum. Quicunque ergo cupit dignitatis tenere vestigia humilitatis ymma sectetur. Quicunque vult fieri maior reputando parvus, maior minori obsequendo. Sicut ait Paulus: honore invicem prevenientes. Vincat eum officiis ut possit vincere sanctitate. Si enim te non lesit frater obsequium impende ut diligas, quod si forsan lesit magis obsequium impende ut vincas. Hec enim vere caritatis summa est ut amantis vicissitudine ledentis pariam rependamus. Quicumque ergo fuit patientior ad iniuria potencior constituetur in regno. Non enim ad imperium celorum pervenitur superbia divicijs et preferitura, sed humilitate paupertate et mansuetudine. Arta enim est via que ducit ad regnum. Quicumque ergo honoribus inflatus fuerit et avaricie thezauris dilatatus tanquam camelus tortus et impeditum, ait Augustinus, regnum celorum transire non poterit. Simile est ut se estimet pervenisse sarcinam eius porta angustie non capiens in receptis levitate retrorsum redire cogetur. Et qui susceperit

unum parvulum talem in nomine meo me suscepit. Et dicit Eustachius super domum suam pro hospitalitate ad honorem Christi hospitalitatem sectantes in domum pro imitatione Iacobi meo. Exemplum accipite fratres patientie et amoris et prestationis sicut Psalmista dicit: Iste iacet in mandatis meis. Et sicut suscipiens parvulum in nomine Christi Christum suscipit, sic qui persequitur hominem humilem Christum persequitur. Et ideo dicit Bernardus in quodam sermone de persecutione Christi ab Herode: Quod ille persequitur Christum ut Herodes qui persequitur humiles suos Christi. Unde ait Christus: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Qui autem scandalizaverit unum ex minimis istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Qui scandalizavit scilicet verbo vel exemplo vel mala causam ruine dederit unum de pusillis istis, id est unum fidelem simplicem et debilem in fide, quorum scandalum gravius est aliis. Unde Bernardus de precepto et dispensatione: Aliter accipienda sunt scandala pusillorum et aliter phariseorum. Illorum quippe scandalum de ignorantia, istorum de malicia est. Illi scandalizantur quia veritatem nesciunt, isti vero quia caritatem oderunt. Unde pusillos illos hic arbitror appellari qui voluntatis sunt bone sed non magne scientie, zelum dei habentes sed non secundum scientiam. Et hic pretendit Glosa ordinaria dicens: Quicunque speciem sanctitatis habens verbo vel exemplo elationis vel alterius vicij causa ruine fuerit minimo alicui cohibuit qui in me credunt iugo ordinatur illud

scandalum inchoatum vitandum
quod sit impedimentum fidei quia
quo fides est fundamentum
spiritualis edificii ideo Archidiaconus super
consilio accorde hominis in fun-
dem vel ipsum inminens ma-
xime nocet. Expedit ei id est me-
lius esset ei. Melius est enim
sine culpa temporaliter affligi pe-
na gravissima quam committe-
re culpam mortalem contra fideles
assumunt tamen vivere peccatis
impediens quia sic ledens fratrem
incurrit mortem eternam. Et
illam actionem fratris illorum me-
retur. Et io inquit malum esset
si talis statim moreretur morte
temporali antequam vina eam
impediret a regno dei. Ut suspe-
ndatur mola asinaria in collo
eius. Loquitur circumlocutive more
palestine ubi propter siccitatem tunc
erant multa molendina equorum
et asinorum qui trahebant lapi-
des molares et ubi submersio
hominis lapide ad collum suspen-
so erat pena maiorum criminum.
Ve mundo a scandalis. Et hoc
dupliciter exponitur. Primo sic ut no-
mine mundi intelligantur homines
qui huius mundi vanitates sec-
tantur et vicia. De quibus dici-
tur Johannis primo. Mundus eum non
cognovit. Tali ergo mundo id est
mundi amatoribus erit ve
dampnacionis eterne a scandalis
id est propter scandala que non cavent
et ideo propter nimium amorem
vanitatum mundi divino timore
postposito innocentes et pu-
los qui credunt in deum filiis vi-
facto vel consilio scandalisant
et ad mortale peccatum indu-
cunt. Et quibus dicit ysaie primo
ve genti peccatrici populo gravi
iniquitate semini nequam filiis
sceleratis. Secundo exponitur ita
ut nomine mundi intelligatur
presens vita quia in hoc mundo

tam electi quam reprobi vivunt quia in
mundo multe tribulaciones adver-
sitates et afflictiones eveniunt
ac flagella que impiis pravis
et fidelibus inferuntur. Et tunc
est sensus ve mundo id est multiplex
afflictio tribulacio flagellum et
pena temporalis debentur et dabi-
tur mundo id est presenti vite mundane
a scandalis id est propter scandala que
fiunt impiis. Sed quia veri culto-
res dei ab hoc ve liberabuntur
ideo dixit psalmista. Pax multa di-
ligentibus legem tuam et non est illis
scandalum. Necesse est enim ut
veniant scandala. Hic primo nota
quod necessarium aliquid dicitur necessarium
propter materiam sine subiecto in quo vel
a quo fit sicut dicimus necesse
est compositum ex contrariis esse
corruptibile. Secundum vero propter
finem sicut dicimus necesse est
ferrum esse dentatum si debet
secare et utroque modo potest intel-
ligi hic littera que dicit necesse est
ut veniat scandala. Primo etiam
modo potest hec necessitas intelligi
ex causa ex malicia hominum tamquam
ex materia vel ex subiecto quia
malicia presupposita in multis necesse
esse est ut offendicula et scanda-
la proveniant et inferant pusil-
lanimibus unde contra eiusdem scan-
dalis petit psalmista se liberari dicens
Custodi me a laqueo quem statu-
erunt michi et a scandalis op-
erancium iniquitatem. Et sicut modo
necessitatis eveniendi scandala
videtur exponere Crisostomus. Unde xviii
dicens quia impossibile est non ut non
veniant scandala. Johannis dicit
glossa quod dux laqueus discipulis
mancipat phariseos qui suo vicio
faciebant ut venient scandala
que non potaint evenire in mundo
erroribus eorum et plenissio
id est deus tribuit ut si isti deceptores
scandala moneret et ita necesse est

fieri preposita cordis malicia / L
alio modo dicitur necessitas ex causa
pi consine ut sit [illegible] / Necesse est ut
veniant scandala propter utilita
tem quam ex eis elicit deus qui
enim est infinite potens et bonus
est / Sicut dicit Augustinus in Enche
ridion vnde in rebus quas con
didit mala euenire non sineret
nisi de ipsis bona maiora eliceret
Ex scandalis enim que permittit
in mundo electi probantur atque
manifestantur quorum perseueran-
cia in fide et iusticia per ipsa scan
dala innotescit / vnde Apostolus
bene dicit xxiiij° capitulo consilij Tolle
tani / Dixisset / Tunc scandali
zabuntur multi et inuicem tradent
multis enim causis que ad scanda
la pertinent contra fideles ven
tura / Subiungit qui autem perse
ueraverit usque in finem hic saluus
erit / Ecclesiam utilitatem cirche
cunsendam necesse est ut veniant
scandala ut hij illi qui probati
sunt manifesti fiant / Verumptamen
ve homini illi per quem scandalum
venit / [illegible] dicitur ve salua
tor penam eterne dampnacionis
exprimit. Unde Ieronimus in originali
super Amos dicit cum agunt
penitentiam ve super illos dicitur
secundum [illegible] duritiam cordis thesauri
zant sibi iram in die ire / Et de
Glosa vnde scandalizans non
iudicatur secundum utilitatem que inde
venit sed secundum [illegible] que inten
dit. Sicut Apostolus dicit de Iuda
ve homini illi per quem traditur etc.
Hic enim proditor non est iudicatus
secundum utilitatem quam deus ex illa
tradicione providit sed ex malignitate
qua ipsum prodidit. Et circa hanc
materiam queritur quid scandalum
Richardus super iiij° sententiarum
dist. xxxviij° q. ultima articulo po
dicit vnde scandalum dicitur
a scandalon grece quod est offen
diculum vel offensa vel ruina
vel impactio pedum / Et translatum
est a corporalibus ad spiritualia. Et
sicut in corporalibus accipitur active
pro appositione offendiculi in via
ad hoc ut ambulans impingeret
vel ruat / Et passive scilicet pro ipsa
lesione vel ruina impingentis
vel ruentis. Ita moraliter accipitur
scandalum active et passive. Primo
est scandalizantis actio scilicet dictum
vel factum minus rectum alteri prebens
occasionem ruine / Secundo est scanda
lizati passio ipsa scilicet ruina occasio-
nata ex dicto vel facto minus recto
Secundo utrum quecumque vel aliqua bona
propter scandalum vitandum sint
obmittenda / Videtur Richardus ubi
supra articulo iiij° vnde bonorum
operum quedam sunt necessaria ad sa
lutem ut opera preceptorum / quedam
sunt supererogacionis ut opera
consiliorum / Vnde media sunt [illegible]
[illegible] ut comedere carnes libere
[illegible] temporalia modo licito acquire
re [illegible] acquisita custodire / debita repetere
et sic de aliis / Scandalum eciam
proximi oritur ex ipsius consci
malicia vel infirmitate vel ignorancia
/ Opera necessaria ad salutem
non sunt obmittenda ad vitandum
proximi scandalum ex quacumque
radice processerat / Secundo quia nullus
debet obmittere salutem propriam ad
vitandum dampnacionem proximi
quia quilibet magis tenetur diligere
se ipsum quam alterum / secundum ordinem
caritatis nullum eciam bonum
opus obmittendum scandalum
est ad vitandum scandalum proveni-
ens ex malicia / ne propter hoc vo
lentibus maliciose impedire
bona opera [illegible] mala [illegible]
[illegible] malignandi opera non super
erogacionis [illegible] non sunt
simpliciter et totaliter obmittenda propter
quodcumque scandalum proximi
tamen quedam ad tempus sunt in-
mittenda ad vitandum scandalum
proveniens ex infirmitate vel ignorancia

quorumque adhibeatur. Sufficiens di-
ligentia adhibet ut ignorantibus insp-
iretur et infirmus aliquo confortetur
Opera non indifferentia cognita quorum
obmissio nulli preiudicat nisi ope-
ranti et intemporalibus obmittenda
tamen sunt ad vitandum scandalum
proximi procedens ex infirmitate vel
ignorantia / Quod probabiliter apparet
quod nisi tale obmittatur proximus
scandalizabitur / Et si probabile est
quod non scandalisetur mortaliter
tunc obmissio illius operis est
in precepto / Si autem probabile est quod
non scandalisetur nisi venialiter
tunc obmissio illius operis est
de consilio / Pro qua tamen proximo
est ostensum quod ex tali opere scandali-
zari non debet et debito modo persuasum
est ei ut non scandalisetur non
tenetur ille obmittere opus propter
scandalum proximi vitandum quia
si per talem instructionem scandali-
zaretur iam propter illud scandalum
non veniret ex infirmitate vel ignoro-
rantia sed potius ex malicia / Cum
ipse concordat Gregorius super Ezechi-
elem dicens / Quando in uno bono
opere aliquid cavendum est scanda-
lum proximi aliquid pro intentione co-
temnendum. Quantum enim sine
peccato possumus vitare proximorum sca-
dalum debemus / Si autem de veritate
scandalum oritur utilius scanda-
lum nasci permittitur quam veritas re-
linquatur / Si autem manus tua
vel pes tuus scandalizet te / Quasi
id est quilibet utilis adiutor ut famulus
vel ancilla in domo per quos utili-
tatem magnam in temporalibus conse-
queris / vel pes tuus id est cursor
vel nuncius quem mittis ad aliqua
negotia tua expedienda vel soci-
um quo vadis et quem pre aliis
diligis vel aliquis tibi cognatus
de sanguine scandalizet te id est ledet
in causa anime tue / Abscide eum et
proice abs te id est de vita eorum societates

Sin vero irremediabiles a nobis
amici alienandi sunt ne per immun-
diciam eorum et nos polluti pereamus
Igitur omnis carnalitatis affectus
et universa propinquitas amputatur
ne per occasionem pietatis unusquisque
credentium scandalis pateat / Si er-
go aliquis est tibi ita coniunctus ut
manus pes oculus et est utilis
atque sollicitus et acutus ad prospi-
ciendum scandalum autem tibi facit
et propter morum dissonantiam te tra-
hit in gehennam / Melius est ut
propinquitate eius careas et de
utilitatibus carnalibus quam
dum vis lucri facere cognatos et
tibi necessarios causam habeas
ruinarum / Noverit enim unusquisque
credentium quid sibi noceat vel in
quo sollicitetur quamque sepe se-
mper temptetur. Melius est enim vitam
solitariam ducere quam propter vite presentis
necessaria vitam eternam perdere
Et ideo sequitur / Bonum est tibi
id est melius pro comparativo posi-
tivum / Ad vitam ingredi id est eter-
nam debilem et claudum id est solitarium
sine adiutorio vel socio vite
presentis / Quam duas manus id est
multos adiutores / vel duos pedes
id est multos nuncios vel socios mitti
gehennam mitti in die mortis
in ignem eternum / Iste est ignis
de quo dicit Isaie ultimo / Ignis
eorum non extinguetur / Matthei xxv
Discedite a me maledicti in ignem
eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius
Unde Eusebius in quodam sermone
Curatur corpus putrescit presbiter-
nali dicit quod maior est sed rece-
dat oculus recedat manus rece-
dat pes ut cetera membra salventur
Et si te pater mater filius frater
et cetere propinquitates scandalizent
abscide eas a te / Melius est enim
tibi regnare cum deo sine patre
matre et propinquis quam perire
cum eisdem / Et si oculus tuus

scandalizet te i. si aliquis homo
propinquior in consiliis ad temporalia
acquirenda confirmandis vel conpen-
denda quia sicut oculus viam
ostendit sic consiliarius demonstrat
quid sit agendum quia ipse est
adiutor. vnius sicut oculus est
adiutor omnis operis ipse / Et talis
quis maliciose iudicat spectancia
ad viam salutis et abducit a via
dei cum suadet lucra illicita per
vsuras furta et mendacia / Quod
aut oculus consiliarium et directorem
signet patet per illud Job xxix
oculus fui ceco et pes claudo
Si ergo iste oculus scandalizet
te et inducit in errorem tolle
te inducentem / Erue eum et proice
Et idem consilium dabat propheta
dicens / disrumpamus vincula eorum
et proiciamus etc. / Bonum est tibi cum
vno oculo ad vitam ingredi
quam duos oculos mitti in gehenna
ignis / Vno oculo i. cum simplici
intencione cordis et sine consor-
tiis vel consiliariis / Beda dicit vnde
Si oculus tuus simplex fuerit i.
intencio pura et vera totum cor-
pus tuum i. tota congeries bo-
norum erit / Ad vitam ingredi
i. de qua dicit propheta / portio mea
domine sit in terra viventium / Et nota
sicut dicit Augustinus in sermone domini
in monte / Quod ad literam nullum
membrum corporis eruere precipitur
sed pravitas actionum. implicitas morum
obliquitas intencionum / Et socie-
tas omnium qui vite impedimenta generat
procul pellendi sunt / Videte ne con-
temnatis vnum ex his pusillis
Et sic superius exponitur / Primo ponitur
hoc verbum contempnatis tantum
signat quantum despiciatis salutem
vt sit sensus. Videte ne contemp-
natis i. diligenter attendite ne
salutem despiciatis pusillorum
eos scandalizando et occasionem
ruine eis prebendo / Quia qui
scandalizat vnum ex his expedit
ei etc. vt supra / Item non est salus

illorum despicienda quorum salutem
angeli procurant vt statim subiungitur
vnde Glosa / Non sunt contempnendi
quia pro eis cotidie mittuntur
angeli / Et ideo dicit Crisostomus vero
Non dicas ille est faber ille sutor
ille agricola / quia angelis quibus
commissi sunt viles tua reputa-
cione venerabiles sunt / Quomodo
ergo contempnimus que apud deum
tam preciosa sunt / Nichil ita graue
est caritati vt elacio / vnde hic
pusillus dicitur homo despectus con-
dicione fortune quia pauper
vel deformitate nature quia turpis
vel defectuosus in persona / Si quo
enim iste ab angelis non contemp-
nuntur qui digniores sunt nobis
ideo nec eos contempnere non debemus
Secundo exponitur pro verbum
contempnatis idem est quod par-
vipendatis sed negligendo procurare
eorum bonum vt est prius / Videte ne
contempnatis i. quamvis superius statim
dixerim omnem amiciciam saluti
contrariam resecandam / tamen oportet
non propter diligenciam salutis huiusmodi
negligendum / Et ideo videte ne
contempnatis i. parvipendatis vnum
ex his pusillis ipsorum negligendo
salutem procurare / vnde Glosa Quamvis
nos pro scandalis vitandis omnibus
rumpendus sit affectus / quinte
tamen salutem infirmorum in quantum
potestis et hic occasiva sequitur / Di-
co enim vobis quia eorum in celis angeli
semper vident faciem patris mei
qui in celis est Angeli eorum scilicet
pusillorum talibus enim comparantur
angeli propter multa / Primo quia
ad eorum custodiam deputantur
vnde Glosa in verbo / Angeli eorum
deputati eis ad custodiam / Ergo
Ieronimus elogiit nobilitatem anime
dicens / magna dignitas animarum
vt vna queque habeat ab ortu na-
tivitatis in custodiam sui angelum
delegatum / Psalmus Angelis suis
deus mandavit de te vt etc.

Secundo quia eis per angelos salu-
tis adiutoria ministrantur. Ad Hebr.
i° Nonne omnes sunt administratorii
spiritus in ministerium missi propter eos qui
hereditatem capiunt salutis. Tercio quia
in conspectu divino per angelos eorum
desideria et orationum studia portantur.
Et Thob. xii dixit angelus ad Tho-
biam Quando orabas cum lacrimis
et infra ego obtuli orationem tuam
domino. Propter hanc diligentiam dicit
propheta In conspectu angelorum psallam
tibi etc. Quarto quia per angelos
eorum anime in fine vite ad premia
deportantur. Luce xvi° Factum est ut
moreretur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahe. Et
deinde subiungit istorum eminen-
tiam que consistit in gloria. De qua
dicit In celis semper vident faciem
patris mei qui in celis est. Hec est
visio faciei divine cum contemplatione
et fruitione. Isti sunt quia a con-
templatione nunquam recedunt
quamvis ad exteriora mittantur quia
quocumque mittantur semper deum
hunc presentem. Et ideo dixit angelus
Gabriel ad Zachariam Ego sum
Gabriel angelus qui in conspectu
dei semper assisto. Ad cuius conspectum
ipse nos perducat qui sine fine etc.

De sancto Symone et Juda

In viam gentium ne abieritis.
Math. x°. Glosa super Matheum.
Quia manifestatio spiritus
ut dicit apostolus ad utilitatem datur
datur. Et ideo post datam apostolis pote-
statem eiciendi immundos spiritus et
curandi omnem languorem et
infirmitatem dominus mittit eos ut
illam potestatem ad aliorum utilitatem
exequantur. Sed quare eos mittit
primo ad iudeos dico quod huius est
triplex causa. Prima est secundum dictam glosam
expectabat primum adventum domini nunci-
are iudeis ne iustam habeant ex-
cusationem dicentes ideo se dominum
reiecisse quia ad gentes et Sa-
maritanos apostolos miserat. Secunda
causa est Crisostomi et similiter Ie-
ronimi. Quod ideo primo ad iudeos
mittit apostolos ut quasi in quadam
palestra in Iudea exercitati ad ago-
nes orbis terrarum intrarent. Et
velud quosdam pullos debiles ad
volandum eos sic inducens.
Tercia causa ne iudei qui convi-
ciabantur Christo et ipsum demonia-
cum vocabant estimarent quod
propter hoc eos odio haberet. Et ideo
primo illis predicavit et ab omnibus
aliis discipulos abducens eis
medicos et doctores misit. Et
non solum prohibuit aliis annunci-
are antequam Iudeis sed nec viam
que ducit ad gentes eos per-
gere concedebat. Unde dicit In
viam gentium ne abieritis, id est in viam
permissionis ne deviaveritis ad predica-
dum gentibus donec aliud
habueritis in mandatis. Et sic patet
quod hec scriptura non est contraria
ubi precepit apostolis suis dicens
Euntes docete omnes gentes. Tercia
teste Ieronimo. Hoc preceptum de
quo hic dicitur missum ante
resurrectionem Christi datum est illis
illud non post resurrectionem. Et huic
concordat Gregorius in omelia
dicens Quod prius dominus sibi pre-
dicere et post modum cunctis genti-
bus voluit predicari ut dum illa
vocata contempni renuerent predica-
tores sancti ad vocationem gentium
ordinate venirent quatenus redemp-
toris nostri predicationem propriis repul-
sa gentiles ipsos quasi adversos
quereret et quod Iudee fiebat
in testimonium hoc gentibus iret
esset incrementum. Et etiam quia
tunc erant aliqui in Iudea vocan-
di et de gentibus non vocandi
ut in Actibus apostolorum legitur.
Quod predicante Petro primus iudeorum

tum multa et postea quam multa
crediderunt. Actuum 2º et 4º. Et
cum apostoli predicare vellent per diversa
per spiritum sanctum prohibiti esse legun-
tur. Et tamen ipse spiritus sanctus
qui illis tunc predicationem fieri
prohibuit gratiam Asianorum cordibus
post ea infudit. Et infra subditur:
ergo occulto dei iudicio a quorundam
auribus predicatio sancta subtra-
hitur qui suscitari per gratiam non
merentur. Et in civitates Samari-
tanorum ne intraveritis. Samari-
tani enim fuerunt gentiles dimissi
intra Israel a rege Assiriorum post
captivitatem abes factam et hii
multis periculis coacti ad iudais-
mum sunt conversi circumcisionem
et quinque libros Moysi recipientes
cetera non omnino abhorrentes. Et
ideo Samaritani contrarii erant
Iudeis et econverso. Unde Iohannis
4º dicitur: Non enim coutuntur Samari-
tani Iudeis. Quia ipsi habitabant
in civitatibus sitis intra provinci-
as Israel. Unde dicitur 4 Regum 17º:
Et nono anno Osee cepit rex
Assiriorum Samariam et transtu-
lit Israel in Assirios etc. Et quia
discrepabant a legibus eorum.
Sed potius ite ad oves
que perierunt domus Israel. Hila-
rius: Et vocantur Iudei oves [illegible]
tamen in morem luporum
et viperarum linguis et faucibus
sevierunt. Et quia oves sunt
apostolis nominati ideo pasci debent.
Et quia perierunt indigent re-
duci. Et quia domus Israel ideo
debent aliis preponi. Euntes autem
predicate dicentes quia appropinqua-
bit regnum celorum. Euntes dicit
contra accidiosos predicatores. Predi-
cate dicit contra mutos de quibus
alibi dicitur: Canes muti non
valentes latrare. Dicentes contra
appropinquabit regnum celorum
contra vaniloquos. Et dicit quia
appropinquabit regnum celorum, id est
quia prope est ut capiatur anima

celestis per mentem passionem. Item
quia prope est ut rex celorum regnet
in hominibus sibi subditis per fidem vel
fallamus. Regnum celorum appropinquare
dicitur impositis per collationem nobis
fidem invisibilium creatoris non alia
qua notione elementorum. Recte
autem celi vocantur sancti qui
deum fide retinent et diligunt
caritate. Infirmos curate, mortuos
suscitate, leprosos mundate, demo-
nes eicite. Gregorius: adiuncta sunt
iis predicatoribus sanctis miracula
in potestas miracula faciendi ut fidem
verbis daret virtus ostensa et nova
facerent qui nova predicarent. Et
secundum Ieronimum: Ideo istis sanctis predi-
catoribus data fuit potestas faciendi
miracula quia nemo credit ho-
minibus rusticanis et simplicibus
et absque eloquii venustate indoc-
tis et illiteratis promittendo regna
celorum ut magnitudinem promissorum
appleret magnitudo signorum.
Unde Gregorius in Omelia: Florente
mundo crescente humano genere
in hac vita subsistente carne ac
vibrante rerum opulentia quis
tunc audiret vitam aliam esse
credit. Tunc invisibilia visibilibus
preferret. Sed ad salutem redeun-
tibus infirmis ad vitam surgenti-
bus mortuis carnis munditiam
recipientibus leprosis ereptis a pote-
state immundorum spirituum demoniacis tot
visibilibus miraculis exactis
quis non credit quod de invisibi-
libus audiret. Talia quippe vi-
sibilia miracula choruscant ut
corda videntium ad fidem invisibi-
lium pertrahant. Gratis accepistis
gratis date. Accepistis scilicet potestatem
dare miracula faciendi gratiam
predicandi et sacramenta dispensan-
di. Gratis date, ne desinet esse
gratia, ne vilescat illud quod est
inestimabile dum appreciabile re-
putatur. Et ideo beatus Petrus
dixit Symoni Mago volenti

eme ptatem dandi spm sanctum
pecunia ma tecum sit in perdicionem
qui donum dei existimasti pecunia
possideri Actuum viii° / Et quasi dns
dicit Jeronimus Ego magister
et dns absque precio vobis hoc tribui
go et vos sine precio date / Et
hoc dixit ne judas qui loculos
habebat despecta ptate pecunia
congregare vellet dampnans
per hoc pdictam symoniace pravitatis
Et hoc ptendit / Greg. i dialogo
dicens / pscribat namque dominus
no nullos hoc donum accepti spus
sancti in usum negociacionis inflec-
tere et miraculorum signa ad avari-
cie obsequium declinare / Nolite pos-
sidere aurum neque argentum neque
pecuniam in zonis vestris neque peram
in via neque duas tunicas neque
calciamenta neque virgam / Augus
de consensu ewangelistarum / Dns hec posse-
dere discipulos ac ferre noluit non
quod necessaria non sint sustentacioni
huius vite sed quia eos sic mitte-
bat ut eis hec deberi monstraret ab
illis quibus evangelium crede-
ntibus annunciarent ut sic tamen
quam servi non possiderent neque por-
tarent huius vite necessaria nec
magna nec minima / Cum concordat
Crisost. libro 120 cap° xviij° dicens
loquitur gratis impendere aut
nequit retinere quod habet qui
prohibetur terrena emolimenta
recipe / Quamobrem ut gratis
esset evangelisatio regni dei et
curacio passionum nichil terrenum eo-
rum recipere viri evangelici pstituunt
neque debent sive ista que mundus
ingerit qui evangelisant ne talia
predicare quere que videntur
hic / magis autem mundi predicatores
contemptum inscriptis optabat gola
plebis ne incredulitatis actio evangelio
prebetur / unde predicantes celestia
terrena contempnant annunciantes

eciam terrenis donis fastidiant non
gerant illa monilibus aquibus
per ubera excelsi conancia sermonibus
homines intuentium cernentes / neque or-
namentum exterioris corporis ferant
plurimis vestibus vestibus et iam cele-
stibus refulgentes neque curandum
est ipso apparatu / unde illi alant
incorpe qui aliis animatis alim-
enta ministrant / Et prohibetur sup-
fluitas vestium non optimitas men-
surata non ideo animis et eciam
in omnibus aliis dualitas prohibe-
Eius unitas sufficit cuique quod op-
time qui jure nature sufficit
eciam si plura ibidem essent tamen
auget unitatem dualitatis non
prohibita / id quod superfluum est sine
necessitate sine prosperitate aut ra-
cione loco ubi confert quod unius
est / laboriosos vult esse evangeli-
zatores pedes quos eciam ipse manibus
abstersit ut possint serviis audi-
tores ad evangelium invitare pes
quod laborant pedes pedibus non
suffulti neque preciis pellium
tegumenta prohibetur / Eciam
virga correctionis non baculus su-
stentacionis si corporis lassitudo co-
pinet / aut senectus sine aliqua
egritudo gravat non debebat eos
virgam impediendo habere / neque
gestu virge onde principatum /
Dicebamus tocius mundi spirituales
principes facti essent / Consuetu-
do autem apud plures increpatur
quod aliqua peminencia honoris
vel officii refulgentes virgam
manu sepe gestabant / prescriptum
ante est quod evangelisatores verbi
incarnati et evangelii eterni
regni aliene et prefinitoris
et curis secli et corporis orna-
mentis esse oportet penitus abdicatos
dignus est enim operarius cibo
suo / quod q. d. tantum accipite

quantum in victu et vestitu vobis
necessarium est / vnde apostolus / habentes
victum et vestitum hiis conten-
ti simus / Et io dicit .1. primo ad
corinthios 9 / nescitis quod qui in sacra-
rio operantur que de sacrario sunt
edent / Et qui altari seruiunt
cum altari participant / Ita et
dominus ordinauit hiis qui euangelium
annunciant de euangelio viuere / vnde
dicit augustinus de verbis domini predicatio
non est venale euangelium vt pro
temporalibus predicetur / Si enim
sic vendunt magnam rem
vili vendunt / Accipiant ergo
predicatores sustentacionem neces-
sitatis a populo mercedem dispensa-
cionis a deo / non enim a populo
redditur quasi merces illis qui
sibi in caritate euangelii seruiunt
sed tamquam stipendium datur
mediante quo vt possint la-
borare pascantur / In quamcumque
autem ciuitatem intraueritis inter-
rogate quis in ea dignus sit
et ibi manete donec exeatis
quia predicator non debet loca suspec-
ta visitare nec in eis morari
vnde secundum apostolum noui intro-
euntes vrbem scire non poterant
quis qualis esset ergo fama ho-
spes eligendus est populi et iudicio
vicinorum ne predicatoris dignitas
suscipientis infamia deturpetur /
Sed inquid aliquis cum tamen
hoc preceptum intrans ad matthe-
um publicanum et ad alios
ipsius socios nec legitur inter-
rogasse de dignitate hospitis
dicendum quod interrogacio est igno-
rantis sed dominus qui omnia nouit
sciuit mattheum ex conuersione fore
dignum quod non habet locum in
apostolis / vnde crisostomus / attende quod
dominus non omnia eis tribuit non
enim eis largitur vt sciant
quis sit dignus sed iubet

scrutari / Et subdit / Et ibi manete
ne aliquem suscipientem vos
~~contristemini~~ contristemini et ne
ipsi suscipientes de vobis accipiant
malam opinionem leuitatis aut
gule / donec exeatis / scilicet de illa
ciuitate vel castello / Nota quod
hic duo mandantur / vnum de
electione hospitii / aliud de mansione
in hospicio electo / Et hoc secundum
non ita dicitur hic quin liceat
aliquando predicatori ex causa racio-
nabili mutare hospicium et cum
aliis comedere maxime vt non
grauet hospitem suum dum tamen
ad dignos diuertat / Et possibiliter
dominus mutacionem hospitii triplici
racione / prima est ad vitandam leuita-
tem que nullo modo debet
apparere in predicatore quia alienum
debet esse a predicatore regni dei
cursitare per domos / Secunda racio
ad vitandum suspicionem gulositatis
quia noui hospites consueuerunt
homines lautius procurare quam
antiqui / Tercia ad vitandum
infamiam hospitum quorum quis
ex mutacione hospitii ab aliis
indicarentur indigni / Deinde
dominus docet discipulos suos qualiter
debent se habere ad suscipientes
eos dicens / Intrantes autem
domum salutate eam dicentes
pax huic domui / Salutate
eam .i. habitantes in ea non enim
parietes sunt salutandi / dice-
ntes pax huic domui .i. inha-
bitantibus in hac domo ita quod
introitus vester sit cum opera-
cione salutis / Et salus cum
operacione pacis / Secundum autem
in vobis sed discordie bella se-
date cum aut orta fuit contra-
dictio vos mercedem habebitis
de illata pace / Et hinc medium

intrandi et salutandi dedit dominus
discipulis suis ut per hoc ostenderet
ad quid venerint scilicet ad faciendam
pacem et ad bella sedandum
et ut doceret predicatores non de super-
fluis vel ociosis sed de salute
animarum loqui. Et si quidem fuerit
domus illa digna veniat pax
vestra super illam, id est si familia illius
domus fuerit predestinata ad vitam
eternam tunc pax vestra quam
ei optastis vel optavistis et predica-
tio veniet super eam id est habebit
ibi effectum. Unde dicit propheta: Parti-
ceps ego sum omnium timentium
te. Si autem non fuerit digna
pax vestra ad vos revertetur, id est
si familia illius domus ad vitam
eternam non fuerit predestinata, pax
vestra id est merces vestra optate pacis
ad vos revertetur. Et tamen predicato-
ribus merces vobis a deo recompen-
sabitur. Et quicumque non recepe-
rint vos neque audierint sermo-
nes vestros exeuntes foras de
domo vel de civitate excutite pul-
verem de pedibus vestris. Et quicumque
non receperint vos vite necessaria
vobis ministrando, neque audierint
sermones vestros verbis monitis ob-
temperando. Exeuntes excutite
pulverem etc. Secundum Bedam pulvis excu-
titur a pedibus in testimonium la-
boris sui quod ingressi sunt
civitatem et quod usque ad illos
predicatio evangelii pervenit vel excu-
titur pulvis ut nichil ab eis
recipiant nec etiam vite necessaria
qui evangelium spreverunt. Excussio
igitur pulveris signum est laboris
et itineris que predicatores evangelii
sustinent pro commissione aliquorum
et hii labores bonorum sine labo-
[illegible] mercede non transibunt.
Sed erunt occasio maioris
dampnacionis respuentium evangelium
dei. Item excussio pulveris signum

est quod predicatores a talibus ob-
stinatis per hoc ostendunt se nichil
terrenum querere. Nec etiam desidera-
re minimum de terris eorum ita
ut nec pulverem de terra eorum
suis pedibus paciantur adhere-
re. Amen dico vobis tollerabilius
erit sodomorum et gomor-
reorum in die iudicii quam illi civi-
tati. Hic subditur comminatio
repellentium. Et dicit: Tollerabi-
lius, id est minus agetur contra
illos quam cum habitatoribus
illius civitatis et locorum illorum
qui spreverunt vos et sermones
et [illegible] secundum [illegible] Rabanum. Quia
illi solam legem nature transgres-
si sunt, sed isti etiam transgre-
diuntur legem scriptam et dicta
prophetarum et apostolorum. Vel secundum Ieronimum
ratio est quia Sodomitis et
Gomorreis non fuit predicatum,
huic autem civitati predicatum est
et non recepit evangelium. Sed quare
facit specialem mentionem sodomorum
et gomorreorum? Respondet Remigius
ut per hoc demonstret quod illa peccata
sunt deo magis odibilia que
sunt contra naturam pro quibus
deletus est mundus per aquas di-
luvii, quatuor civitates subverse
sunt. Et mundus cotidie
diversis malis affligitur etc.

De omnibus sanctis. Sermo.

Videns ihesus turbas ascen-
dit in montem. Mathei V.
Et Luce VI. Post com-
mendationem legislatoris auditum
hic datio nove legis. Ostendit ei
sanctus Matheus super eo ydo-
neitatem et promptitudinem Christi ad
docendum cum dixit. Quod vero
baptisato aperti sunt celi super
eum. Et spiritus sanctus in specie
columbe super ipsum apparuit. Et
vox patris audita est: Hic est filius
meus etc. ipsum audite quia vitam

quite ipm̄ quia vita / Et quod ad
hoc opus missus fuit pater Cā
ostens᷑ iniuon ingressus temp-
lum iudeorum cum traditus fuisset
illi liber ministro librorum ysaye
apperuit et legit coram omnibus
tunc presentibus Spiritus domini super
me propter quod unxit me et
evangelisare pauperibus misit
me et sanare contritos corde et
ysaie lxi° in principio / Et luce iiii°
Ille qui ab eterno tunc presens
et nos et omnes sequentes videbat
oculis sue divinitatis et quales
futuri erant omnes tam boni
quam mali prescieat tunc videre
venit oculis carnalibus seu
carnis factus sibi obiectos et
locum illis in humanitate assump-
ta et ut ipm et suam doctrinam
sequentes remuneraret et male-
dicentes iuste condempnaret Sed
notantur vidisse turbas Crisostomus
Sic enim appellantur multitudine
hominum eos quod faciunt turbentur
et turbent / Turbati enim sunt
multi contra doctrina xpi Adole-
scens dives qui audivit a xpo
Si vis perfectus esse Mat xix°.
Item iudei qui cum audissent
a xpo hic est panis qui de celo
descendit et ego sum panis vi-
vus dixerunt durus est hic sermo Joh
vi° Item cum dixisset paraly-
tico confide fili remittuntur tibi
peccata dixerunt multi hic blas-
phemat / Et turba turbavit
xpm Johannis xi° / Et quod prestan-
tius est in lazari resuscitatione
lacrimatus coram iudeis Et
propter peccata turbarum turbatus
est orans morte et dicens
pater Tristis est anima mea
Math xxvi° / Ascendit in montem
ad ostendendum quod in altitudine
perfectionis virtutum debet consistere
qui docet misteria dei Sic enim
in tria est quoniam docentes ut
quasi de celo loquentur / Et audies
instruere verba si imperitus venit
in docendo sibi et non salutem acquirit

Audit enim et audire potest ne igno-
rantiam allegat Et cum sedisset
tamquam magister attentius tamquam
humilis prelatus ostendens interiorem quie-
tem mentis sue Crisostomus doctrina
sedet ad ostendendum fatigacionem
carnalem ad insinuationem propriam
expectationem / Corpus enim in monte
sancto in celo expectat nos
in infirmitatibus et tarditatibus
nostris / Tardi enim sumus ad credendum
operibus et verbis xpi tardi ad
agendum que sunt nobis neces-
saria ad salutem post multa pec-
cata tardi ad propriam cum dei bo-
nitas et pacta ad penitentiam
nos expectat et non statim nos
punit post lapsum querens potius
nostri misereri quam nos interitu
punire Dicente ysaie / Expectat
dominus ut misereatur vestri Accesserunt
ad eum discipuli eius / tamquam
magis devoti et specialius dilecti
et electi ut audiendis verbis
xpi hii essent corpore viciniores
qui mente plus illi appropinqua-
bant / Crisostomus Et velud primi
sanctitatis scolares xpi scolares
Et tamquam futuri testes factorum
et verborum xpi pro quibus tormenta
sustinere erant pati et mortem
antequam hec doctrina [illegible]
caperetur et crederetur quia dei
filius in humanitate hec fecisset
et dixisset / Et aperiens os suum
docebat eos dicens / Nomine sup-
plimus est [illegible] quia nemo
docet nisi potabit nemo loquitur
nisi aperiendo os et sunt non
aliena Quod primo hoc dicit
ad ostendendum inferioritatem humane
nature xpi ad deum seu ad divine
naturam et ut illud os ad de-
scendendum utilissima contra credentur
impleri / Et non humana Justo-
lis hominum lecta et apprehensa
xpus docet intelligeretur at si
deus pater loqueretur filio incar-
nato illud prophetiam Aperiam os

tum et ego adimplebo illud ad Rom. ix. Abreviatum fecit dominus et ego adimplebo illud secundum dignitatem. Et ideo dixit Christus alibi: Ego autem ex me ipso non sum locutus sed qui misit me pater mandatum dedit michi. Secundo ad ostendendum quod ille qui loquitur apparuit nobis sine quo alium in lege apparuit ora prophetarum. Et ut attencius audiremus et impleremus audita ad Hebr. 1o: Multipharie multisque modis. Tercio et ideo addit nobis sine scilicet Christum non alienum non mediatorem ut nulla comparacio habeat ad alienum in hominibus contra diuina precepta agentes. Eo quod filius dei more hominum eis est locutus. Unde Crisostomus: Aliud est cum rex loquitur per suos subditos legatos. Aliud cum prelatus. Aliud cum ipse ore suo. Ex quo sequitur nulla est excusacio illorum qui audierunt ore eius sermonem. Unde dixit Christus Johannis xv: Si non venissem et locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusacionem non habent de peccato suo. Quarto ad attrahendum spiritum pro eo quod mens apparuit et attraxi spiritum scilicet vitalem quia mandata tua desiderabam scilicet adimplere et adimplere per tuos quia cooperatione operis Christi et doctrina eius cognitus est deus pater. Unde dixit patri: Pater manifestaui nomen tuum. Johannis xvii. Et eo quod ipse aperuit os suum apostolus nos apercius recompensa et cor ad aperiendum ut sinus domini dulcia ad reficiendum ut amenia aperiens ad subueniendum egenti. Beati pauperes spiritu. Hic incipit doctrina et felix quia a beatitudine. Nota triplex est beatitudo. Prima ficta apparens et non consistens

ut huius pretende querentes consistens in habundancia rerum temporalium et in solum ingratus alogo fruentes voluptatibus intemperatis. Psalmus: Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Et dicitur quorum os locutum est vanitatem. Crisostomus dicit: Augustinus: Non est illa felicitas habere filios incolumes, filias ornatas, plena cellaria, abundanciam pecorum, nullam ruinam parietis vel sepis, quia multi felices et sancti hec caruerunt, non ergo ista vera felicitas sed sinistra id est temporalis carnalis mortalis. Alia est beatitudo vera sed non perfecta quia in via et non in termino habet locum et hec ergo est vera et non apparens ut sinistra sed in radice in yeme vitaliter qui yeme transeunte apperit primo in floribus deinde in seminibus et hec dicitur felicitas viatoria. Tercia est vera et perfecta beatitudo que est in termino et non in via apparens et vere consistens in clara dei visione quam nullus consequitur nisi prius fuerit beatus in viatore. Vel secundo que beatitudo consistit in operacione virtutum. Et quia aliqui sunt quinque virtutes alii excellenter supra communem modum vite dispositionis sunt quamuis divinitus ideo octo dicuntur tales virtutes vel beatitudines. Et quarto patet racio quare ecclesia legit hoc ewangelium de festo omnium sanctorum quia per eos sunt sanctificati quia omnia vicia hic vincentes a se repulerunt et predictas virtutes habuerunt. Circa ewangelium tamen una plus apparuit maliciosis quam in aliis. Prima paupertas spiritus est sanctorum apostolorum qui in primis pro et propter velimus qui in vera humilitate apostolus Christum omnia relinquerunt et ipsum sunt secuti. Ecce nos reliquimus omnia etc. Beati pauperes spiritu. Primo exponitur sic

i spirituali voluntate qui renunciat
voluntarie omnibus que possidet
vel patitur non habere que habere pos-
sent propter deum / Et est amanda
primo quia xpistus veniens in mundum
ipsam nos amando elegit Ber-
nardus de Cassia / Cepit ea hora qua
mundo apparere voluit prius facere
quam doceret altissimam paupertatem
ut ei non essent nisi viles panni
non proprii sed aliena edes etc / Et
sicut tempore nativitatis sic
et tempore passionis vestibus caruit
quia diviserunt sibi crucifixores
vestimenta eius etc / Et quo-
niam vestit nudus nudum crucem
ascendit ut nos vestibus peccatorum
(e)xutis et omni appetitu temporalium
divitiarum nudum sequentium et
ut ipse nos veste immortalitatis
vestiret / Secundo quia facit
nos agiles ad sequendum xpistum
qui xix° Ecce nos reliquimus et
Tercio quia liberiores nos reddit 2
die ac nocte divinum peregrinan-
tes et morum / Secundo oppo-
nitur Beati pauperes spiritu i. humiles
corde qui humiliter pauperem humilem
et despectum qui se ceteris inferi-
ores et minus dignos reputant
tant / Dicit Cassiodorus super
psalmo lxxiiii / pauperes dei sunt
qui mundana superbia derelicta hu-
militati se per omnia tradiderunt / Et
ad hanc habendam primo debet
nos movere divina maiestas cui
tenemur cum omni humilitate
subesse et oportet quia eius
potentiam evadere non possumus / Secundo
propter diabolicam potestatem cui
sine adiutorio dei resistere non
possumus / Tercio divisi desertus pro-
morum, ceteros clanderimus etc / Job
xx / visitans speciem tuam non
peccabis / Et eciam pfectus quia
multos videmus in bono profe-
cisse et commissos a pena pia et
nos deserisse / Ceterorum ipsorum
est regnum celorum / Non dicit
erit sed est propter certitudinem et
spem firmam et non primo est / Sed
ab eterno / Mathei xxv° venite bene-
dicti etc . Sed quo iure est pau-
perum / primo iure communi quo hospi-
talia et dominica deo data sunt
pauperum quia precio sanguinis xpisti
emptus est ager figuli qui requie
et sepultura peregrinorum Mathei x-
xvii° Secundo iure emptionis
Augustinus habes regnum celorum quod
paupertate emitur / Tercio iure
legali et testamenti quia xpistus
cuius est regnum celorum pleno iure
suo testamento confirmato ultima
sua voluntate pauperibus legavit
apostolis et eorum sequacibus / Luce
dicit cito moriturus dixit vos
estis qui permansistis mecum in
temptacionibus meis / Et ego
disspono vobis etc / Beati mites 2
Secunda beatitudo que est sanctorum
prerogativa que in eis sunt et
eorum sequacibus resplendent
Nota secundum Symonem li° xo
ca° xo / Mansuetudo est miti-
tas naturalis ex defectu nature
vel timore proveniens que contra
adversarios non habet redargutiones
Et multas adversitates sustinet
Et quasi obaudit et licet non
est virtus nec numeratur inter
beatitudines Alia est mititas que
causatur a spiritu et aliditate vo-
luntatis qua se homo propter
deum et bonum virtutis quasi mutum
facit non habens in ore suo redar-
guciones / Cuius virtutis dominus noster
voluit esse magister cum dixit
discite a me quia mitis sum etc
qui xi° / Digna dicit Glosa / Sed
mitis est que mentis mansue-
tudo non afficit ira non dicit
omnia equanimiter sustinet
non irritat non irritatur non nocet
nec nocere desiderat / Summas

sibi illatas in bonitate sua vincit
et in bonum commutat exemplo xpi
qui contra mediate quasi omnibus co-
ram tondente obmutuit / Sed
quare tales sunt beati dicendum
primo quia illum beatissimum xpm
imitatores sunt ut iam dixi / Secundo
quia iracundia et rabies opponuntur
Rabies autem mentis huius et ma-
gna miseria quia ira vehemens
... velut nam sicut tinea
vestimentum Eccli xxx° / Sicut
tinea vestimento et vermis ligno
Sic tristicia viri nocet cordi / Ista
est excecatrix intelligencie quia
sicut corvus primo eruit oculum
mortuo Sic ira intelligenciam
Prov. impedit ira animum etc. / Item
neglectiva iusticie ut frequenter
non curat facere quod debet sed
quod delectat / Jac. i° Ira viri
iusticiam non operatur / Tercio quia
mitis a nullo leditur nisi a se ipso
Sed multum viri virtuosi et perfecti
salva virtute sua detractoribus
resistere / Rudet Richardus in 3°
quolibet q. 1. art. 3° / Quod
resistere detractoribus potest fieri triplici
primo propter conservacionem fame Secundo
propter zelum iusticie / Tercio propter
appetitum vindicte / Primis duobus
modis est licitum etiam viris
dummodo fiat modo licito / Melius
est enim nomen bonum quam divicie
multe Prov. xxii° / Et nomen
bonum maxime valet ad promotionem
spiritualem quia retrahit a peccato
habentem et proximum edificat
Unde dicit Greg. / Cuius vita
despicitur. Sed resistere detractoribus
propter vindictam tantum non licet
alicui et maxime perfectis et
non stat cum hac beatitudine ut
virtute Quoniam ipsi possidebunt terram
triplicem scilicet mundi quam terram
quam nationes mundi deserunt / Ps.

Possidebant eam aper de silva et
singularis ferus / Ideo non merentur ipsam pos-
sidere Sed mites qui eam in pace re-
gunt / Eccli x° Sedes ducum super-
borum destruxit Et sedere fecit pro eis
mites / Secundo terram corporis
quam gerunt de qua / Gen. iii°
Terra es et in terram ibis / De quibus
Cyprianus / Vere mites qui se ipsos possi-
dent animo immutabili et domi-
nantur sibi ipsis velud rebus
quas possident / Perfectius enim est
sui esse possessorem quam eius
rerum exteriorum / Tercio possidebunt
terram paradisi quam querunt de
qua Ps. / Credo videre bona domini in
terra viventium / Super quo Ps. xxvii
dicit Aug. / O bona domini dulcia
et immortalia et incomparabilia
eterna incommutabilia et quando vos
video bona domini credo videre si non
intra moriendo que propter me
dignatus est suscipere terram moriendo
et mori in terram morientium
Beati qui lugent / Hec 3a beatitudo
est sanctorum penitencium ut Eccli-
esie David Petri Magdalene Latrus
et aliorum qui sine luctu contricionis
et penitencie gaudium non fuissent con-
secuti sunt / Nota triplex est luctus
bonus / Primus contricionis et ve-
re penitencie qui est dolor de peccatis proprijs
voluntarie assumptus ad ablue-
ndum cordis maculas ut videns
maculam in suo libro precioso vel
in veste nobili tristatur surgit
ad abstergendum se disponit / Et
a simili in firmamento cometa
et hoc docet nos Apostolus ad Ro.
vi° Sicut exhibuistis membra vestra
servire immundicie et iniquitati / Sic
nunc exhibete etc. / Sed ut dicit
Ambrosius in quadam Epistola Rara
est vera confessio Rara penitencia
quia quibus plus inclinatur car-
nem suam delicate nutrire quam
vigilijs ieiunijs et orationibus

affligere repugnat verecundia qua quilibet erubescit culpam propriam fateri dum preteria plus cogitat quam futura. Et contra hoc dicit Jeronimus super Matheum / Ternos amaritudine radicis dulcedo pomi ul' inucis compensat / pericula maris spes lucri delectat dolorem medicine spes future sanitatis mitigat / Item qui desiderat nucleum nucleum frangat nucem penitentiam agat qui vult eterno bono adherere. Et Crisostomus pro peccato commissimus aliter deo reconciliari non possimus nisi per luctum penitentie / Melius est hic temporaliter flere quam deo et consortio sanctorum eternaliter carere.

Secundus est luctus compassionis qui est dolor voluntarie assumptus propter deum pro peccatis alienis qui est dolor melior primo unde Crisostomus super Matheum / Beati qui peccata sua lugent beatiores qui lugent aliena quia isti non sunt qui lugent / Et unde est quod est melior si sit verus et ordinatus quia multi flent compassione naturali compassione qui se et suos non curant emendare ut filie ierusalem que flerunt super christum baiulantem crucem / Et ideo dominus conversus ad eas dixit nolite flere super me / super vos met ipsas flete et super filios vestros.

Tercius est luctus devotionis qui est dolor voluntarie assumptus pro dilatione patrie et visione dei et pro incolatu presentis miserie ut peregrinus male tractatus in aliena patria memoratur cum gaudio et lacrimis domus sue quam deserit Unde Augustinus in soliloquiis / Vita mea vita fallax vita umbratica plena laqueis mortis nunc gau- deo nunc sum tristis nunc fortis nunc infirmus nunc tamen vivo tamen

moriar / nunc felix appareo et semper miser consisto / Heu quo nunc quia incolatus meus prolongatus est. Secunda ipsi consolabuntur triplex contra triplicem luctum. Contra primum contriti pro peccatis propriis consolabuntur de certa remissione peccatorum suorum Jeremie xxxi° ca medium / Ecce inebriat vos tua aplorum et omnis tua alacrimus quia est opi tuo aut dus / Contra secundum luctum compassionis consolabuntur de promocione suorum electorum salute intelligentes se per illis exauditos. Contra tercium consolabuntur de glorie desiderate adeptione et de liberatione ab hoc exilio / Et de hoc eternaliter gaudebunt Ysaie lio ca medium / Ecce qui redempti sunt a domino revertentur et venient in syon laudantes et leticia sempiterna erit super capita eorum. Et generaliter contra triplicem luctum consolabuntur quia absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors non erit ultra neque luctus Apocalypsis xxi° in principio / Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Quarta beatitudo que preter velmoit in factis prophetis et ipsis attribuitur perdita enim iniura erat iusticia et per peccatum originale Christus autem dei filius factus est nobis sapientia et iusticia prima ad corinthios p° / Sancti iusticiam et personibus iustum multum esurierunt et sitierunt prophete clamantes Rorate celi desuper et nubes pluant iustum et concernerunt nos libere desiderare et exponere hic iusticiam id est vite rectitudinem in se et in aliis / Recta enim iusta et recta consonancia divine voluntati sunt rebus anime unde dicit christus Johannes iiij° / meus cibus

est ut faciam voluntatem eius qui
misit me patris et perficiam opus
eius. Et nota quod iusticia hic acci-
pitur pro generali virtute. Et sic descri-
bitur: Iusticia est virtus tribuens
unicuique suum: deo sibi proximo deo
timorem et honorem, sibi contemptum
et abnegationem, proximo beneficen-
tiam et dilectionem. Et de hiis dicit
Gregorius vij q. ij: Cum enim devotissima
Primo bonis moribus est iusticia
tale et cuilibet sua iura servare et
in subiectos sine ... Tercio potestas
est fieri. De primo scilicet debito deo quod
debita deo presupponit fidem. Unde
Abrahe tantum credulitas repu-
tata est ad iusticiam. Credidit enim
Abraham deo et reputatum est
ei ad iusticiam. Et Augustinus xxxv
questione prima inquit: Ubi sana fides
non est ibi non potest esse iusticia
quia iustus ex fide vivit. Abakuk
ij°. Unde impugnantes iusticiam
videntur non esse perfecte fidei. Secundo
iusticia reddit sibi sua declinationem
a malo boni factionem sui contem-
ptum et abnegationem. Psalmus: Decli-
na a malo et fac bonum etc. De
sui contemptu dicitur Matthei xvi°:
Si quis vult venire post me ab-
neget semetipsum etc. Primo
abneget se ut non omnia que-
cumque vult secundum sensualita-
tem ipse efficiat sed sicut racio
iudicat. Bellum tamen corrupte
per peccatum et pacem cum ea non
habeat nisi ipsam subplantet.
Tercio iusticia reddit proximo bene-
ficia. Et hoc dictat ius naturale
Matthei vij°: Omnia quecumque vultis
ut faciant vobis homines hec
facite illis; hec est enim lex et
prophete. Talis enim iusticia con-
servat civitates et communitates
et iniusticia eas destruit. Proverbiorum xi°:
In bonis iustorum exaltabitur civi-
tas et ore impiorum subvertetur.
Impius enim facit opus instabile,

seminanti autem iusticiam merces
fidelis. Si enim animus permane-
ret iniusti fures et latrones
non possent diu durare civitates
quia ubi primus occidit alius pre-
ablata vel invaserint tota quia
dilectio proximi ibi appareret commu-
ta. Econtra ipsi saturabuntur.
Ostendit premium iustorum miseri-
cordia diversa esuriunt et siciunt. Esu-
rientes implevit bonis. Luce
primo. Et bonis triplicibus bonis
fortune exemplum de Iob; cum iusto
multa bona post tribulaciones
passas data erant Iob ultimo,
bonis gratie et finaliter bonis
glorie. Et hoc concordat Augustinus
super Matheum dicens: Saturi-
buntur scilicet largitate remune-
rantis dei qui maiora certa
premia dat quam sanctorum desi-
deria. Sic econtrario esurientes
et sicientes iniusticiam et oppress-
ionem pauperum hic in mundo
ibi esurient et sicient sine
fine. De quibus dicitur in psalmo:
Esurientes et sicientes anima
eorum in ipsis defecit. De quibus
eciam dicitur Proverbiorum xxviij°: Leo
rugiens et ursus esuriens prin-
ceps impius super populum
pauperem. Et Ecclesiastici xiij°: Venacio
leonis onager in heremo,
sic pascua sunt divitum pauperes.
Beati misericordes. Hec quinta beati-
tudo est confessorum qui preter
sanctam vitam apostolorum demum spiritual-
iter proximis et corporaliter impe-
derunt. De quibus dicitur in psalmo:
Iocundus homo qui miseretur
et commodat etc. Sed quid misericordia
est? Videt Augustinus de civitate
dei: Certe est aliena miserie
in corde nostro compassio vel misericordia
est cordis miseria super malo,
et hec est inordinata nisi sit
compassio super malo culpe. Iheronimus

Quarto nota q triplex est mia
bonum prima est assersum et
penitenciam / unde Eccli / misere
anime tue placens deo et con
tine et congrega cor tuum in
sanctitate / Et io dicit Jer. de
summo bono / Nullus alieno ve
misericors esse pt qui prave vi-
vendo sibi misericors non / Cui
enim sibi nequam fit cui bonus
Secunda est mia fraterna ad
proximum per beneficenciam Eccle
xo / mia motus est et appro-
quans alligatur vulnera eius
Tercia est filialis ad deum per
compassionem / Job xix Misere-
remini mei miseremini saltem vos
amici / Et ideo dicit Remigius
Misericors quasi misero
cor habens qui alterius miseriam
quasi suam reputat / Et de
malo alterius quasi de suo dolet
Et ad istam debent nos plura
inducere / de quibus alibi dixi
Cum ipsi misericordiam con
sequentur. Beati mundo corde
Sexta beatitudo est sanctarum
virginum que specialiter propter
vitam castam deo placuerunt
Jeronimus / mundo corde sunt
quos non arguit consciencia
peccatorum mortalium sed quia
licet vita viri sine venialibus
transitur / Et notanter dicit
corde non tantum apparencia
exteriori et superficie quia tales
non sunt beati sed miseri qui-
bus dicit Christus / ve vobis
scribis et phariseis quia simi-
les estis sepulchris dealbatis
que foris apparent speciosa
intus autem sunt plena ossibus
mortuorum etc / Nota ad mundi-
ciam cordis habendam primo
necessaria verbi dei audicio / Unde
Christus ait Johannis xv Jam
vos mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis etc
quia verbum dei ostendit ma-
culas cordis / Secundo contritio
peccatoris obmissis et malis com-
missis addendo memoriam mortis
quasi cinerem ex quibus fit bonum
lixivium ad balneandum lectum
consciencie per lavabo per singulas
noctes lectum meum etc / Tercio vite
austeritas in victu et vestitu ne-
cessitatis enim panno aspero va-
let ad mundandum scutella
exemplo Johannis baptiste / Cuius
vestitus erat de pilis cameli
et victus locusta et mel silve-
stre / Mat iii / Quoniam ipsi
deum videbunt / Eo quod enim
in visione dei consistit beatitudo
et ipse deus teste apostolo / Est
tandem lucis eterne secundum
quod non videtur nisi a candidis
et mundis corde / Oculus enim egro-
diosa est que sanus est delecta-
bilis ideo ad videndum deum re-
quiritur q nulla sit macula in
vidente / Unde Augustinus super psalmo
C xviii scilicet Beati immaculati
in via inquit beatitudinem queris
Ergo vis esse beatus esto im-
maculatus illud enim omnes hoc
autem pauci volunt sine quo
tamen non pervenitur ad illud
quod omnes volunt etc ut vide
ibi potes / Et nota q hec visio
est inter fidem tamquam fun-
damentum mendi ponit scriptum
est / fide mundans corda eorum
Et instat vita in presenti et in
speculo et enigmate videntur
deus / In futura autem videtur
facie ad faciem / In qua visione
consistit vita eterna Johannis xvii
Hec est autem vita eterna ut
cognoscant te verum deum
Beati pacifici etc / Septima
beatitudo est sanctorum pontificum
qui propter pacem ecclesie iubent
quedam mala puniri et
quedam tollerare xxiii q iiii

per totum. Et potest attribui sanctis regibus et principibus secularibus et aliis presidentibus qui propter pacem subditorum procurandam noctes ducunt insompnes. Et non dicit beati non pacati sed pacifici ut per hoc differat a secunda beatitudine que est mititas. Unde pacifici in proposito sunt qui pacem faciendo: primo in se, deinde in aliis invigilant. Et inter discordantes pacem faciunt. Et ideo ad hanc beatitudinem requiritur pax cordis et opera. Unde Crisostomus super Matheum: Multi sunt qui alios inimicos libenter reconciliant. Et tamen sunt inimicis ex corde numquam reconciliantur, tales sunt illusores pacis et non amatores. De quibus dicit Jeronimus: Carnalis est alios prius pacificare cum in genuina tua sunt bella viciorum. Nota plures causas propter quas inter homines non est pax: prima quia non puniuntur maleficia. Ecclesiastes viii propter finem. Secunda non profertur cito contra malos sententia absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. Secunda abhundancia temporalium. Genesis xiii ubi facta est rixa inter pastores Abraham et Loth propter multitudinem omnium. Tercio quia non occupantur in seriosa resistencia diabolicis temptationibus. Ad Ephesios iiii°: Nolite locum dare diabolo. De hoc notat Johannes Andree in glosa ordinaria de sententia et re iudicata. Ad Apostolice hoc facto. Nec carnis Ad Ephesios: Non est nobis colluctacio etc. Quarto quia non solum dominas deos principari et ecclesie debitas unde dicitur quod capit Christus tollit Christus. Christo quod I venitimo. Item nota aliqua que ad pacem hunt

valent: primum ut aptius propose caneamus. Ille enim pacem habere non potest qui male vivit cuius vie deo non placent. Proverbiorum xvi°: Cum placuerint deo vie hominis tunc inimicos eius convertet ad pacem. Secundum est terrenorum contemptus. Non enim potest habere veram pacem qui ex turme illud sequitur quod consequi non potest. Ecclesiastes v: Vanus qui apprehendit umbram et sequitur ventum sic qui attendit ad divicias. Et huic concordat Gregorius dicens: Carnalis quietis quam nichil melior mundo appetere quid laboriosius quam terrenis desideriis estuare. Tercium est amor pacis et ipsius desiderium quia deus non dat tantum bonum incontinenti sed illud cum desiderio magis requirenti. Psalmus: Inquire pacem et persequere eam. Item nota aliqua que faciunt ad pacis commendacionem et propter que multo desiderari debet. Primum est quia filius dei ipsam docuit. Lucas: In pace loquimur per quam passus est Christus propter quam est crucifixus et sepultus et quam nobis pro omni censu hereditatis relinquid. Secundum est multiplex exhortacio ad pacem. Prima angelorum in Christi nativitate dicencium: Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Item secunda est prophetarum et evangelistarum et Christi per hec pacem ex scripturis diversis. De pace loquentibus. Quoniam filii dei vocabuntur. Hylarius: Pacificorum ante beatitudo adopcionem in filios hereditatem. Parentis enim omnium dominus unus est neque aliter transire in incorporacionem eius familie licebit nisi fraterne invicem caritatis pace vivamus. Et quia tales pacifici ut dicit Crisostomus in


comelia. Nec litigant nec alios
adimit sed litigantes concordat
et congregant. Et hoc est opus
filii dei ad quod pacificandum ve-
nit. ut sicut inquit Johannis
8 xxo. Beati qui persecucionem pa-
ciuntur propter iusticiam. Octaua
beatitudo est sanctorum martirum
qui illi sunt qui venerunt ex ma-
gna tribulacione et lauerunt
stolas suas in sanguine agni. Apoc
vijo. Et notanter dicit propter
iusticiam i. propter veritatem propter
pietatem et aliorum defensionem
et generaliter propter quamcumque virtu-
tem secundum Ambrosium. Et dicit
Beati non tantum qui bene operan-
tur supra dixi. Sed etiam qui
bene paciuntur non propter scelera
ut malefici. prima petri iiijo
Nemo vestrum paciatur quasi ho-
micida aut fur aut maledicus
sed propter iusticiam defendendam
ut machabei qui zelati sunt
legem dei templum et sanctam
ciuitatem ierusalem. Unde Mathathias
dixit. Omnis qui legis zelum
habet exeat post me. prima Machab.
ijo. Et propter iusticiam annunci-
andam ut Jeremias et multi
sancti predicatores. Et propter ius-
ticiam confirmandam ut Johannes
qui predicauit contra herodem
corripiens ipsum de adulterio dicens
Non licet tibi uxorem fratris tui
habere etc. Et horum ipsorum est
regnum celorum. Unde octaua
beatitudo tamquam ad caput redit
quia consummatam perfectam que
ostendit et probat. Itaque in prima
et octaua nominatum est re-
gnum celorum. Septem enim sunt
que perficiunt sed octaua clari-
ficat. Et perfectum demonstrat.
Dicit ergo quod pacientibus persecucionem
propter iusticiam regnum celorum
debetur. primo racione. Et hoc propter
duo. primo quia eorum esse
certamen pro iusticia corporis suppli-
ciis exponendo. Sequitur in futura
vita pro ipsis certabit regnum
celorum ipsis ad indicandum. Ecclesiastici iiij
usque ad mortem certa pro iusticia
et deus expugnabit pro te inimi-
cos tuos. Secundo quia regnum
celorum expositum est viris pa-
cientibus. Math. xj. xijo. Regnum
celorum vim patitur Johannis viri patitur
et violenti rapiunt illud.
Tercio propter declaracionem virtutis vir-
tutum et ut plus appareant
si habeant cum viciis oppositis
certamen seu duellum. Unde Symon
conserverunt acies martes virtu-
tes nisi cum oppositis habuerint
quis congressum. Sed nulla
paciencia ubi nulla iniuria
nulla tribulacio nulla contume-
lia irrogatur. Sed cum adeunt
hostiliter oppugnancia et
aduersancia mentem pariter
et sensum tunc paciencia facit
clarescere dilectionem qua diligimus
proximum cum senectute aliquis in
sua tractati. Fugantes amoris
expellimus odium non attendentes
nam aliquis maliciam. Sed nam
ac nullam que nobis offertur
graciam. non considerantes quod
irrogatur. sed quod iubetur. non
magni pendentes mala que
irrogat homo sceus. Sed que
permittit prius deus. non quod
nos patimur. sed quod pro nobis passus
est deus inter homines factus
homo. Beati estis cum maledi-
xerint vos homines et persecuti
vos fuerint et dixerint omne
malum aduersum vos mencien-
tes propter me. Beati estis non inter
ipse et tandem in re. Cum
maledixerint vobis homines
tamquam inmorentibus et ex
odio vobis illa contumeliosa in

faciem invenit Et in proposito de
notat homines non tales sed tirannos
et mundi amatores quales fuerunt
tyranni sanctorum persecutores Et
persecuti vos fuerint suppliciis cor-
poralibus vos affligendo Et dix-
erint omne malum adversum vos
detrahentes vobis in occulto et
in absencia vestra vel differunt a
primo contumelia minantes
Si enim detrahentes aliter verum
dicunt vel quia ille verus est
vel crimen opponitur non propter hoc
non est beatus ille cui detrahitur
propter enim quod sit innocens si
illi detraccio debet prodesse propter
me Si enim propter aliam causam
quam propter veritatem que est
christus aliqui detrahentes Unde
Crisostomus Exprobrati sunt discipuli
christi in dictis et factis ita ut
vilia eorum falsa et opera eorum
mala putarentur Et ne nemo
maior persecucio quam in verbis
veritatis atque virtutis exprobrari
et in recte factis malorum operacionum
habere indicem In omnibus exprobra-
ti sunt Adolescentie demonum asup-
bia tyrannorum apostasia infidelium a
nequicia eorum que modo sua
conda alligavit In tantum preter-
sit exprobracio male illis illata
ut imperiti plebeii absque liberis
ebrii demoniaci magi venefici
malefici sediciosi falsarii deceptores
seductores et incantatores et
nomine omnis infamie vocarentur
Sed beati qui propter christum hec
passi ut apostoli ceterique consimiles
ut fugientes a fugantibus de
finibus ad terras de provinciis ad provin-
cias de Iudea ad insulas et ad
regna gencium transmigrarent
prout salvator eis predixit Si
persecuti vos fuerint in una civitate
fugite in aliam multa maledicta
sustinuerunt christi discipuli propter

ipsum ita ut digni omni malo
ab hominibus dicerentur Et recon-
ciliaturi pietas in ore ipsorum ac si
velud dyabolus mediante loque-
rentur et eiecerunt eorum nomen eorum
tamquam malum propter ingenium
quem predicabant et propter christum
quem affirmabant esse deum cum
non dei sed tantum filius hominis
crederetur propter omnia sunt passi
sequitur Gaudete et exultate
quoniam merces vestra copiosa est
in celis Gaudete scilicet exterius gestu
corporis Unde actuum iiii° dicitur
Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii quoniam digni habiti sunt
pro nomine Ihesu contumeliam pati Et
exultate scilicet affectu mentis interius
Petrus Exultate insuper in domino et cum
merces vestra est Unde prima petri
iiii° communicantes christi passioni-
bus gaudete ut in revelacione glorie
eius gaudeatis exultantes Et
in futuris verbis duplicem stolam in-
venit anime et corporis Unde
Crisostomus Quantum aliquis letatur
de laude hominum tantum de vitupera-
cione eorum tristatur Et enim vero
gloriam concupiscit in celo obpro-
bria non timet in terris Crisostomus
Sed cum dominus salvator ad susti-
nendum mala in causa subiecit
sed superiorem gaudium et se ipsum
primo cum dixit propter alterum
tamen adiecit gaudium Et exultate
quoniam merces vestra est primo virtutis
secundum beatitudines sunt tamen
amplius propter primo quam propter
secundum mala passos discipulos
legimus fuisse gavisos sed a conspectu con-
cilii ibant gaudentes quoniam
digni etc ut magis letarentur
mala pati propter christum quam
propter promissa regna celorum
Optimi enim militis est non propter
rem sed propter regem pugnasse
Nota quod hec vita eciam dividitur de

nominatur / Aliquando dicitur merces
eo quod datur negocianti et
laboranti / Dicit xpc voca operarios
et redde illis mercedem / Aliquando
vocatur fructus pro datum semi-
nanti / psalmus / Qui seminant
in lacrimis in exultacione metent
Et quandoque dicitur corona pro da-
tum preliant[i] / Et quandoque regnum
pro datum heredi Ad quam he-
reditatem nos perducat Jhesus xpc
Marie filius / Qui cum patre
et filio et spiritu sancto vivit
et regnat in secula seculorum
Amen etc.

Et sic est finis huius libri
Anno domini M° CCCC°
xxxiii°



Gesta sancte Helene

Post passionem domini nostri ihesu christi eiusdemque gloriosam resurreccionem a mortuis et ascensionem in celum Sanctissimi apostoli quos idem dominus noster ihesus christus pro incremento fidei christiane in hoc mundo reliquerat accepta spiritus sancti gracia eandem fidem eius quam sacra confessione sua per universum orbem plantaverat doctrinis et gloriosis irrigaverat miraculis et exemplis. Quibus videns ille hostis antiquus omnium bonorum inimicus diabolus Reges et principes et universos huius seculi presides adversum christi apostolos suscitavit et ad eorum persecucionem diversis sue fallacie viis et modis incitavit ac tandem quosdam ex eis crucis patibulo affigi quosdam gladio alios quoque diversorum tormentorum generibus interimi procuravit. Inter quos gloriosi principes celi et terre videlicet petrus et paulus apostoli ecclesie et katholice fidei doctores urbem Romanam suo precioso sanguine et martirio pro eiusdem domini nostri ihesu christi fide et confessione consecrarunt Ac eandem non solum imperialem urbem sed ad totius ecclesie et eiusdem fidei christiane caput ac universalem sedem fidei fieri ac in eternum manere in esse dedicarunt. Crescente postmodum sacratissime fidei christiane religione ac succedente ipso Romano Imperio Constantino Imperatore Romano semper augusto totiusque rei publice principatum pro tempore obtinente Contigit helenam que ex nobilibus quidem parentibus progenita de stirpe nobilium civitatis Treverensis originem traxisse et venire ad urbem Romanam predictam nutu divino disponente visitandi limina sanctorum petri et pauli apostolorum predictorum. Cum autem ipsa helena esset in urbe prefata contigit quod Constantinus Imperator iter faciens ex more per pontem tyberis vidit helenam inter alios peregrinos sibi casu occurrere. Et cum intuitus ipsam fuisset eiusque elegantem pulcritudinem conspexisset ipse cum esset totus deditus libidini in concupiscenciam eius exarsit et mandavit quibusdam satellitibus suis dicens sequimini hanc et in quamcumque domum intraverit dicite domino domus

quod ipsam de domo sua et custodia quousque de ipsa sicut cogitamus capta oportunitate ordinaverimus potius sub pena capitis ac divitiis. Cum sequentes ipsam usque ad hospicium quod cum suis intraverat secreti hospiti domus id quod a domino suo in mandatis receperat secrete narraverunt. Hospes vero domus accepto Imperiali mandato prefatam helenam in custodia sua suscipiens et ne de domo sua recederet sollicite custodivit. Peregrini autem alii eius consocii expletis votis suis ad recessum se disponentes et accepta licencia ab hospite domus de urbe recesserunt. Cum quibus cum prefata helena recedere vellet hospes ei furtum cuiusdam rei sue quam sibi furatam esse asseruit dicens ipsam plus esse suspectam quousque rem suam quod reheret nolle dimittere. Sociis vero eius eadem relicta cum magna tristicia recedentibus cogitur paupercula remanere sola post recessum sociorum. Imperatori intimatur. Imperator ipse capta oportunitate venit ad domum hospitis supradicti ibique paupercula solitaria inventa tamquam canis rabidus aggrediens suique libidinis fomitem saciare cupiens eam oppressit eiusque pudicicie florem violenter abstulit. Imperator autem expleto sue libidinis conatu suisque desideriis saciatus videns helenam decore perfectam supramodum dolentem et turbatam et amarissime flentem verecundiam magnam habens cepit inquirere ammirando unde esset et eius condicionem et genus eius sollicite indagare. Et comperto quod fidem christi coleret eiusdem licet ipse gentilitatis teneretur errore misertus sibi ornamentum mire preciositatis et de auro preciosissimis gemmis compositum quo illo tempore solebant Imperatores in humeris ornari ac insigniri cum quodam anulo preciosissimo quod in sua dextra manu gestabat donavit et recessit. Paupercula autem senciens se de Imperiali semine concepisse tantam in se verecundiam concepit quod ad natalem patriam nunquam reversuram se fore decrevit sed ad quosdam homines

fide xpi secrete colentes dimisit et cum
ipsis in urbe habitare cepit suisque ma-
nibus victum sibi sollicite querere coe-
git donaria ipsius Imperatoris apud
se occultavit ut esset omnibus incognita
usque ad diem revelacionis ipsorum infra
scriptum. Homines autem illi cum quibus
prefata helena habitare cepit ut prius
videntes pulcritudinem ac sollicite con-
siderantes morum eius ac virtutum elega-
ciam ac laborum suorum frequenciam et qua-
litatem ipsam de generosa et nobili prosapia
existimaverunt ceperuntque eam plurimum
diligere et omnem quam poterant pietatem
sibi exhibere. Succedente autem tempore
et completis diebus helena peperit filium
et nomine proprio nomini convenientes ei im-
ponentes Constantinum nominaverunt hominibus
illis cum quibus conversabatur de patre pueri
interrogantibus dixit michi quod eum de quodam
viro quem sibi parentes in partibus maritum
copulaverant nuper defuncto concepisset.
Crevit autem iste ac de corde virtuoso
et virtuose nutritus virtutibus et bonis mo-
ribus informatus ac de laboribus
manuum suarum enutritus cepit placere
omnibus hominibus qui eius noticiam habuerunt
cum esset pulcerrimus in facie aptus in
corpore et morum honestate similiter et
aptissimus in disciplina. Eo autem tempore
viguit commocio guerrarum inter Impera-
torem Romanum Constantinum predictum
et inter Imperatorem Constantinopolitanum
seu grecorum iam per diutina contencione
huiusmodi tota quasi grecia per Romanos
quorum magister tunc temporis erat potestas
ad exinanicionem fere redacta fuit. Eo
autem tempore erant in urbe Romana
duo predivites mercatores de quibus
Imperator Grecorum tantam habuit confiden-
ciam quod ipsi soli cum eorum navibus et fa-
milia et nulli alii aditum securum
habebant ad greciam pro acquirendis mer-
cimoniis quorum magnam copiam cotidie
apportabant et inde nimium ditati sunt
et de die in diem amplius ditabantur.
Contigit autem ut quadam die predicti
mercatores simul per urbem spaciandi
gracia incedentes et pertranseuntes viderunt
predictum puerum Constantinum iam
factum decentem circiter inter alios pueros

ludentem quem cum diligencius intuiti
fuissent ceperunt admirari eius ineffa-
bilitatem pulcritudinis dicentes et querentes
ab eo quisnam esset et unde existeret
pater eius et quo nomine vocaretur. Cui
respondens ait Quis pater meus sit
nescio quia ab hoc seculo sublatus fore
dicitur antequam ego natus fuissem. Sed scio
quod habeo matrem pauperem mulierem et
vocor ex nomine Constantinus. Quo
audito consilium habuerunt dicti mercatores
inter se dicentes Conspicuus puer iste
erit gaudiemus ipsum et de bonis moribus
instruimus ac demum ad Imperatorem grecorum
nobiscum ducemus dicentes quod sit filius
domini nostri Imperatoris Romanorum qui
vult eum coniugem sue filie copulare
et pacem perpetuam exinde contrahere.
Cui confisus filiam suam sibi tradidit
in uxorem Et eam una nobiscum et cum
ipso ac navibus nostris de bonis mercimo-
niis oneratis remittet et sic per istam
locupletari poterimus cum iactura et destruc-
cione Romanorum hostium. Quod consilium
cum placuisset ambobus acceperunt predictum
puerum Constantinum et secum ad domum
suam perducentes ipsum de bonis vestibus
induentes tanquam filium proprium per tempus
et amplius in deliciis nutriverunt. Puer
autem puerili more de tanta paupertate
habitu contentus de matre modicum solli-
citabat nec curabat. Mater vero amisso
filio cepit flere amarissime et dolere
et plangere planctu magno dicens O
mi fili propter te natalem patriam dereliqui
parentes et amicos amodo videre non
curavi et eorum orbata propter te solacio
tecum vitam finire deliberavi nunc autem
ego paupercula omnium horum destituta quo
divertam Ad propriam redire et ibi inter
amicos vitam omni solacio destitutam ducere
quid aliud esset quam mortis aditum quotidie
sperare. Melius est michi eternum inter igno-
tos et extraneos mortis impetum prestolari
que ut speramus hic citius rapiet
ubi nullo reficior solacio quam in patria
ubi fortassis aliquo amicorum presidio
eius posset diucius adventum prolongare
hiis et huiusmodi planctibus forcius et sepius
revolutis tandem paupercula de filii re-
cuperacione desperata victum manibus

ut prius consueverat quesivit et vitam in
continuo planctu et merore per plures
annos duxit Tandem reprobi mercatores
cogitatum suum malignum ad effectum producere
satagentes recollecta navium multitudine
ad portum grecorum applicant ibidemque
Constantinum supradictum puerum vestibus
ornatum et apparatibus regiis amictum
secum duxerunt Et nuncios qui adventum
eorum cum dicto puero Imperatori grecorum
nunciaret premiserunt Imperator autem
gavisus de ipsorum adventu eos honori-
fice suscepit Et convocata nobilium et
magnatum sui Imperii multitudine eis
convivia et solacia infinita preparari mandavit
et fecit Sequenti vero die mercatores
Imperatoris presenciam attendentes sibi co-
gitatam maliciam suam exposuerunt dicentes
Imperator dominus noster sui Imperii fidelium
qui pacem diligunt ac tirannorum comoda
et bonorum firmiter consiliis illectus et virorum
finaliter pacem multis partibus vobiscum facere
cogitavit et ut perpetuo solidetur filium
suum Constantinum filie vestre unice in
matrimonium copulare disposuit et ut
ipsi pariter vobis cum heredem alium non habetis
in grecorum et sibi in Romanorum imperiis
succedere possint post mortem utriusque
ut ipse Constantinus cum coniuge sua
vestra filia Imperii monarcha fiat et toti
seculo dominetur Imperator vero de re tam
grandi stupefactus intra se cogitare cepit
qualiter ipsis ad hunc respondere Tandem
convocatis principibus suis et nobilibus cum
eis super huius misterii consilium suum habuit
Et finaliter deliberato animo sic respondit
quod ipse Imperator grecorum obtinens perpetue
pacis comodum prompte faceret quod
sibi adeo liberaliter offerebatur Illis pariter
vocatis ad se dictis mercatoribus dixit
eis omnia que Imperator Romanorum
cogitavit velle complere iuxta relacionem
vestram et parati sumus ad perpetuam pacem
secum faciendam et firmandam filiamque nostram
unicam filio suo Constantino matrimonialiter
volumus copulare et omnem effectum
consumare ut petistis Altera autem die
universos sui Imperii nobiles et primates
Imperator principes suos et litteras
vocari fecit et ad terram statuta die

venire precepit ad agendum sollempnia
nupciarum Die vero statuta advenientibus
ac universis nobilibus ut prefertur con-
gregatis Imperator filiam suam unicam
prefato Constantino in facie omnium ma-
trimonialiter et sollempniter procuravit
Et ut mos est regali thalamo preparato
eam sibi maritali affectione ibi
pertractandam presentavit Constantinus
vero de tali coniuge et socia contentus
eam cum gaudio suscipiens osculis et
amplexibus ac ceteris que inter coniuges
iuvenes et hylares esse consueverunt
cum ludis ac solaciis non tamen illa sed
post ea multis noctibus tanquam uxorem
amicabiliter pertractavit Mane autem
facto nondum plene aurora ortum
diei patefecit Imperatrix associat sibi
puellis et matronis multis et nobilibus
sponsum et sponsam cum cytharis et
organis et diversorum generum instru-
mentis musicalibus et magno tripudio
ut mores est visitantes de thalamo
eduxit ac Imperator ipse una cum Impera-
trice et universis principibus ac nobilibus
suis et militibus observatis cerimoniis
consuetis sollempnitate nupciarum in
conviviis comessacionibus tripudiis ha-
staludiis et aliis ludis et solaciis Imperia-
lem maiestatem decentibus tota die cum
continuacione plurimorum sequentium dierum
deducens sollempniter honorifice ac
celeberrime peragi procuravit Post hec
peractis duobus vel tribus mensibus et in
solacio congrue deductis mercatores
predicti propositum suum terminare cupientes
Imperatorem accesserunt dicentes Domine
Imperator vos scire debetis quod in recessu
nostro de urbe a domino nostro Romanorum
Imperatore firmiter recepimus in mandatis
ut nupciis sollempniter peractis filium suum
quem sicut se ipsum diligit cum sua coniuge
ad Romam deducere debeamus Quod
nisi fecerimus nichil nobis aliud super-
est nisi mors placeat ergo maiestati vestre
filiam vestram cum suo filio remittere ipsis
nobis sicut de suo filio fecit credentes
ad recessum sicut maiestati vestre
placuerit et congrue videbitur citius
expedire Imperator hiis auditis una

tum imperatrice sua coniuge stupefacti et de talibus nouis nimium contristati ceperunt inter se dicere: Quid nos miseri qui tantum unicam habemus filiam heredem de duorum hominum extraneorum assercione inter confidere possimus quod filiam nostram quam sicut animam nostram diligimus quam quasi in gremio nostro enutriuimus lumine oculorum nostrorum et baculum senectutis nostre possimus a nobis usque ad tanta loci distancia segregare. Respicientes si longe lateque maris intermedij transfretacio seu viarum distancia longissimarum tale fortassis casum prebeant euentum ut filiam nostram dilectissimam spem tocius solacij nostri in hoc seculo unicam nunquam decetero nostris oculis videamus. O si quod absit talia noua recepimus inquit mater quid aliud restaret quam me mito ingulare. Imperator autem nunc coronam imperialem suo capiti imposuit ymmo nunc sicut homo racione utens pedibus in terra ambulare sed sicut animal tortuosum horrendum venenosum et pessimum in terra reptare ac toto gaudio huius seculi ad tempora vite sue omnino renunciare vitamque suam in intimo luctu et merore expendere vellet si talia affirmaret. Hiis et aliis verborum et consiliis conflictibus per multos dies et noctes habitis deliberauerunt tandem inter se aliorum cum sibi fidelium consiliatorum non exceptis quod iam esset inter eos in hoc facto pressum aliud nullatenus expediret quam omnino Romanorum imperatori obtemperare voluntati in hac parte. Una conclusione consilij sic habita imperator cum imperatrice omnia ornamenta que statum filie imperatoris in tali casu expedire videntur et quecumque animus hominis unquam excogitare posset de vasis vestibus et aliis quibuscumque apparatibus auro et argento gemmis preciosissimis adornatis quarum rerum maxima copia ibidem habetur et alia necessaria pro tali cum quantitate fieri mandauit et fecit et pro itinere filie sue addidit de thesaurorum paratorum seruitorum ac aliarum infinitarum rerum preciosarum inestimabilem quantitatem. Interea mercatores predicti de reditu ibidem amplius faciendo desperati naues suas quarum maxima ut predixi multitudine adduxerant de infinitis bonis mercimonijs impleuerunt. Imperatrix vero

de recessu filie minus dolens ac de mercatoribus predictis sicut materna vistea quedam speciali ingenio quo nam matres pro conseruacione spei et educacione filiarum ingemuit sibi patefecit suspicione aliqua habens tradidit predicte filie sue preter ac quocumque homine mundi nesciente nonnulla cistema de auro verissimo ac nobilissimis gemmis sumptuose composita quorum valore vix una patria magna compensare potuisset ad illum finem ut si inopinatus horrende infelicitatis euentus quod absit euenerit aut si inciperet vox eius vel si mercatores ipsi fortassis aliquam fraudem vel deceptionem imprimis confixissent aut quocumque modo casus necessitatis vel pericula accidenta ipsa de dictorum cistemarum precio sibi posset quo ad vite sustentacionem consulere ac eciam prouidere paupertatem que inopiam a se repellere et fugare prohibens ipsam seriose et districte ut dicta cistema apud se ita absconderet et occultaret quod nisi casus tante urgentis accideret ut predixi nulli unquam homini viuenti de hiis verbum aliquod reuelaret. Quod ipsa hoc idem facere se repromisit. Quibus omnibus sic peractis et die ad recedendum prefixa aduenientes mercatores sepedicti imperatorem adierunt dicentes ipsumque rogantes ut eos recedere permitteret et imperator Romanum filiam una cum coniuge sua remitteret sicut ab inicio fuerat ordinatum asserentes quod recedendi a domino eorum eis prefixum instaret tempus quod vltimus tardare nullatenus auderent. Imperator hoc audito filiam suam una cum sponso ipsius tradidit ad Romanam vrbem perducendam. Cum autem filia ad portum ubi naues consistebant in quibus ad Romanam urbem venire debebat duceretur pater et mater ipsam sequentes ceperunt super eam plangere planctu magno dicentes: O vnica filia nostra dilectissima lumine oculorum nostrorum baculus que senectutis nostre imperij nostri cunctique dominij terrarum heres omnium generacionum nostre memoria ac totius posteritatis archa. O si quod absit aliquo infelicitatis casu te preter nos contingeret

exinde non solum cuiuslibet solacii refugium verum
etiam totius possibilitatis nostre penitus deflere
et plangere usque ad finem vite nostre miserabiliter
dignum esset nec ultra vivere sed mori fore
a deo altis suspiriis esset postulandum
et nullius solaminis ulterius spe refici
sed tribulacione et angustia affici dignum
ducentes corda nostra oculi nostri vultus
cum lumine preclarissimi depredati continuis
fontibus lacrimarum facies nostras irrigare
uberrime multo cogentur. Aures nostras
audito tue perdicionis casu infelici tin-
nitu terribili dolorosissimum recipere
ethere semper incessanter oportet nec esset
aliquod nostrorum membrorum quod tam
nephande infelicitatis tam acerrime
non fleret. Et si quod absit aliquod eorum
in cordibus nostris et si de membris repente
contingeret esset procul dubio protinus
abscidendum. His et huiusmodi plangendi
modis ipsis multiplicatis et ultra quam
dici posset planctibus pervenit ad portum
et navem deputatam multitudine coniuges
intraverunt et valedicentes parentibus
ipsis que responsum valedictionis lacrimabile
offerentibus mercatores pessimi erectis
velis et remigiis aptatis abinde navi-
gare ceperunt. Tandem cum transfretata
magna parte maris iam regnum Tuncorum
appropinquare ceperunt mercatores vela
sursum levantes naves ad quandam
insulam prius que nullis inhabitabatur
hominibus sed rupibus et rubetis multis
horrendum exuberabat solitudine quam
in tum media scientes in ea planicie ad
perficiendam sue tradicionis perfidiam et
quam peregerant rapido vento pervehi
coegerunt. Cum que ad ipsam insulam
mercatores predicti cum suis navibus
pervenissent alligatis navibus se nocturna
requie ibidem se recipere velle confixerunt
et exeuntes de navibus cibaria sua
pro cena in ipsa insula preparare fecerunt.
Et cena facta noctis que tenebris luce
diei claritate obumbrantibus mercatores
pessimi nobilissimis coniugibus tentorium
figere et in eo thalamum in quo noctis
requiem peragere debebant sic callide
mandaverunt. Confecta autem nocte dicti con-
iuges se ad thalamum ipsum eis non

ad requiem sed ad perdicionis dudum pre-
ordinatum interitum intraverunt et
in ipso omnis fraudis et nequicie que
de ipsis tractabatur inscii tota nocte
in solaciis solitis et requie expenderunt.
Aurora autem ortum diei sequentis indican-
te mercatores predicti secrete surgentes
et cogitatum suum malignum ad effectum
perducere satagentes naves dimissis
post nobilissimis coniugibus adhuc
sopore depressis intraverunt et abinde
furtim et celeriter navigare ceperunt
cogitantes sic innocentes perdere
coniuges quos deus preordinaverat
ad obtinendum et regendum prefata
Grecie sponse sue salute totius imperii
principatum. Mane autem facto coniuges
ipsi evigilantes cepit sponsa dicere
sponso suo surgamus et induamur
ne si forte supervenerint mercatores
magistri nostri et invenerint nos nudos
ex quo verecundiam recipiemus que non
licet. Adque Constantinus videbis
aut permittat me coniugem ipsi enim
bene per familiam suam excitabunt
nos quando tempus. Mulier autem ipsa
quanta magis et magis sollicita erat
surgens de lecto et induta vestibus
exivit de tentorio et cum undique
perquisisset nec naves nec homines
invenisset reversa ad virum cum magno
eiulatu rem gestam sibi dixit. Cum
hoc audito manus inter pilos inie-
cit seque decapillare fortiter incipiens
interminata lamentacione et dolorem
prorupit quod nisi mulier eius dolorem
verbis consolatoriis mitigasset se ipsum
ut estimo proprio gladio peremisset dicens
O dilecta domina mea et sponsa ego
sum pauperis mulieris filius et tibi
nobilissime mulieri per fraudem
et dolum maledictorum hominum copulatus
quot et quanti in domo patris tui
reperiuntur qui digni tibi pro familia
non fuit quorum ego racione famulus esse
non possum. Ergo cum sum causa mortis
et ad istum te miserabilem interitum
perduxi supplico ut pro meo merito a-
bs gladio vel patiaris me ipsum iugu-
lare. Mulier vero eius nimio dolore

mota sibi qz ex corde compaciens
consolabatur ipm dicens / Unde a cuius
condicionis es ut coniux fuelis deberet
nō quero scio em qd michi i maritum
et coniuge sociatus es ate nunqua
nec ipe patrem aut matrem a aliqua
persona vincere separabor dū vixero
nec potest res ipa absqz miraculi
presagio ordinacione diuina accidisse.
Spero quod ipe deus si in ipm firmiter
sperauimus nos de nra angustia libe-
rabit Constans et boni animi esto ego
em tm habeo de bonis encenijs et
preciosis p matre m tradita de quibus
dūmodo dij nr ad aliquem portū seu
ad habitacōne hominum viuos nos per-
duxerint habere poterimus victum nrm
et que bñ viuere poterimus quibus verbis
consolatorijs mulier animum viri sui
aliqualiter mitigauit / Nobiles aūt
coniuges nichil apud se de quo cibum
aut potum sumere possent habentes de
fructu quarundam arborum quas i predicta
insula inuenerant et aqua maritima
se p aliquot dies refecerunt aliud pe-
nitus nutrimentu nō habentes Cū aūt
placuit diuine pietati eos qui danielem
de lacu leonum liberauit similiter istos
contigit liberare ut ipe stantes supe
videntes homines quosdam de prope na-
uigantes qui gauisi multum clamauerunt
sup eos dicentes O vos dilectissimi hoies
quos mīa deorum sublimium ad hoc ut
nos de morte eriperet ad hunc locum
feliciter peruenire fecit nos vobis in-
time supplicamus ut amore diuini
primum ac nauli vri precio nos ad naues
vras recipiatis et perducatis ad portum
ad quem ire cogitatis / Tunc quidem
homines supra modum amirantes eo quod
ibidem aliquos homines vnqm viderant
aut habitare credebant ceperunt ab eis
querere qualiter ibidem peruenissent qui timen-
tes nō esse tutum si eis exponerent
rei geste veritatem dixerunt eis per hunc
modum Mercatores quidam i quorum
nauibus nos eramus tempestate valida
compulsi ad istam insulam nobiscum perue-
nerunt qui dum fatigati a laboribus

et remigacionibus nimis essent delibe-
rauerunt in ipa insula p nocte requiescendi
gratia permanere / Nos qz de huiusmodi periculis
insueti et timore mortis nimis
perterriti / Mane cum ipi mercatores
recederent eo qd oculi nri nimium gra-
uati fuerant p tristicia remansimus
hic in insula dormientes / Ipsiqz vna
cū eis naues nos intrasse fortassis
credentes nobis hic dormientibus
relictis recesserunt / De tentorio vero
in quo ipi coniuges p nocte dormierant
ac vniuersis eorum lectisterniis tapecijs
et apparatibus preciosis et nobilibus illum
penitus meciom ausi fuerunt timentes
qd si homines illi res huiusmodi et earum
preciositate viderent rem ita esse que-
admodum retulerant nullatenus estima-
tes de eis fortassis aliter facerent quam
ipis et vtilitati ipsorum conueniret quorum
timore ipi de predictis lectisterniis
et rebus alijs simpliciter tacuerunt
ut eas perdere et ibi dimittere potius
quam periculis exponere se decreuerunt
homines aūt illi qui nauium earundem
patroni erant videntes ipos tam iuuenes
et preclaros nec credentes eos aliquod
ficticium confingere scire sz rem ita esse
sicut retulerant omnino estimantes dictos
coniuges mīa moti ad naues suas sus-
cipientes vsqz ad portum Romanorum
secum perduxerunt Cum aūt Romani
peruenissent gauisi sunt gaudio magno
et valde deum in cordibus suis benedicentes
dixerunt domine deus omnipotens qui nunquam
deseris sperantes in te tibi gracias refe-
rimus qui nos de morte ad vitam de periculo
naufragij ad felicitatem portum de dampna-
cione ad viam salutis perduxisti quis
enim sperauit in te qui spe sua optatum
nō consequeretur intentum Et cum ipsum
ad portum ut predixi applicuissent exeuntes
de nauibus et soluto naulo suis cum gratiarum
accione valedixerunt patronis et ingressi
vrbe romana Constantinus ipse
coniuge sua ad hospicium i quo matre
sua an quatuor annos dimiserat secum
perduxit et intrantes domum pre helena
mater Constantini cum vidisset filium

de preciosis vestibus indutum et secum tam nobilem tamque pulcram ac bene ornatam mulierem venientem. Unde Apulienses non cognoscentes eum sed tamquam hominem consimilem filio suo personam fore decepta estimavit. Sed cum Constantinus totam rei geste seriem ut pote qualiter a mercatoribus Romanis a principio captus et in domibus eorum educatus fuerat qualiterque sub nomine filii Imperatoris ad Greciam perductus et sibi predicta mulier Imperatoris filia quondam in uxorem sociata extiterat et qualiter ipsi dicti mercatores in insula ut fame interficerentur eos dimiserant et casu alii mercatores ibidem transfretantes eos ad romam perduxerunt narrare cepisset. Quo audito helena supramodum stupefacta filium cepit diligenter intueri et tam ex loquela quam ex gestibus quos ipsum in iuventute noverat habere quam et aliis indiciis magis ac magis recognoscere incepit. Nec tamen ad se ipsam propter facti grantitatem stupendam potuit redire satis citam. Tum materno conpulsu amore seipsam diucius continere non valens procidit in lacrimas et pre gaudio amarissime flere cepit et surgens cum festinancia ipsum amplexata est eumque tamquam filium suum unigenitum maternali osculi dulcedine recepit dicens. Fili mi dilectissime bene venis Deus omnipotens sit benedictus qui te michi restituit unicum lumen meum. Benedicta sit dies ista in qua te recepi de cuius recuperacione iam dudum eram desperata. Iam deus hodie afflictionem meam respexit, et te meum totius solacium restituit. Recedat de cetero a corde meo omnis tristicie et meroris materia quia dragma perdita est inventa. Nunc possum habere locum tristicia ubi omnis prius est leticia pro te fili mi et per tuum adventum deus michi desolacioni et gaudio plus incomparabiliter restituit quam infelix perdicionis tue casus intulit cordi meo. Unde sibi regraciare et sue immense pietati debite nescio. Et conversa ad mulierem Constantini ipsam similiter osculis et amplexibus

recepit dulciter sicut nurum suam. Unde tamen sicut de filii recuperacione gaudebat ita et multo magis de tante coniugis sue adduccione propter rei magnitudinem et non immerito exsultabat. Nurus autem videns socrum suam de adventu suo contristatam sic alloquitur ipsam dicens. Domina mea carissima de adventu meo nolite contristari. Noli sollicita esse dicens. Quid manducemus aut quid bibemus. Scit enim pater noster celestis qui nos de manibus iniquorum mercatorum periculis maris liberavit quid nobis necesse sit. Ipse enim qui de tantis periculis nos redimere curavit nequaquam fame interficere cogitavit. Ipsius enim incomprehensibilia iudicia sunt et investigabilia viarum suarum divicia. Celum et terra transibunt verba autem eius manebunt. Sic quod illud quod de nobis eius imperscrutabilis consilii altitudo disposuit inmutabili veritate adimplere debet. Speramus quod faciat et cum dei adiutorio tandem nostram amittemus paupertatem. Ego enim consilio manuum mearum et laboribus meis vos iuvabo et bene ut spero deo adiuvante lucrabimur panem nostrum. Et nichilominus non omnino vacua veni aliquid de meo quo mediante victum nostrum querere potimus addere volo ne nimis vobis videar onerosa extrahens igitur sumptuosum et nobile cinctorium quod in recessu sibi dederat vir suus dixit ei. Ecce illud venditote et de precio eius emamus modicum aliquid per quod potimus nos nutrire. Videns autem helena preciositatem huius rei dubium quod tam relata per filium de tam grandi prius habuerat accepit certitudinem et cogitare quod hoc non erat pauperum hominum sed Imperatorum aut regum vel magnorum filiis et filiabus talia a suis parentibus condonare. Sed tamen mente se plus quam ante timuit cogitans si ista est tanti hominis filia ut dicit et satis michi apparet quo comperto potens non solum quod perditum et inventum tuum vere perdere sed te et

omnes cum quibus gloriaris ad periculum mortis dare. Veruntamen in domino finalem spem ponens dixit in corde suo: Domine deus qui nosti omnia antequam fiant, Tu scis qualiter contra mea voluntate oppressa filium istum Constantinum de isto sacrilego Imperatore suscepi et ipsum de laboribus manuum mearum educavi, quia nec antea nec postea virorum aliquorum concupiscentia carnis novi, sed tibi domino meo corpus meum immaculatum quantum in me fuit custodire cogitavi. Sed quia domine tu me et nunc subsequenter in filio ista fieri voluisti, tibi et tue misericordie me commendo me et ipsum et omnia que de nobis miseris creaturis tuis facere cogitasti ad effectum secundum magnitudinem tue inenarrabilis pietatis perducas. His vero in corde suo dictis Helena centum predictum de manu nurus sue suscepit ipsumque post hoc non multis elapsis diebus vendidit pro magna pecunie quantitate. De cuius quidem pecunie pretio unam domum in qua per aliquod tempus hospitium quinque tenuit hospites quosque supervenientes recepit et fovit. Et sic stabularia exinde facta et nurum suam cum filio decenter enutrivit. Nurus vero Helene in textura muliebrium operum sumptuosorum et nobilium secundum quod sua decuit conditionem more subtilitatum operatrix bene erudita bonam pecuniam de labore manuum quotidie lucrabatur. Et Helene tamquam sue domine obediens et subiecta obsequi non dedignabatur manibus deservire. Constantinus autem sue sequens nobilitatis originem quam tamen penitus ignoravit se ex instinctu quodam quod sibi natura ex nobili sanguine ingeneravit ad actus militares se dedit et maxime in hastiludiis et aliis militaribus actibus se exercere cepit quod tam inter omnes milites et nobiles quorum tunc temporis in Roma multitudo erat et quotidie de omnibus mundi partibus ibidem confluebat innumerabilis copia qui se in hiis solaciis continue exercebant ipse tantam famam traxit quod nullus in urbe Romana Constantino melior credebatur in talibus inveniri. Tandem Constantinus Imperator

Romanus diem natalis sui ex more agere volens vocavit omnes senatores tribunos decuriones et milites. Et statuta die sollempnia natalis sui ut consueverat celebravit. In quibus inter cetera hastiludiorum et torneamentorum exercitia que maxime agebat. Constantinus vero cum aliis et inter alios hastiludens prevaluit ceteros et omnes in hoc ludo ita quod omnes milites secum ludentes et fere omnes et ludum ipsum secum ad aliquod tempus continuantes ad terram se prostravit et quod iam quasi non inveniebatur aliquis qui secum ludere ausus esset et in tantum ultra omnes alios prestat ita ut Imperator cum toto senatu ac universis suis tribunis et militibus de ipsius strenuitate miraretur. Istis itaque hastiludiis et torneamentis ad aliquas dies continuatis ac Constantino magis ac magis prevalente Imperator cepit inquirere quisnam esset. Milites autem ac universi nobiles qui aderant responderunt uno ore dicentes quod nullus ipsum noscat nisi quod ipsum sepius vidissent ceteris in hoc ludo et aliis militaribus actibus ludentibus incomparabiliter prevalentem. Imperator autem hoc audito Constantinum ad presentiam iussit vocari et quesivit ab ipso quis et unde esset. Cui respondit dicens: Domine Imperator pauperis mulieris filius stabularie in hac urbe commorantis. Imperator rursus quoque interrogavit eum dicens cuius esset pater eius. Ad quem respondit iterum dicens: Patrem quendam pauperem habui qui mortuus fuit antequam ego natus essem. Imperator autem rem tacitus considerans subsequenter quadam die cum ipsum inter alios milites hastiludentem ac ipsum aliis prevalentem sicut prius conspexisset eundem Constantinum ad se vocari iussit et iterum quis esset interrogavit. Cui quidem Constantinus respondit sicut prius fecerat dicens: Domine Imperator pauperis sum filius mulieris. Cuius vero Imperator autem rem ita sicut asserebat nequaquam estimans dixit sibi pro certo scire volumus huius rei veritatem nisi ipsam patefeceris penam non evades. Constantinus autem

rem ita esse cum iuramento affirmabat
Et cum Imperator aliud ab ipso scire
non posset quesiuit de nomine suo si quos
amicos haberet preter matrem et uxorem
Cui dixit Constantinus vocor ex nomine
nec habeo aliquos amicos nisi matrem
et uxorem paupculam mulierem Imperator
hoc audito mandauit sibi ut matrem
et uxorem suam ad eius presenciam produceret
ipse omnibus modis huius rei vellet scire
veritatem Constantinus vero recepto imperiali
mandato ad domum suam reuersus
et matrem suam et uxorem indutis de me-
lioribus suis vestibus et ornatas ad
Imperatoris presenciam produxit Imperator
autem ad helenam in eius presencia constitutam
dixit Est ne iste iuuenis filius tuus
Que rudenus ait Est domine Dixit Imperator
Cuius enim est pater eius Que ait
Ego ipsum in iuuentute mea aquodam viro
quem in temporibus natalibus meis amici
mei michi in maritum copulauerunt qui
a me post non longe negociandi gracia
recessit et ad me postea non est reuersus
si mortuus est aut viuit deus scit
Imperator vero non bene contentus de responsione
mulieris magis quam antea dubitauit
et mandauit ipsam vna cum nuru sua
ad mensam inter nobiles mulieres ad come-
dendum collocare Rursus autem pulcerrima
facie aptissima corpore et secundum nobilitatem
sue condicionis nobilissimis moribus
erudita que cum esset inter alias mulieres
non sicut viles et paruose consueuerunt
facere mulieres cibos auidissime sed discipli-
plina et verecundie honestate sequens stu-
duit pro ut suam decuit nobilitatem man-
suetissime et delicatissime manducare
Imperator vero quia mos erat antiquus
magnam inter epulas obseruare disciplinam
et secundum quod consueuerunt homines et maxime
mulieres secundum magis vel minus discipli-
nam seruabant ac in moribus et virtutibus se
plus ostendebant vel minus nobiles et
ignobiles quam secundum lineam sui generis
et secundum quantitatem morum et virtutum no-
bilitas maior vel minor in hominibus
tunc temporibus reputabatur rem tacitus con-
siderans helenam post mensam ad se
vocauit dicens Nequaquam ita est de
filio tuo et uxore eius ut dixisti et
nisi nobis de hiis dicas veritatem

Imperialem maiestatem te sciatis grauiter
offendere nec debitam te sciatis penam euadere
vlcionem Quod audiens helena dixit
Domine Imperator ex quo modis omnibus
vultis scire huius rei veritatem de vestri
modicitatis indutias et ego reuersa cum
filio meo et filia dicam vobis Imperator
vero se ad hoc difficilem reddens sed
victus tandem eius precibus diem certum
redeundi et premissa dicendi sibi assi-
gnat Die vero statuta adueniente
helena anulum quem sibi Imperator in
defloracione sua ut predixi dederat vna
cum nobilissimo Imperiali humerali
ornamento quas res predicta helena
vsque in ipsam diem occultauerat quod nulli
viuenti de hoc quicquam constabat nec con-
stabat apud se secrete recipiens ad Im-
peratorem vna cum filio suo et filia reuersa
fuit et stans in ipsius presencia dixit sibi
Domine Imperator Rogo ut ante de
dictis hiis que dixi vobis contenti
sitis nec ad vlteriora me dicenda me
cogatis Imperatore hec facere recusante
et ad dicendum sibi qualis esset de filio
et filia ipsam minis et terroribus coar-
tante dixit sibi Domine Imperator si
dixero vobis veritatem non credetis Verumtamen
ex quo habere me non vultis de hiis
supportatam vestre notifico maiestati
quod ipse Constantinus filius meus filius
vester est et ego ipsum de vobis suscepi
quando me paupculam oppressistis Et inci-
piens cepit sibi narrare totam seriem
rei geste sicut in principio huius capituli
continetur Cum vero ego sencirem me a
vobis concepisse decreui potius velle
in vrbe romana in paupertate vitam
ducere et de laboribus manuum mearum
victum querere quam ad natalem patriam
redire et ibidem inter amicos et notos
quamuis sine paupertate et cum necessa-
riorum sufficiencia perpetue verecundie
ruborem sustinere et ideo extunc pelegi
hic manere et mansi vsque in hodiernum
diem et filium meum Constantinum de laboribus
manuum mearum educaui vsque dum
mercatores romani ipsum in furtim
aufentes ad domum suam receperunt et
educauerunt per aliquos annos ut ipsum
ad annos iuuentutis perductum per-

perduxerunt ad Greciam et ibidem filium
vestrum fore dicentes filie imperatoris
Grecorum huic puero copulari matrimonialiter
procurarunt, et inde recedentes ipsos quos
secum puer a vobis in mandatis se
recepisse confirmavit producentes
eos ad quandam insulam ut ibi fame
interficerentur collocaverunt, et ipsis
dormientibus et ignorantibus ibidem relictis
ad Romam cum suis navibus reversi clam
fuerunt. Deus autem omnipotens qui iniqua
deserit sperantes in se quique Susannam
de iniquorum iudicum manibus et Danielem
de lacu leonum liberavit volens innocentes
preservare iuvenes fecit quosdam bonos
homines cum suis navibus dicte insule
appropinquare et non sine sue clementie
dispositionis ibidem pervenire. Qui de
perditione ipsorum misti eos ad Romam
perduxerunt. Ego autem paupercula omnino
filium meum credens et eius perditionem
per multa tempora deflens amarissime sic
de eius recuperatione quem iam bene
per quinque annos perdideram omnino desperavi.
Ipsum non multo tempore elapso una cum
sua coniuge presente simul cum gaudio
recepi, sed de tanta coniuge stupefacta
devenerim una cum coniuge eiusdem,
quod nisi fuisset mandatum vestrum tam serio
se in factum nunquam alicui vivendi eius
conditionem et rei eventum duxisse re-
velandum, sed in paupertate et de manibus
nostris laborando victum querere cogitavimus
ad tempora vite nostre. Imperator vero
de tantis et talibus sermonibus stupefactus
et ultra quam credi potest admirans ait:
Quomodo potest iste esse filius meus
et quem de vobis genui? Cui Helena
dixit: Domine Imperator xxx annis
elapsis et amplius uno dierum ego
cum sororibus meis qui ad urbem venimus
ad visitandum limina sanctorum transivi
per pontem Tyberis, et vos ex adverso cum
satellitibus vestris capud obturato vos
quamvis missis quibusdam servis mandastis
hospiti meo me tamen penitus
ignorante ut me de hospicio suo
non dimitteret donec propositum vestrum de
me conceptum expleretis. Hospes vero
suscepto mandato imperiali dimissis
aliis consororibus meis me retinuit

et in furtum cuiusdam rei sue quam
furatam asseruit imponens in me de
hospicio suo recedere non permisit. Vos
quoque capta oportunitate ad idem hospicium
venistis et paupercula flore pudicicie
mee contra omnem voluntatem meam
et sicut placuit vobis denudastis
et violenter oppressistis. Et in signum
quod omnia vera ista sint: Ecce anulum
vestrum, ecce humerale vestrum ornamentum
imperiale, quas res in defloratione
mea me amarissime flenti et de
peccatis tantis me nimium dolenti quadam
pietate motus tribuistis, et quas
apud me usque in istam horam ita celavi
quod homo vivens super terram nunquam
scivit. Et licet tamen sub necessitatis sepius
affuit nunquam ea vendere volui sed
in testimonium doloris mei et pene
usque in diem divini iudicii contra vos
servare decrevi. Imperator autem visis
hiis rebus diligentius quam intuitus
cepit eas magis ac magis noscere
et exinde rem gestam ad memoriam
revocare et in eo mulieris sapientiam
et nobilitatem in animo multum commendare.
Et irruens in ipsam amplexatus est
eam et osculatus dixit: Vere sanguinis
nobilitatis preclare de quo te procreatam
non dubitamus tibi clementem sapientiam consilii
indidit et nobilissime bonitatis.
Nunc absque deorum sublimium dispositione
talis concubitus accidere non potuit
de quo talis proles nasceretur et sequeretur
coniugium quod inter filium tuum et imperatoris
tanti filiam est contractum. Oportet enim
ut quod diis omnipotentibus placuit
faciendum quod hoc debito ordine fiat.
Et conversus ad Constantinum dixit
ei: Qui sunt hii mercatores qui tantum
facinus in vituperium et lesionem imperialis
maiestatis committere presumpserunt ut
tibi sub nephario colore tanti imperatoris
filiam tam nobilem tamque preclaram
matrimonialiter copulare procurarunt?
Ipsos enim dignos supplicio et morte
turpissima dampnandos per imperiale
nostram sententiam iudicamus et bona eorum
quelibet mobilia et immobilia perdita cen-
semus. Et statim dictos mercatores
capi mandavit et fecit ac bona eorum

confiscauit et confiscatam omnia et
singula helene et Constantino filio
suo et eius uxori tradidit integraliter
et donauit / Mercatores autem huiusmodi
iussit in questionibus poni et ab eis
veritatem inquiri de premissis mandauit
et fecit ut est moris et maxime
Romanorum qui inuentores huius rei
questionem huius existunt existere
referunt Tandem per confessionem ipsorum
inuentum fuit verum totaliter ita esse
quemadmodum helena et filius eius
Constantinus ipsi Imperatori retulerant
ut prodixi / Unde Imperator dictos mer-
catores post multa suppliciorum genera
que eis imponi iussit tandem capite
subire fecit sententiam et gladio decollari
Postremo Constantinus Imperator
Romanorum cognita de premissis veritate
ac inuenta quod omnia et singula que
helena et Constantinus eius filius
de se et Imperatoris Grecorum filia
retulerant quod vera essent de eis ad
plenumque certificatus misit solempnes
suos legatos et nuncios ad Greciam
ad Imperatorem Grecorum nunciare videlicet
qualiter duo mercatores predicti Consta-
tinum ad eum fraudulenter perduxerunt /
ac filiam suam eo quod ipsi sententia sua ad vi-
ac filiam suam eo quod ipsi sua ad vti-
litatem in premissis et tota ea facerent ca-
lide sibi in uxorem copulari fecerunt /
qualiterque ipsos ad quandam insulam
ut ibidem fame interficerentur perduxerunt /
ac eis ibi relictis romam reuersi
fuerunt Et qualiter quidam boni homines
non absque deorum sublimium voluntate
penes ipsam insulam nauigantes
ipsosque super eos clamantes inuenerunt
et ad Romam perduxerunt qualiter de
hiis satis miraculose recepit veritatem
dictisque mercatoribus sicut male
egerant per sententiam condempnati fieri
inferri supplicium durae mortis / Re-
ceptis autem hiis nouis Imperator
Grecorum et Imperatrix in tanta dolore
et gemitu vehementia quod videbatur
ex mentium ratione positi et se ipsos
velle iugulare / quos videntes amba-
siatores et nuncii ipsius Imperatoris
Romani dixerunt eis Nolite contristari
quod ita factum est / dominus enim Imperator
Romanorum sciens quod sua decenti ma-
iestati dolens tam gloriosam dominam
filiam vestram fore tam miserabiliter
seductam mox veritate super huiusmodi
comperta / Constantinum filium suum
et vestram filiam eius coniugem suos
constituit heredes et Romani Imperii
successores / Et vult si placet omnia
que per dictos mercatores liberaliter calide
tractata fuerant vobiscum totaliter
confirmare pacemque perpetuam facere
et seruare Quod audientes Imperator
Grecorum vna cum Imperatrice ad se
reuersi pre gaudio languentes dicentes
Viuat Imperator Romanorum et
imperet in presenti seculo feliciter et post
mortem cum diis sublimibus eternaliter
pro sua pietate quia certa nos et nostram
vnicam filiam nostram fecit recipere
digne gloriam et honorem / Et nos vice
versa secum non solum pacem facere et
seruare volumus sed in perpetuam ab eius
amicicia et amore nolumus propter
quamuis rem mundi separari / Et eciam
Constantinum filium eius nostrum heredem
in Grecorum Imperio facimus successorem
Quo facto ambasiatores Constantini
Imperatoris Romanorum dixerunt
Domine Imperator placeat vobis
legatos vestros et nuncios nobiscum
ad romam cum pleno mandato mittere
ad omnia ista perficienda et ad recipiendum
hoc idem domino nostro Imperatore hoc
cupiente Quod audiens Imperator
vna cum Imperatrice responderunt
dicentes Parati sumus mittere facere et
recipere omnia que Imperatori Romanorum
placent et que vos ex parte ipsius
petiuistis / Et vocatis ad se duobus
baronibus et nobilibus sui Imperii
dignioribus Imperator ipsos ad urbem
romanam ad consumandum omnia et singula
premissa ambasiatoribus concesso eis
per litteras suas sufficienti mandato
Qui quidem ambasiatores acceptis

litteris et procuratorijs supremo
ordinatis et mandato cum plenaria in-
formacione ipius sta cum ambasia-
toribus Romanis naues ingredi-
entes se ad vrbem Romanam transtu-
lerunt die autem constituta et prosperis
fortune successibus offerente ad vrbem
Romanam feliciter peruenit Quod cum
Imperatori Constantino nunciaretur
lacrimas pre gaudio continere non valens
omnia que ad solacium huius seculi
facere videntur et ad honorem et iocunditatem
iocundum talium nunciorum aduentum
preparari mox mandauit Quibus omnibus
iuxta imperiale mandatum preparatis
vniuersi tribuni nobiles milites to-
taque familia imperialis aule ipius
ambasiatoribus et nuncijs Imperatoris
Grecorum supradictis cum tubis bucinis
ympnis et canticis et vniuersis musica-
libus instrumentis ut mos est occurrerunt
Et eis honorifice receptis ad imperia-
le pallacium honorifice perduxerunt
Constantinus vero Imperator Romanorum
eos cum magna recepit reuerencia
sicut suam decuit maiestatem Mane
autem facto Imperator vocato toto
senatu et vniuersis suis tribunis et
nobilibus et audita legacione dictorum
nunciorum omnia que per mercatores
predictos tractata fuerant confirmauit
et imperiali auctoritate confirmauit
Similiter ipi ambasiatores Grecorum
Imperatoris ex parte eiusdem domini sui
et quemadmodum ab ipo receperant in
mandatis fecerunt viceuersa Et ipse
Constantinus Imperator Romanorum
Constantinum filium suum vna cum sua
coniuge in Romano Imperio heredes
sibi post mortem suam et successores
ibidem super vniuerso senatu instituit
quod et ipi ambasiatores Grecorum
de Imperio Grecorum fecerunt equiso
hijs vero omnibus sic pactis Constantinus
filio suo Constantino et sue coniugi
imperatrici cum ea sollempnitate fieri
fecit ac si illo die essent matrimonialiter
primum copulati Qualiter autem

Constantinus mortuo suo patre
Constantino in Romano Imperio
et mortuo socero in Grecorum imperio
successit et factus fuit tocius seculi
monarcha Qualiter quod a sancto Siluestro
papa a lepra curatus et ad fidem christi
conuersus fuit et vsque ad mortem suam
in vtroque Imperio potencialiter regnauit
Et qualiter sancta Helena mater
Constantini Jerosolimam iuit et sanctam
crucem inuenit require in suis locis
Ideo autem hic scribi per has non est nec oportet
Sed hec sufficiant pro ortu Constantini
sic fuisse scripta ad laudem et honorem
indiuidue trinitatis patris et filij et
spiritus sancti omnipotentis dei qui est
mirabilis in sanctis suis secundum sue
ineffabilis sapiencie prouidenciam promissa
fideles posuit Qui est benedictus
in secula seculorum Amen

Explicit gestum sancte Helene et
Constantini filij ipsius ortus Et
qualiter deus miraculose ordinauit
ipsum fore Imperatorem Romanorum
et Grecorum post mortem parentum
ipsius et vxoris ipsius

Hic sequitur vita sancte Regine

Ut de qualitatibus et condicionibus
vite beatissime Regine virginis
vobis assit certitudo plenaria
Noueritis presentes quod beatissima Regina
fuit vnica filia regis Eracli nomine
Cyrilla nomine vero matris Grazia
Cum vero ad annos discrecionis peruenisset
tam pulcherrima facie ac toto corpore
apparebat Quod multi Reges et prin-
cipes Duces et Comites ipam [illegible]
desponsabant Rex vero Eraclius pater eius
nolebat eam cuiquam tradere sed magis
proposuit ut dijs eam immolaret Teste
pesta immolauit filios suos et filias
suas demonijs Et castrum seu turrim
ei construxit vbi manens a nemine
videretur Orticulum nobilissimum et herbas
odoriferas ac delectabiles plantauit
in quo virgo delectaretur et Duodecim virgines

pedissequas ei contulit cum quibus
conuersaretur Ipsa vero beata virgo cum pedissequis
suis multum delectabatur ambulans et inspi-
ciens et deosculans herbas loquebatur
ad eas dicens flosculi dilectissimi unde
in qui te creauit flosculi michi rindit
quia res inanimata licet logice loquendo
sit animata anima vegetatiua non tamen
intellectiua In Junio tamen mense ad-
veniente lilium ortuli pulcherrime floruit
Ipsa vero intuens lilium vidit pulcherrimum
puerum in calamo lilij stantem habentem
crucem splendidissimam tanquam stellam
nitidissimam in fronte Cui multum ammi-
rabatur Puer vero videns eam mirari
dixit ad eam Quid miraris filia di-
lectissima que impossibilia sunt apud
homines possibilia sunt apud deum Ego
enim feci scalam de aere tendentem et por-
rigentem de terra usque ad celum quando
ascendi in celum Cum quidem stupor
multum mirabilior est non miraris de
possibiliori quod sto in hoc calamo tenui
ac subtili Ego sum qui creaui celum
et terram mare et omnia que in eis sunt
Ipsa enim multum delectabatur cum eo loqui Ille
vero dixit ei Mittam ad te virum de suis
meis qui indicabit tibi viam salubrem
hoc dicto evanuit Ipsa vero stringens
herbas osculabatur eas dicens cum maximo
fletu O flosculi dilectissimi quando veniat
qui mihi missus est Alamani vero ac
ceteris terre principes inito maturo
consilio accesserunt ad Regem patrem sancte
Regine dicentes Rex scias breuiter
et aures tuas ad verba nostra inclina
Vel filiam tuam desponsa vel mala morte
morieris vel de terra expelleris At
Rex attendens verba ipsorum et ea menti
imprimens rindit Querite virum competentem
abilem et valentem omnia ad nutum vestrum
premissum facere quia ego sum homo debilis
et senex et non valens onera regni
amplius supportare et multum desidero
ut hoc fiat Ipse ergo misit exercitum mili-
cie sue per diuersas prouincias et terras
ut quererent Ipsi autem percepta eius volun-
tate et completa cum reverencia debita
redierunt Cum autem quidam Rex
occidentalis percepisset eam nimis pulchram

venit cum maximo exercitu ad domum
patris beate Regine ibique honorifice
fuit susceptus a tota familia domus
Et eam fuit precatus sub oratione hinc
inde facta eius fuit a patre suo copulata
Erat autem sponsi nomen Otilius qui
spopondit ei secundum morem ipsorum pro
dotalicio vestem candidissimam et coronam
splendidissimam Pater vero beate
Regine vicecuisa sponso racione imperatoris
promisit ut qui prestiorem vestem
ac nobilius munus ei conferret
maius meritum ac laudem largiorem
consequeretur Celebrata huiusmodi desponsa-
cione sponsus osculatus est eam in eo
valefaciens alijs letus cum suo exercitu
ad patria redijt volens ei munus et dota-
licium quod promiserat ordinare Interea
Rex beatissime Regine pater misit
nuncios ad querendum pictores electos
ut sibi pallacium construerent et depin-
gerent Sed tamen nullus repertus est sub-
tilis ita quod Rex multum turbatus
est Tunc unus de ministris videns
Regem turbatum dixit ei Consulo Rex
Mitte ad peregrinos vel ad christianos qui
tunc peregrini vocabantur quod factum est
Cum vero repertus esset magistralis
pictor construxit et depinxit nobi-
lius pallacium quam Rex sibi iniunxerat
Beatissima vero Regina ludens cum
puellis respexit retro vidit virum
sacerdotem missam celebrantem Deinde
apparuit ei puer stans in calamo
lilij ut supra Ipsa vero rogauit pictorem
quatenus depingeret puerum in calamo lilij
stantem Tunc pictor videns eam stans
ingemuit deprecans christum ut sibi inspi-
raret graciam deitatis ut pingere posset
sicut sibi ipsa preceperat quod factum est
Ipse vero ei occulte contulit Tunc
ipsa dixit ad pictorem querens ab eo
utrum ipse puer loqueretur ad me sicut
locutus est olim Pictor respondit
Si eum adoraueris et toto corde di-
lexeris et in deuocione habueris omnia
que ab eo postulaueris impetrabis
Tunc ipsa abiens a domicellarum
suis ac coetaneis suis intrauit

precatus
Otilios

Gazophilaciu ibi q3 locans puerū pro
stravit se an̄ ipm̄ dicens Sponse in
dilectissime ac domine benignissime
tibi querulose patefacio q alter sum
desponsata/ xpus ridet Ne paveas fi-
lia mea dilectissima s3 ea que t loquar
diligent attendens adimpleas/ Postquam
sponsus tuus adveniet suscipias eum
diligent et omnia que tibi tradit vide3
vestimenta ac coronam accipias et prestas
eum fore venturum infra dies octo qui
si non venit tu non credas q sim deus
qui creavit omnia/ Omnib3 g° muneribus
receptis a patre z sponso s3 vestiment
et coronis quas dederint tibi exue te
et inveterata depone et indue te vesti-
mentis novis et transfer te ad partem
orientale ibiq3 ero semper tecum/ Tunc
ipsa firmans cortina in lecto lavit facie
sua et exivit adivit ad puellas/ Puel
le vero videntes eam subriserunt cre-
dentes eam virum desiderare/ Postea
sponso veniente et promittente ei C
domicellas electissimas dedit ei et
vestem preciosissima z corona splendidissima
put ei ante promiserat/ Cuna cum
induta esset deposita antiqua veste
duas coronas capiti imposuit necnon
tota turba in domo adveniente palam
transivit recedens de domo pris put
dens ei preparat cū ei copulari ac co
iungi debuisset/ Misit Rex vna cum
Regina ut adduceret z ipa vo nullibi
repiebat z quia procul dubio recesserat
Tunc omnes dixerunt vidimus eam
transire s3 ignoravimus quo ituri esset
Tunc/ Rex dixit eis Quare non arre
stastis eam Qui dixerunt/ Formido
et pavor oppressit nos/ Tunc/ Rex
iratus omnes ianitores z portulanos
detinuit et stricte vinculis mancipat
et cū maximo dolore cordis consi
liatores suos ad partes diversas ac
longinquas misit ut eam quererent
Ipsi vero descendentes ab urbe dili
gent quesierunt z invenientes eam
intuiti sunt s3 nichil penitus ei loqui
potuerunt et sic quasi muti ab ea
recesserunt capita ei inclinantes Cū
aute reversi essent ad rege denunciaverunt

sibi q eam vidissent Quib3 dixit/ Rex
Quare non arrestastis ea z non adduxistis
eam ad me Qui responderunt Formi-
do pavor stupor et obitudo invasit nos
ut etiam ei dicere non potuimus Rex
vero nimium turbatus scidit vestimenta
sua vna cum Regina z sparsit cineres
sup caput suum dicens heu filia mea
dilectissima quid fecisti in hic te
expectabo in crupina ista donec michi
aliquid de te dicat z Tunc sponsi videns
Rege lugere et Regina dixit Et ego
vobiscum lugebo similit scidit vestimenta
sua z saccum deterrimum assumpsit
Beatissima vero Regina transiens
p magna nemora invenit horribile
saxum z nocte superveniente posuit
cortina sup saxum z orabat dicens
Domine ihesu xpe vbi thorus meus
splendidus. vbi vestimenta mea can-
dida quibus vestiebar die ac nocte
Ad qua xpus dixit Ne tristeris filia
mea speciosissima ducam te ad convivium
meum/ post huius vite tm̄ vbi epu-
laberis cum angelis meis et elect
meis in regno meo Et illico orta e
lux magna sup eam ita ut heremita
miraret z Et descendentes angeli
suavit erexerunt eam in celum Ibiq3
cum maximo gaudio ad triennium
pmansit Infra vero illos tres annos
heremita vna katholica in noie matris
xpi edificavit putans in ista visione
eam fuisse sub tali titulo h e antara
celi/ Tunc sancti angeli amonebant
eam dicentes Soror nra dilca consperisti
hitudines nras si vis fore de gremio
nro oportet te sarre clamia z tormenta
pro nomine xpi Que ridit Ach pau-
lulum vobiscum mansi sinite me adhuc
diucius manere Angeli dixerunt Scias
dilectissima q tribus annis pmansisti in
hoc habitaculo Tunc ipi sancti Angeli q
eam levaverunt portaverunt ad katholica
qua edificaverat heremita/ Et videns
btissima virgo illud gaudium magis an-
helabat ad xpm quia omnia q dicta
fuerant per angelum erat va ipa eternum
eadem hora e deposita qua z assumpta

Preterea cum discessisset a loco tristes
in heremo spacio signauit se signaculo
sancte crucis de qua in qua cruce facta
est quadruuium .i. quatuor vie ceciderunt
ante eam per circuitum mirabiliter Tunc
stans credens se deuiasse ac exorbitasse
se fudit preces ad xpm ut ostenderet ei
viam veritatis Et fit vox mistica addicta
vade filia mea dilectissima per hanc
viam et videbis ciuitatem munitam quam
intrabis et vltimus intues videbis altam
domum et hec est monasterium in qua est
crux in pinnaculo sculpta et ibi orabis
et quodcumque postulabis impetrabis
Cum autem venisset ad primam portam
illius vrbis mirati sunt omnes pulcritu-
dini et ornatui vestitus eius Et quidam
ex eis putabant eam fantasma fuisse
Nuncia vero angelica Ipsa vero cum per-
venisset ad claustrum dimmittit ei
allegatum vidit turbam innumerabilem cateruatim
eam reuerenter ac ad eam irruentem
Intea vestimenta ei quibus tecta ac
vestita fuit erant contracta ac conciuata
Ipsa vero volens vestimenta reparare
ac emendare posuit cortinam inter
postem et hostium templi illam candidam
cortinam in qua fuit xpus depictus
ita quod eam ex toto amisit quod turbata
fleuit amare dicens O domine ihu
xpe vbi absconsus es a me peccatrice
tibi famulante et veniam a te poscente
Tunc videntes eam plurimum tristem
consolati sunt eam videntes eam flentem
ac gementem nec sermone ipsius intellexerunt
Ipsa similiter ydioma eorum ignorauit
Tunc intrantes monasterium renunccia-
uerunt ministre Abbatisse illius monasterii
quia pulcerima puella flet ac gemit
nimis amare que in qua interrogatur
cuius esset quam diuenit Ignoramus
omnia que loquitur Tunc ipsa ministra
conuocauit omnes puellas receptis
sanctuarijs iuit ad eam dixit bene
venisti dilectissima ac speciosissima
Ipsa nichil curabat ei rndere sed semper
querebat cortinam quam amiserat ita ut
ministra cum omnibus puellis mirarentur
Inuentam autem cortinam locauit eam

super summam aram et tenens ipsam in manibus
cum maxime dolore et fletu orabat
dicens O domine ihu xpe omnia precepta
et mandata tua sum executa Quare
nunc domine dulcissime suauissime ac
benignissime clemencia ac pietate
tua poscens toto cordis mei desiderio
deprecor Exaudi me indignam famulam
tuam in hac peticione pro qua te supplicater
hortor sicut michi spopondisti ut hij
quicumque me indignam famulam tuam
imitantur et sequi conantur sint
liberati ac soluti ab omnibus nepharijs
sceleribus et iniquitatibus Secundo fili
dei precordialissime peto concedas michi
lepore ac facundia seu ydioma ipsorum
ut intelligant omnia que ego loquor
et ego similiter Tercio peto ihu mitis-
sime ut quicumque imbecilles et egri
venient uel in proximo venerunt et me
famulam tuam deprecauerunt ab omnibus
infirmitatibus ac languoribus curentur
ac sanentur Quarto desiderabilis
ac delectabiliter peto ut quicumque me
sectatur uel sectari cupiunt et sequuntur
ut nulla detrimenta uel nullos defectus
in domibus ipsorum paciantur nullus puer
contractus uel monstruosus nascatur
Quinto peto amabilis et inestimabilis
deus ut que mulier pregnans uel
ingrauata onere nati fuit et nomen
meum inuocauit uel tantummodo scripserit
uel inspexerit concede ei veniam tuam
clementissime deus ut sine omni
dolore producat fetum et generet
Sexto ihu xpe optime nomen ama-
bile ac delectabile peto ut quicumque
me in nomine tuo inuocauit agonizans
uel articulo mortis imminente ut
non decedat sine communione sacra sed
sit particeps sacratissime eucaristie
Septimo vero et vltimo dilectissime
suauissime benignissime graciosissime
super omnes pulcerime peto ac supplico
ut quicumque memoriam mei habuit uel
iam habent te nomine tuo propicissimo
in die exitus anime eorum omnibus assis
benignus et misericors ac suauis
vna cum matre tua sanctissima et cum

omnibus electis tuis ut te presente tota tetra
caterva demonum dispergatur spiritus
apostatici et omnes conflictus malign-
antium presencia tua procul recedant ymo a
facie tua celorum imperator celeriter
fugiant et me famulam tuam ab omni in-
festacione liberam tibi quoque saluandam reli-
quant. Concede hoc fieri sicut concessisti
omnibus virginibus famulantibus tibi que
in qua virgines contriuerunt caput dra-
conis rugientis et suppeditauerunt
omnes inimicos visibiles et invisibiles.
Finita quoque peticione eius vox diuina
cunctis assistentibus intonuit dicens
Filia mea dilectissima sicut apparui
tibi septies in locis tibi allegatis et dis-
posui omnia que facere debuisti scias
quod quecunque petiuisti impetrasti pro
quibus orauis salui erunt. Perfusa ac voce
diuina et completa ipsa conuersa ad populum
exposuit eis omnes peticiones et elu-
cidauit. Sed sermo eius erat obnubilatus
que nullus potuit intelligere. Audiens
autem Rex vna cum Regina sua ac Episcopo
illius ciuitatis et terre illius et multis
aliis potentibus occurrerunt cum maxima
admiracione ad ipsam. Videntes autem eam
nitidissimam tamquam vultum angeli
laudant deum cunctipotentem dicentes
Benedictus dominus deus qui misit
nobis consolacionem et illuminauit nobis
patriam nostram. Audiens hec eciam ministra
illius monasterii vna cum puellis venit
ad eam et cum honore magno duxit
eam ad cenaculum suum et dixit ei Gaude
nos baptizari. Que respondit. Omnia que
ad libitum vestrum promissum est facere. Ac
ministra expoliauit eam vestibus eius
regalibus sicut habebat regalem vestem
et sic est conposita nomen eius Regina
sed prius vocabatur Cyrilla vnde per
excellenciam retinuit hanc denominacionem.
Coronam vero pulcherrimam vna Rex tulit
Alteram vero ministre monasterii tradidit
et eam in nomine patris et filii et spiritus
sancti baptizauit Episcopus et Rex vna
cum Regina. Postquam autem baptizata
esset in facie ac toto corpore splendidior
quam virgo apparuit. Et cum apposita
esset litteris plus vna ebdomada
qua aliquis in integro anno proficeret
Parientes aut egri surdi ceci muti
obsessi obstinati leprosi ea fore beatam
venerunt ad eam et quibuscumque manum
suam porrexerat a languoribus curabantur.
Ministra vero videns eam statim et repletam
spiritu sancto iuit ad puellas suas et dixit
eis. Scitis o dilecte puelle hanc virginem
fore sanctam. Vnde non est bonum quod ego
sim in maiori dignitate constituta
Istud equidem est absonum. Ergo enim cum
consensu omnium vestrum resignabo ei meum
officium. Ad quod puelle vnanimi voce
aiunt licet tibi ac conuenit hoc facere quia
eam vidimus multum abilem et repletam
spiritu sancto. Tunc ministra commisit ei omnem
dignitatem tribuens totam potestatem super
omnes et super omnia bona mobilia et
inmobilia. Cum autem introducta esset
ad prefatam dignitatem rexit ac disposuit
omnia prouide valde et apte ita ut
omnes mirarentur de sagacitate et
prudencia eius. Interea possidente et
regente omnia predicta in monasterio
Venit quidam mercator de illa patria
in qua ipsa nata fuit et percepit cuius
esset vel de quibus parentibus quia ex nobili
prosapia fuit perceptis multis miraculis
ab ea perrexit omnibus mercimoniis re-
lictis ad Regem videlicet patrem eius quia
Rex dixerat. Quicumque eam invenerit
vel aliquid veri dixerit de ea medium
regnum sibi resignabo. Et cum peruenisset
ad Regem sibi omnia fideliter declarauit
Rex vero diligenter eum suscipiens militem
suum potentissimum fecit. Et assumpta
Regina cothorali sua ac eciam sponso
videlicet illo qui eam traderet perrexit
ad sanctam Reginam. Postquam illuc
venisset interrogauit vbi ipsa beatissima
et sanctissima esset. Tunc nonnulli
intimauerunt ei quia et mater eius
venisset. Que dixit. Nunc est pater
meus et que mater mea Regina
si voluntatem meam implere seu facere
voluerint tunc sunt mei et cari-
tatiue eos suscipiam. Nunc autem

venerunt ad eos et renunciaverunt omnia
que locuta est eis digna virgo At illi
responderunt dicentes Omnia ad libitum
et nutum eius promittimus facere Tunc
beatissima virgo exiens ad eos suscepit
eos affabiliter cum magno gaudio et ad
fidem christianam et viam veritatis sedule con-
uertit Rex vero una cum Regina et Epo
audientes hoc spectaculum venerunt
ad patrem eius et matrem et una cum sponso
baptizantur Postquam vero baptizati
essent et rogarent sanctam Reginam ut re-
diret ad patriam suam in qua nata esset
Que respondit Conspicias hoc monasterium
pater mi dilecte quod edificabis in tale et
tot puellas habiles quot sunt hic tunc
veniam ad te Et item mitte ad apostolicum
ut mittat legatos suos ut confirmet
fidem katholicam Quod ut factum est legati
venerunt et assumpta sanctissima
Regina cum patre ac matre eius ad
patriam illam perrexerunt Cum enim illuc
venissent intimaverunt omni populo quia
Rex una cum Regina est baptizatus
et fidem christianam suscepit et quicumque
abrenunciaverunt privabuntur rebus omnibus
temporalibus et corporalibus suis Et statim
in ortulo quem fecerat nolens eam
tradere marito edificaverunt pulcherrimum
monasterium scilicet in eodem loco ubi christus ei
in lilia apparuit infra sex menses et
domicellas sicut ipsa precepit assumpsit
Videntes autem pagani eam mirabilem
in hiis omnibus actibus quod cecos surdos clau-
dos mutos curabat currebant ad eam
et ipsa omnes convertit ad christum et bapti-
zavit Postea pater eius in fide et mater
in fide christianitatis existentes mortui
sunt et migraverunt ad christum Cui laus
est et gloria qui salvat sperantes in se
Post mortem autem ipsorum sponsus sancte
virginis confirmatus ab Epo Regina
et in vera fide perrexit ad propriam patriam
in qua erat oriundus et ibi nobilissimum
monasterium edificavit in quo abbas effectus
est et maxima devotione bona vita
ac devotam ducens migravit de hoc
seculo ad christum cui est laus et gloria

in sola celorum amore Principes vero
Barones Comites ac Milites au-
dientes multa miracula de beatissima
Regina que fere omnes paganos
converterat Concurrerunt ad eam ad
tam grande spectaculum Et inito
consilio quid facturi essent Quia
in brevi omnes converteret cum maxima
potencia et cetu horribili paganorum
circumvallaverunt claustrum et omnia violenter
confregerunt ianuam rumpentes et in-
troierunt et educentes virgines crudeli
martirio trucidaverunt Inter istas autem
ducentas virgines erat puella quedam
nomine Effrasia que nondum intraverat
monasterium Et cum cruciabatur voce magna
clamavit ad christum dicens Domine
ihesu christe non permittas me perire sine
baptismo sancto sed confirma mei
fidem sanctissimam et fac me de gremio an-
cillarum tuarum Ad sanctissimam Reginam
similiter O sanctissima Regina ora
pro me miserrima famula ad dominum
ihesum christum Statim vox divina de celo
intonuit dicens Filia dilecta scias
quod baptizata es in sanguine tuo
et decollata est Sanctissima autem
Regina videns multitudinem angelorum
eam laudantem et animam eius ad regna
celorum deferentem ingemuit et multo
plus in fide corroborata est Ultimo
autem cum omnes virgines martirio
tradidissent ipsam beatam Reginam de-
timuerunt et diversis tormentis afflictam
in carcere recluserunt Et item christus ei
in carcere apparuit et omnia vulnera
eius sanavit Videntes autem specio-
sissimam quam nunquam fuerat adduxerunt
multas virgines delicatas cum ioculato-
ribus ad eam portantes ei vestem
speciosissimam volentes eam seducere
a via veritatis Inceperunt corizare
in conspectu eius et multum solaciari
Ipsa autem omnia sicut lutum fetidissimum
contempnens solacia huius mundi sus-
pirabat ad christum Principes vero ac
duces videntes eam repletam spiritu
sancto et spernentem omnia blandicia huius
mundi traxerunt eam ad chorea

Postea martirizauit eam primo fr̃s
percusserunt flammis exusserunt flagellis
verberauit dentibus perforauit patibulo
cruciauit in pelagu proiecerunt
diuina decorauit vinculis iterum inca-
cerauit Cum aut diuersis tormentis
eam macerassent in carcere iterum
recluserunt Ipsa aut in carcere existens
multas matronas conuertit ad xpm
et etiam multos languidos et leprosos
sanauit Tunc omnes clamantes dixe-
runt Magnus es domine deus xpianorum
Sz videamus quomodo sanauit eos cum non
posset ad eos exire sz extendens ma-
nus de fenestra carceris quos tetigit
omnes sanauit Videntes aut pagani
stupore magno et mirabile decapitare
eam eduxerunt et absciderunt ei linguam
eo quod nobilissimum et delicatissimum
corporis membrum erat et lapidibus eam ob-
ruerunt tamen fatidia non amisit
sed semper et incessanter orauit pro se
lapidantes dicens Domine ihu xpe non
statuas illis hoc peccatum quia nesciunt
quid de me misera famula faciunt
Iuxta illud Exemplum xpc reliquit nobis
ut nunquam mala pro malis sz bona
pro malis debemus recompensare Illi
aut eam fame afflixerunt et smaragdantes in eam ipsam abundicauerunt
Mamillasque ei primordialiter amputauerunt
Ipsa autem flexis genibus deum orauit
dicens Domine ihu xpe vide afflictionem
meam qua angaror et crucior in hoc
exilio peto te dulcissime ac suauissime
domine exaudi me petentem te preca-
tricem te implorantem ad mundum iam
non valentem fac meam iam animam
et eripe me ab hijs qui me mentiuntur
et conantur anichilare ut euanescam
ab oculis eorum et tecum regnem in
regno celorum Et immediate ducta
fuit ad decollandum Cum vero in loco
decollacionis staret rogauit torto-
rem ut modicam horam pausaret qui
nunquam pausauit et maxima turba
stante ipsa dilectissima preces fudit
ad xpm dicens Domine ihu xpe fili
dei viui ihu bone ihesu dulcis ac
benignissime peto te precordialissime
ac mitissime Quemadmodum supplicium
existens pagana septemplicibus peticionibus
Deuotis suauissime et mitissime et
candidissime omnes peticiones ad te prius
fusas et statim vox mirifica audita est
de celo dicens Filia mea dilecta et specio-
sissima exaudita es in omnibus peticionibus
tuis pro quibuscumque orasti hic existens
multo plus postquam in regno meo conua-
beris autem exaudieris Audiens vocem
illam Sodas qui debuit eam decollare
prostrauit se ad pedes eius dicens Absit
dilectissima quod priuare te capite Sz peto
speciosissima confirma me in fide
sancta et corrobora et roga pro me
xpm deum omnipotentem qui saluos facit
sperantes in se Et illa pro eo diligenter
orauit deum omnipotentem ut non
decederet in mala fide quod et factum est
Ultimo vero orauit ut portaretur ad
illud monasterium in quo primo nutrita fuerat
sz post decollacionem finita oracione eius
unus princeps recepto gladio ruginoso
sicut leo caput eius amputauit
Et subito apparuerunt choruscaciones
et tonitrua inaudita ita quod nemo aliud
videre poterat Et interea angeli super-
uenientes corpus sanctissimum tulerunt
ad monasterium predictum Tunc desiderabant
videre ad domicellabus in monasterio
existentibus pariterque dicentibus quotiens
in suis oracionibus Tunc veniet quando eam
videbimus quando apparebit Et susceperunt
corpus eius cum maximo fletu et
planctu et clamore maximo et miseri-
cordiae in monasterio per septem dies propter nimiam
dilectionem quia ceci claudi surdi muti le-
prosi oppressi demonio curati sunt
Et Rex una cum Regina et Episcopo
conuenerunt ad corpus sanctissimum ostulati
sunt cum tanta magna deuocione et reueren-
cia Ipse etiam Rex indilate fecit
de suo castro pulcrum Monasterium
sub tali titulo hoc monasterium vocari
debet ad coronam sancte Regine Et ad
vocauit multos Canonicos et domi-
cellas clerissimas que adhuc hodierna

die venitur. Et multa bona tribuit sicut ipsa dilectissima constituerat. Passa est autem beatissima Regina diversa tormenta ut prelibatum est Anno domini Millesimo CCC quinquagesimo xii kalendas Junii die vicesima eiusdem mensis Et in eodem die festum ipsius beate virginis Regine in partibus in quibus noticia habetur fideliter devote ac sollempniter celebratur Amen

In anthiochia civitate facta est persecucio xpianorum a dyocleciano imperatore ut si quis non sacrificaret dijs multis supplicijs interiret Et hoc audiens beatus Erasmus heremum pecijt et habitavit in eo septem annis ita ut mirabilia multa in heremo ostenderet in monte qui dicitur libanus die ac nocte deum deprecans Esca ei de celo veniebat per corvum tanquam helye Necnon multas virtutes ostendebat Nam angeli loquebantur cum eo et diverse fere veniebant ad cellam eius et prosternebant se ad vestigia eius adorantes eum et facta est vox de celo dicens ei Erasme descende ad civitatem tuam et tu descendet ad civitatem multi qui vexabantur a spiritu inmundo occurrerunt ei Quibus sanctus Erasmus imponens manum In nomine domini nostri ihesu xpi imperabat demonibus et statim homines liberabantur Multos etiam per baptismum convertebat ad dominum hec cum audisset dyoclecianus imperator iussit sanctum Erasmum teneri Et cum adductus fuit sedens pro tribunali interrogavit eum dicens Cuius es tu aut a quo genere es tu Sanctus Erasmus respondit dicens xpianus sum et xpi filium et ipsum confiteor Erat autem beatus Erasmus in specie pulcher et vultus eius angelicus oculi eius tanquam radius solis loquela eius in confessione Imperator dixit Acquiesce et sacrifica dijs meis ne male moriaris Beatus Erasmus respondit hac imperator nunquam

sacrificabo sum lapidibus et sculptilibus tuis quibus tu similis es Omnia neque sacrificabo dijs sed adoro deum vivum et verum qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt Illi soli serviet anima mea unde scias quod te nunquam asspiciam Tunc imperator furore repletus iussit ministros plumbo latum eius cedi Et cum cederet respexit ad celum dixit Gracias tibi ago domine ihesu xpe qui es vera caritas credentibus in te omnia quod desideravit anima mea invenit adiuva servum tuum ut non absorbeat me abyssus mortis Imperator dixit Erasme te vultum eleganter habere video Quapropter consule anime tue sacrifica dijs meis et faciam te nobilem in civitate ista et dabo tibi aurum et argentum et vestes preciosas Beatus Erasmus subridens ait O lupe rapax plenus iniquitate subdolor animarum premia tua tecum thesauri tui non corrumpunt me a caritate xpi Aurum et argentum tuum et vestes tue perdicio tibi non erunt in die perdicionis tue Sed ego habeo in nomine domini nostri ihesu xpi loricam fidei quam tu scelerate tyranne nec inferius rumpere potest aut pater tuus dyabolus qui te lucratus est Imperator dyoclecianus furore plenus iussit eum fustibus macerari Ter binis fustibus confractis in dorso et corpore eius nulla tamen macula lesionis in ipso apparuit nec videbatur Ita quod universa plebs clamaret et diceret Vere est deus xpianorum qui tantas virtutes operatur in isto sancto Imperator dixit Video quod dyaboli arte maleficiorum operatur cum eo Beatus Erasmus respondit dicens Certe tu es dyabolus ille sathanas qui prothoplastum de paradyso per fraudem tuam eiecisti Impie carnifex sunt ista maleficia quod ego predico xpm quem virgo inmaculata genuit in hunc mundum per fidem quam habuit quem prophete predicaverunt venturum qui soluit peccata mundi qui illuminat tenebras et omnia que ligata fuerant celis pro passione

liberavit. Cum ad hoc venturus est iudicaturus te et patrem tuum qui te lucratus est. Tunc ira plenus imperator iussit eum ex ungulari cum carnes eius corrumperent. Gratulans psalmum davidicum decantavit dicens: Posuerunt Ierusalem velut pomorum custodiam, carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Item iussit eum imperator pice resina et sulphure simul cum cera perfundi. Stabat autem agnus dei qui ei refrigerium prestabat. Tunc sanctus Erasmus dixit: Vide tu tyranne maledicte, ubi sunt minae tuae, ubi tormenta tua, ubi furor tuus. Magnum enim refrigerium corpori meo tradidisti. Tunc universa plebs antiochorum clamavit dicens: Dimitte hominem iustum et episcopum civitatis, quia deus christianorum operatur cum eo. Et ecce subito factus est terre motus magnus, tonitrua et choruscationes et pena hec usque ad primam horam etiam duravit, ut civitas perire videbatur ab ira dei. Sanctus igitur Erasmus baptizavit credentes et cecos homines deducebat ad lumen in nomine domini. Imperator autem fugit de civitate timens ab ira dei perire. Sed antequam fugeret locutus est ad populum dicens: Iste quem videtis deos nostros blasphemavit, ideo civitatis et aeris talis conturbacio. Et iussit beatum Erasmum in carcerem retrudi et sexcenta pondera librarum ferri in manibus eius et pedibus et circum totum collum corpus alligari. Et precepit ministris ut si quis inventus fuisset ut ei aliquid alimenti vel aquam daret morte moreretur. Et fecerunt ministri sicut preceptor imperator iusserat. Et sic ligatus sanctus Erasmus in carcere, Dyoclecianus anulo suo signavit hostia carceris. Et tali hora tercia noctis exclamavit beatus Erasmus ad dominum deum dicens: Domine accelera et eripe me ne glorietur inimicus in super tuis et in suis maleficiis prevaleat neque dicant gentes ubi est deus eorum. Et ad hanc oracionem subito carcer illuxit et fragravit quasi aromatibus esset plenus et quasi septem candelabra forent ardencia

ante sanctum episcopum. Christus enim dominus ingressus fuerat ad illum dicens: Exurge Erasme. Ecce ego venio ad te. Et statim est ferrum sicut cera liquescens et stabat in medio carceris benedicens deum et dixit: Benedictus est dominus deus qui celum et terram fecit, cui astant angeli et archangeli et numerus prophetarum, apostolorum et martirum et omnes sancti confessores atque sancte virgines qui omnes pro tuo nomine passi sunt. Et quia fecisti mecum misericordiam tuam magnam. Et finita hac oracione angelus domini allocutus est eum dicens: Erasme exurge et ambula mecum usque in ytaliam. Ibi ubi dominus vitam altiorem sanctitatis tue ostendet, unde tibi erit requies et corpori tuo in seculum seculi. Exivit subito ipse columba christi sic in lucrinam civitatem deportatus est. Alia vero die Dyoclecianus imperator veniens ad carcerem signacula sua vidit, cognovit et designavit et precepit ministris dicens: Adducite forcius magum qui deos nostros pro nichilo reputat. Et cum ingressi fuissent carcerem non eum invenerunt sed ferrum quo ligatus et agravatus fuerat sicut cera inventum est. Et factus est clamor magnus ministrorum dicencium: Hominem non invenimus. Verum ipsum ferrum tamquam nobis esse videtur. Hec cum audisset imperator alapas sibi in fronte dedit dicens: Ve mihi et diis meis, regnum meum delusum est. Quid dicturus ero populo. Venerunt quasi xl. CC milia virorum ac mulierum ad spectaculum. Turbabatur tota civitas in tremore magno posita. Christiani gaudebant christiani vidue et orphani episcopum requirunt dicentes: Quid fecisti de homine iusto. Tunc imperator timore perterritus dixit: A deo enim ipsius in celum raptus est. Opera autem beati Erasmi que tunc deus per eum operabatur in civitate lucrinda sunt hec. Nam statim cum demane se invenit in medio civitatis infirmos sanat, cecosque illuminavit. Erat enim quidam ibi nobilis in civitate illa et primarius civitatis ac regionis illius, cuius filius mortuus erat et corpus eius ad sepulturam deferebatur. Et iussus est autem beatus Erasmus a deo ut eum a mortuis

resuscitaret et accessit ad corpus defuncti
et dixit Anastasio patri defuncti Anastasi
si credis in ihesum xpm qui natus est
de virgine maria per spiritum sanctum conceptum
recipies vivum filium tuum. Multa autem
turba que convenerat mirabatur ad verba
Erasmi Tunc Anastasius dixit Tu
potes filium meum resuscitare Sanctus
Erasmus respondit dicens Non ego sed
dominus meus ihesus xpus cui ego deservio
Anastasius dixit Si filium meum michi
sanum reddideris ego credam et domus mea
tota et universus populus ubi precepero
habeo ex potestate Sanctus Erasmus
dixit Deponite eum et sic feretrum patris
eius et matris fecit stare Et flectens
genua sua super eum clamavit dicens
In nomine domini nostri ihesu xpi surge
et ad hanc vocem statim surrexit puer
et clamavit voce magna dicens Vere
magnus est deus xpianorum qui tantas
virtutes operatur cum eis Et conversus ad
patrem dixit pater usque hunc erravimus
a deo quia quos colebamus nichil sunt
Nam vidi eos in inferno ibi illis non est
requies a tortoribus Deus autem vivus
Erasmi magnus est Credidit Anastasius
et domus eius tota et universus populus
et baptizati xl milia hominum Tunc sanctus
Erasmus exclamavit et dixit Gratias
tibi ago domine ihesu xpe qui tantum tibi
congregasti populum in via veritatis Tu ergo
domine qui dixisti Petite et accipietis
querite et invenietis pulsate et aperietur
vobis Nunc liceat servorum tuorum in nomine
horum dictorum promissa misericordissime
miserator exequi. ac populum hunc quem
ministerio meo tibi acquisivisti benedictione
prosperitatis extolle Et vox de celo facta
est dicens Erasme bone serve qui pro
nobis laboras in terris omnia quecunque
vis dabuntur tibi et benedixit deus in
illa hora omnes qui crediderant et omnia
ydola que colebant contriverunt Per septem
autem dies beatus Erasmus docebat populum
confirmans nomine domini ihesu xpi dicens
Custodite mandata dei que accepistis
nam vidistis eius magnalia que fecit

Induite ihesum xpm et loricam fidei quia
filii dei estis Tunc audivit Maximianus
Imperator que fuerunt in civitate Luci-
da a pessimo homine iniquissimo dicente
et sacrilego Audi me pie Imperator
et intellige que facta sunt in Lucida
Regnum tuum delusum est et dii nostri subversi
sunt Nescio a quo homine anthio-
ceno qui confitetur illum ihesum qui
crucifixus est Hoc audiens Imperator
Maximianus iussit sanctum Erasmum
teneri et sedens pro tribunali interro-
gavit eum dicens Dic scelerate ho-
mo que tibi religio est Beatus Erasmus
tacebat et celos oculis aspiciebat Ma-
ximianus dixit Michi non loqueris
Et iussit maxillas eius contundi
Sanctus Erasmus respondit dicens lupe
rapax plenus iniquitate quid per-
sequeris servum dei Maximianus dixit
Unde confiteris Beatus Erasmus
respondit dicens Ego ihesu xpi famulus sum Ma-
ximianus dixit Talis sis qualis
et ille et sic moriaris Beatus Erasmus
subridens respondit dicens O pie Imperator
in bonum dixisti ut illius merear vestigia
sequi Cuius effusio sanguinis nostra
illuminacio est Si velles Imperator agnoscere
quis est ihesus xpus filius dei salvus
eris si tamen volueris credere Maximianus
dixit Tu in ipsum credas regenus tuum
tecum Sanctus Erasmus respondit dicens
Plane sic credimus et hostiam iubilacionis
offerimus ei quia ipse est qui populum
salvat a peccatis eorum Maximianus
dixit Consule tibi accedens sacrificia
diis meis Beatus Erasmus respondit
Quibus diis iubes me sacrificare
Imperator respondit Si tibi dixero non
consentis Ad hec sanctus respondit dicens
Si videro forsitan faciam Tunc gau-
dio repletus Maximianus Imperator
cum universo populo usque templum iovis
iussit hominem sanctum deduci in civitate
Sirmicana Et precepit organa et omne
genus musicorum in templo parari Et
hec videns Sanctus Erasmus ingemuit

et oculis in celum eleuatis dixit Ihesu
xpe fili dei viui esto p[rese]ns in ista hora
et mitte angelum tuum q[ui] m[ih]i auxilietur
et confortet me in ista pugna dyabolica
qua m[ih]i parauit Et cum p[er]uenisset
i[n] templum s[an]c[tu]s Erasmus dixit Quid
est hoc Imp[er]ator vbi est deus tuus
que[m] tu iubes adorare / Maximianus
app[re]hendens manum eius et templum
ingressus est / Et vidit s[an]c[tu]s Erasmus
statuam magnitudinis cubitorum xij
Cui Imp[er]ator dixit hic est deus meus
cui deseruio Et ut subito aspexit
athleta xpi statuam ip[s]i cecidit et facta
est sicut cinis et exiuit ignis magnus
ex illa et occidit t[er]ciam p[ar]tem populi
Imp[er]ator aut[em] fugit et vidit se delusum
et vsq[ue] ad pallacium fugam iniit pectus
suum p[er]cuciens et dicens Ve m[ih]i confusum
est regnum meum ab anthioceno qui
confitetur illum ihesum xpm qui crucifixus
est Pars aut[em] p[o]p[u]li clamabat / Sancte
Erasme s[er]ue dei ora pro nobis ut
no[n] p[er]eamus ab isto dyabolo S[an]c[tu]s Erasmus
dixit Si credit[is] in d[omi]no in quo ego
credo salui eritis Nolite ergo seduci
Tunc s[an]c[tu]s Erasmus Imp[er]auit dyabolo
qui sub forma draconis erat ut iam
nemine[m] lederet Videntes aut[em] vniu[er]si
p[o]p[u]li symiciano[rum] clamauerunt voce
magna dicentes / Magnus est d[omi]n[u]s
xpiano[rum] qui tantas v[ir]tutes op[er]atur
cum sancto isto S[an]c[tu]s Erasmus dixit
Certe quales v[ir]tutes faciunt qui credunt
in deum Illa aut[em] hora conu[er]si sunt
et baptizati sunt xl milia ho[m]i[num] Erat
aut[em] etiam in celo ab expectaculo an-
gelo[rum] quo s[an]c[tu]s Erasmus pugnabat
vnde et ip[s]i magna voce clamabant
Gloria in excelsis deo / et in t[er]ra pax
ho[m]i[ni]b[us] bone voluntatis Et omnis
p[o]p[u]lus qui baptizatus est r[espo]ndit d[omi]n[u]s
amen Et turbata est ciuitas symi-
ciana et tritus est / Maximianus
Imp[er]ator et iussit armatos ut o[mn]es
qui conu[er]si fuerant adduci gladio
punirentur et in circlo conati sunt trecenti
et triginta homines Qui cum occiderentur
clamabant dicentes Ora pro nobis s[an]c[t]e
Erasme et commenda nos deo Ite dixit
ad ciuitatem s[an]c[t]am Ih[e]r[usa]l[e]m in nomine d[omi]ni
qua[m] p[re]parauit vobis d[omi]n[u]s Ego p[ost] modicum
tempus veniam ad vos Erant autem
angeli currentes p[er] nubes celi et susci-
pientes animas triumphantes martirum
ad celos Et audite sunt voces in celo
p[s]allencium et dicencium via s[an]c[t]o[rum] p[re]parata
est Et hoc audiens sanctus Erasmus
gratulatus est ut bonus pastor sup[er]
oues quas xpo commendauit Tunc furore
repletus Maximianus Imp[er]ator
iussit s[an]c[tu]m Erasmum teneri et diu[er]sis
cum penis macerari et iussit ministris
ut tunicam eneam facerent silem staturae
eius Et cum facta fuisset tunica iussit
Imp[er]ator calefieri vehementer velud
carbones ignis et iussit eum vestiri
dicens Videbo modo si deus tuus liberabit
te de manib[us] meis S[an]c[tu]s Erasmus
respondit Carnifex iniquitatis filius
dyaboli plenus fallacia lana fronte
tua iam caninis melior est te Ego enim
no[n] timeo minas tuas Eciam si maiora
facias no[n] trepidabit cor meum Et facto
signo crucis vestiuit se tunicam igneam
p[s]allens psalmum dauiticum dicens
Transiuimus p[er] ignem et aquam induxisti
nos in refrigerium et alio loco dicit
scriptura Tanq[uam] aurum in fornace probat
electos d[omi]n[u]s et q[ua]si holocausta accepit
eos in et[er]num Sic tu accepisti eos qui
in te crediderunt domine Tunc facta
est tunica qua vestitus erat frigida
ita nulla macula sup[er] illum inuenta
fuisset Tunc Erasmus s[an]c[tu]s dixit
Stulte maleficia tua deus qui ignem
Imp[er]at et deos tuos p[er]imit ac destruit
qui sunt lapides et elementa surda
et ab homi[ni]b[us] conflata quib[us] tu
similis es Vincit xp[istu]s ihesus d[omi]n[u]s
et deus meus v[ir]tutib[us] suis Imp[er]ator
dixit Quando minas tuas recipiare
frustra opinar / S[an]c[tu]s Erasmus r[espo]ndit
Ego ipse miror fronte tua infirmitas

quia non erubescis Imperator autem
furore repletus iussit ministris ollam
pari cubitorum viginti et iussit plumbo
et resina cum cera simul impleri et succen-
di et fecerunt ministri sicut eis iussum
fuerat et fervebat olla sicut unda
maris Tunc imperator dixit ei Nunc
et ars tua potest hic prevalere Beatus
Erasmus vidit ipsam ollam refrigerium
in est et facto signaculo crucis intravit
in eam dicens Vox domini super aquas deus
maiestatis intonuit dominus super aquas
multas et effudit se unda ex olla
et vstallauit imperatorem Clamat autem
Imperator dicens Ardeo o homo ora
pro me Beatus Erasmus respondit Ve tibi
lupe rapax tu es filius iehenne quem
dominus tibi paravit simul cum dyabolo et
ministris eius Scio quod cor tuum obdura-
tum est Sed exemplum istud erit tibi bonum
et statim cessavit dolor eius Multi
autem hoc videntes in illa hora crediderunt
Imperator vero videns se delusum esse
iussit sanctum Erasmum in carcerem recipi
et imponi super collum eius mille pon-
dera ferri et custodes arcius custodire
precepit et fecerunt Et cum media nocte
hora apparuit iuvenis dicens ad eum
Erasme surge Ecce ego Michahel
archangelus missus sum ad te ut tol-
lam te de carcere et ducam te in campania
in ea partem que dicitur firmias ad do-
cendum populum Tunc apprehendens eum
duxit de civitate symicana Invenerunt
quoque naviculam a domino paratam cum singrat
in provincia Campanie Alia vero
die beatus est Maximianus quod eum
non invenisset Verumtamen deus eius eripuit
eum Servus autem dei martir domini
nostri ihesu christi venit et sedit super civitatem
firmitana et vii diebus apud illam
requievit cum angelis et pane an-
gelicum manducabat Et facta est vox
ad eum de celo dicens Erasme veni
et requiesce in requiem quam paravit
deus fratribus tuis martiribus et prophetis
et recipe mercedem tuam per te enim
glorificatus sum in terris et in celis
Et respiciens beatus Erasmus in celum
et vidit coronam inenarrabilis pulchritu-
dinis Et venit in occursum ei chorus
sanctorum apostolorum prophetarum et omnium electorum
Et ad hanc visionem inclinavit
caput et dixit Domine suscipe animam
meam Completa autem oratione visa
est anima eius a multis christianis
qui per eum crediderunt in maxima
gloria ab angelis in celum deduci
Tercio nonas Iunij Et sic regnat
cum christo in gloria per infinita secula seculorum amen

Sequitur vita sancti Stephani

Legimus quod tempore Cesaris Au-
gusti ante nativitatem christi
Erat Ierosolimis vir quidam nobilis
et dives nomine Anthyochus uxor
nomine Perpetua Hii viventes in sancta
observancia legis steterunt simul
xl sex annis deo servientes nec prolem
habentes Ideo non audebat templum intrare
propter obprobrium sterilitatis Sed multis
orationibus meruerunt miraculose habere
filium Et concepit mulier et tempore partus
vox dixit soli audiente marito hic
puer vocabitur Stephanus grece latine
quod corona hebraice vocatur Et dixit
hec vox angeli Et sicut Abel iustus
fuit corona principium et regula martirum
veteris testamenti Sic Stephanus
novi Et dyabolus nocte venit et ab-
stulit puerum et loco eius dimisit
ydolum lapideum in lecto Sed parentes
mane videntes ydolum contristati
durissime flebant devotissime usque
eis deus filium restituit Nam dyabolus
qui abstulit eum apportavit per
mare et libenter suffocasset eum sed
deus non permisit fieri Sed dyabolus
compulsus est eum portare ad re-
gionem Troianam et posuit eum de nocte
ante portam Iuliani qui erat pontifex
Grecorum et ne puer deficeret subito
apparuit cerva dans lac infantulo
Et post lamentum cerve Iulianus surrexit
et timens fantasma esse cum devota
oratione incepit aliquantulum appropinquare

Et tunc territa nutu dei locuta est dominus
Ne timeas Tolle puerum istudque
tibi deus spiritualiter recomendat Tunc
sancti pontificis Ideo dico sancti
quia sancte vivebat et legem mo-
saycam observabat dicens Gratias ago
tibi domine deus meus quia dedisti
mihi filium sine peccato Et tollens puerum
fecit eum nutriri et docuit eum
totam legem Mosaycam ita ut esset
omnium scientissimus Et vocabat
eum Greco nomine Nathanael
Cum ergo Stephanus una nocte
oraret apparuit ei angelus dicens
sibi totum eventum et precepit ei
quod statim iret ydolum destrueret
Tunc licenciatus a pontifice venit
ad patrem Tunc dyabolus dixit
Stephane dei noli me cruciare magis
et ego a te sponte recedam et quicquid
volueris faciam contra inimicos
tuos Quod parentes audientes
stupefacti sunt Dixit autem eis Nolite
timere parentes mei Nam ego veni ad
consolandum vos et ad faciendum victoriam
ex parte dei de iniuria quam demon
fecit vobis Et fecit ignem et
ydolum imposuit et combussit Sed
et demon clamavit quod ignis eius
magis incendit quam ignis inferni
et affligeret post cuius recessum ma-
nifestavit se Stephanus parentibus
suis quibus magnum fecit gaudium
Quia sapiens et eloquens uno dierum
intravit paucis et stephanus omnes
superabat et inimici docebant et
miracula faciebat Nam eius discipu-
lus iam factus fuit philippus Cui
dixit Stephanus coram multis Vidimus
messiam quem Moyses scripsit in lege
ut etiam in evangelio Ita ergo vocatur
Nathanael usque in presentem diem
Et post passionem apparuit ei angelus
dicens Vade et predica in Asia et
Sycilia et Allexandria Et cum iret
ad portam civitatis Asye efferebatur

corpus iuvenis mortui quem suscitavit Cui coram stantibus dixit
O Stephane quam magnus es coram
domino Et considerandum quod Stephanus
fuit de matre sterili sicut et Jo-
hannes baptista et angelus nomen
ei imposuit

Sequitur Conversio sancti Egidij

Olym fuit quidam rex nomine
theodorus mater pelagia qui
cum nullum haberet filium fecit largas elemo-
sinas causa filii habendi Et veniens ad
quoddam monasterium suo domicilio vicinum
rogavit fratres et abbatem ut sibi a domino
filium impetrent promittens puerum
Monasterio tradere ut ibi gloriose virgini
marie perpetue deserviret Quo facto precibus
sanctorum illius congregationis Regina
sua concepit et peperit masculum et
Egidium eum vocaverunt Quo ablac-
tato abbas cum omni conventu suo puerum
petivit deo et gloriose virgini Marie ob-
latum et promissum ante partum sed non
obtinuit Ideo quia Regina dixit
nullo modo sustinere posse si ita subito
tolleretur ab ea qui tantis desideriis
et suspiriis vix natus fuisset Unde
rogavit eum sibi dimitti saltem ad
septennium Cuius peticioni Abbas Con-
ventusque consenserunt Finito vero
septennio iterum fratres oblatum sibi postu-
larunt Sed pater et mater instantissime
rogaverunt ut dimitteretur tam diu usque
ad duodecimum annum ut interim litteras
disceret Cui rogatui Abbas cum Conventu
consenserunt inviti Post duodecimum
annum decimo repetunt iuvenem sibi ob-
latum Verum tamen parentes institerunt vehe-
menter ut permitteretur prius Parisius
ad studium ut hausto fonte sapientie
celestis pocula vite possit copiosius
ministrare Annuerunt tamen Abbas cum
Conventu quamvis cum magna difficul-
tate Missus fuit igitur Egidius parisius
cum honesta satis comitiva que decebat
filium Regis Cum autem venisset
ipse civitatem sive villam parisiensem

Neminem videbat sibi occurrere. Misit unum
de famulis suis qui diceret summo magistro
sive rectori Parisiensi quia filius unius
regis venturus esset, quod sibi occurreret et
eum reciperet sicut deceret. Cum autem abisset
Cogitabat Egidius intra se: O forte
dicet ille magister: Qualis est iste filius
regis qui misit unum famulum misit ad me
et contempsit me. Et hoc exponens
prius domicellis suis ac militibus, de
consilio eorum misit eos omnes ad
magistrum ut monerent eum ut sibi honeste
occurreret. Cum autem recessissent ab eo
et solus remansit et deambularet super
pratum cepit cogitare quid esset futurus
et qualiter beate virgini fuisset oblatus
dixit intra se: Ad quid vis tu ita diu in
pulvere iacere tu debes exercitari in
milicia. Et sic solus recessit. Et veniens
in unam plateam magnam tunc illa processisset
quod venit ad aliud regnum et ibi se applicavit
curie illius regis ibique ita bene serviit
quod Rex dedit ei quatuor equos quibus
habitis si prius probus fuit postea multum
probior factus fuit et in omnibus ludis
nobilium in agendis ita strenue et disci-
plinate se habebat quod ab omnibus meruit
commendari. Post hec in brevi mortuus
fuit Marscalcus regis. Cuius loco Rex
Egidium tamquam virum magnum et ydoneum
pre omnibus suis elegit in Marscalcum. In quo
officio ita bene se habuit quod non ad sufficienciam
ab unoquoque amari poterat et laudari.
Habuit autem ille Rex filiam unicam et
pulcerrimam quam Egidius ad unum aspectum
cepit nimium adamare. Post modicum
tempus camerarius Regine mortuus
fuit et sepultus. Postquam Regina neminem
habere voluit pro camerario nisi Egidium
propter laudem eius et preconia varia que
de ipso audiebat. Unde ingressa ad Regem
conquerebatur ei de morte fidelis servi
sui. Ad quam Rex: O domina mea non oportet
te de hac re multum contristari quia omnes
moriemur et quasi aqua in terram dilabimur
sed vide pro consolacione tua in tota
familia mea et quicumque ad hoc officium
tibi ex omnibus magis placuit illum
assume tibi. Domina Regina dixit:
Rogo quod te domine mi pro Egidio
Marscalco tuo de quo tanta bona et tante
virtutes referuntur. Cui Rex: O domina
hoc non facias quia scio quod ab omnibus
diligitur et si ipsum inde abstulero tota
curia contristabitur et offendetur. Ad hec Regina:
Et ego aliud non accipiam nisi ipsum.
Quod Rex audiens noluit eam con-
tristare sed assensit et Egidium eumque
vocavit et ei precepit ut esset camerarius
Regine. Sed quamvis Egidius propter hone-
statem difficilem se reddidit ad hoc
officium cum tamen instaretur ei propter
domicellam suam libenter assensit.
Cogitabat enim bene nunc cum ea et si non
potero ei multa loqui saltem videbo
illam. Plurimumque consolabor. Et sic factus
fuit camerarius Regine. Alia autem
die sedit Regina post prandium in
cenaculo suo secrete cum filia sua et
puellis suis cupiens cum eis familia-
riter consolari. Et advocans Egidium
iussit sibi dari potum. Qui statim
presto fuit cum aureo poculo porrigens
primo Regine. Cui Regina: Da primum
domicelle tue. Cum autem cyphum ei
porrigeret et illa caperet et susciperet velud
accidit pre magno amore quo ad se
mutuo afficiebantur. Quamvis caute
et occulte quod cyphus cecidit utriusque
de manibus. Domicellam totaliter perfudit.
Quod videns Regina et credens ipsum
hoc nequiciose fecisse cum indignacione
magna abiecit eum et ne umquam in
conspectu eius apparere presumeret inter-
dixit propter quod domicella nimium
turbata ait ad matrem: Non ita erit
dulcissima domina mea et dilecta
genitrix sed hanc indignacionem dabis
mihi hodie nam et ipse emendabit et
ego de facili istarum vestium cum aliis
recompensabo. Et quia instanter peciit
obtinuit quod voluit. Sequenti die
iterum Egidius similimodo perfudit domi-
cellam. Et ex eadem causa Regina ipsum
penitus repulit et eiecit. Nunc filia
denuo rogare presumpsit quia non
fuisset exaudita. Cum autem Egidius
de cenaculo in gradibus descenderet

et eciam Regi statim obviam habuit
qui iocundo vultu sciscitatus est ab eo
quo tenderet Egidius respondit
se recessurum propter indignacionem domine
sue et ordinem rei per totum domino Regi
indicavit Ad quem Rex O karissime
propter hoc inquit non recedas et revocabis
eum veniam ei demum impetravit
Sed quia tota die pari modo deliquit
ut prius et ideo irrecuperabilem regis
et regine meruit offensam Et quia
deinceps nemo pro eo intercedere pre-
deserere ipsum solum confiteor unum deum
qui omnia condidit et morte sua omnia
vivificavit Cuius auditis tamquam
in fide xpi constantissimum et in amore dei
firmatum spoliatum fustibus cedi iussit ceteris
incontinenti per totam civitatem trahitur in
suo sanguine velut a fonte fluente
lapides rubricati cernerentur Deinde
in carcere obscurissimo subterraneo reclu-
ditur ut igne gemens macerari patitur Sed
verus amicus eius ihesus ipsum visitat
et de suo agone confortat ipsum invitando
ad suum pallacium dicens Amice apte de proprio
tempus est ut venias et epuleris cum
fratribus tuis apostolis et discipulis meis
Tota igitur die consulibus [?] et martir
culturam invitatur ut eidem ymolaret
qui tunc in civitate pro deo colebatur
Sed beatus lazarus iam ad xpi pallacium
invitatus ut prius vidit constantissime se
unum dei filium et singularem amicum illaqueatum
relaturum sed ut discipulus sequens magistri
vestigia paratus erat pro xpi nomine
et fide sustinere tormenta scilicet accep-
ta capitali sentencia suum spiritum deo commendans
percusso denique applicatore dulciter in
domino obdormivit Cuius ante et
miris prodigiis dominus sanctum suum fidelem
amicum et unum discipulum in leprosorum cura
et infirmitatum remediis cecis visum
surdis auditum suum nomen devote in-
vocantibus meritis beati lazari dominus post
illud tempus quasi infinitis decoravit
miraculis et fideles suos in terris
mirificavit ut fidelitatis ipsum ostenderet
magnificum esse in celis Cuius

igitur precibus et meritis perducamur
ad premium paradisi Amen

Fuit in partibus burgundie quidam
nobilis puer nomine Iodocus
hic ut creditur dulci prosapia
progenitus pater eius Iustus nomine
Mater vero Ewgla nuncupata est
hii ambo iusti erant quam devota ut
nichil per eos fieret quod totum domino
placeret vitam eorum scripsit frater petrus
damascenus qui studiose nobis narrat
laudabilem exitum horum duos
rectitudine tenens felicem puerum
dedit ut tales parentes decebat scilicet beatum
Iodocum Qui ab infancia parentes
suos digne educatus a puericia
incepit quos postea laudabiliter implevit
Igitur cum factus esset quinque annorum
etatis puerilia contemptis heremum
querere cepit ubi tantam graciam adeo
meruit obtinere quod usque ad duodecim
annos in heremo patri et matri et omnibus
hominibus incognitus mansit post hec
admonita angelica Ricarius vir
sanctissimus qui tunc fuit in archiepiscopum
Premense electus vitando dignitatem
ad heremum recessit Cui angelus apparuit
dicens Sequere me et sequens reperit
in vastissima solitudine Iodocum puerum
mirans quid tantillus puer in
heremo faceret requisivit et dixit ei
angelus hic puer adhuc quinque annos
huius domino meruit famulari usque
nunc Sed quia dominus mirabilis est
in sanctis suis ideo miri per eum
dominus operabitur hiis dictis angelus dixit
vade dei Arripe puerum et restitue
patri suo Admonita autem angeli
beatus Iodocus secutus est presbiterum in
domum patris sui Hunc pater videns
gavisus est quem diu perdiderat Mater vero
accurrens ruit in oscula filii recipiens
eum benigne Ille autem vir oculos
levans consolatus est patrem et matrem
presbitero apud eum manente Pater autem
consilio inito quod filium retineret
consultum est ei ut sibi uxorem
desponsaret Quod fieri [?] petenti

illo pro filia ducis Turingie. Anno etc.
Reynoldus concessit. Anno xviij vite
sue beatus Jodocus imperialibus induitur.
Cui veniens angelus domini apparuit
dicens: Accipe ornamentum corporale et
noli penitus nimis contempnere propter hoc
eum non amittas vestimentum celeste.
Cum audita angeli cum magno timore
vestes indues potius in heremo ut
prius consueverat latuisset. Adveniente
autem imperatore venit sponsa et pater
honeste valde et nomen eius Hilaria
filia regis Francie tunc regnante
Hinolpho et multi nobiles utriusque
sexus. Sed intelligere adhuc sanctus
dei non poterat quidnam hoc vellet
pre cordis sui simplicitate. Presbiter autem
accedens ad eum primum cum dicens
Nescis ea que aguntur erga te. Cum
dixit Nescio. Dico autem tibi quod sic
dicitur in domo patris tui conveniunt quod ista
nocte apponeris ad virginem que hodie
cum tanto comitatu urbe intravit
et custodiam adhibuit fortissimam ne
effugere posses. Stupefactus et tremens
orare cepit Domine Ihesu Christe innocentiam
conserva in me. Ad quem pater accedens dixit
fili more preno consilio et volo ut
nubas non recuses quia tot nobiles
ad hoc invitavi ut nichil aliud facere
possimus. Cum nimium turbatus ut
nec unum verbum ab eius ore audiret
et sic recessit. Accedente puella ad eum
introducitur more imperiale. Ipse vero
post recessum hominum in plenum surgens
petivit dominum ut virginem dignaret
ostendere quid nisi haberet si virginitatem
custodiret. Cum mox duo angeli
assistunt quorum uterque duplicem coronam tenens
in manu et dixit Jodoce cum misteriis
coronas has dabimus. Si autem ista virgo
in virginitate permanere voluit cum ea
ipsam donabimus. Ille hec videns
et audiens clamavit valida voce
Bone iuvenis da mihi pre te tecum promitto
quod sicut hactenus fecisti ita facere
mandamus complebo. Ipse vero informis
eam in virginitatis proposito permane-

que spoponderit. Hanc vero intrantes vel
intuentibus prosperius domorum viderent locum
lumine celesti perspicuum ita ut earum fa-
cule quas in manibus gestabat lumen
nullum dare posset et duravit per duas
horas. Conspicientes lectum tacite ne-
mine in eo invenit. Tandem invenit eum
in uno angulo et ipsum in alio narrantes
singulis visione sua. Tandem videntes
dei voluntatem et mirabilia que operabatur deus
cum istis innocentibus visum est eis ut ipsi
monasticam vitam ducerent quod et factum est
necnon eum loco construxerunt utrique pueros
sollempne monasterium in quo dicta virgo lau-
dabiliter vivens ad lxvj annos bono
fine vitam finivit. Innocens vero cum presbitero
ad heremum rediens usque ad xxxv annum
presbiterum plenum dierum bonorum sepelivit
in domino. Tunc apparuit sibi nuncius celestis
super eum que ipsum informavit quo
deo plus placere posset. Intelligens vir
dei heremum reliquit et peregrinare cepit
et bona patris pauperibus erogavit.
Insuper unum monasterium in Burgundia con-
struxit et omnia miracula que deus
per aliquem sanctorum operatus est per ipsum fecit
Roma post hec veniens et famam In-
nocencium revertens qui ei obviam
ad duas dietas obviam de urbe exiens
ipsum prenunc suscepit. Deinde ad pala-
tium rediens mortem suam predicens horam
eciam in die penthecosten sicut apostolus
spiritus sanctus missus fuit dominus ei apparuit
et dixit: Euge serve bone et fidelis
veni intra tabernaculum et feliciter
operatum. Cum te invocaverint salvi
erunt. Hiis auditis a multis gentibus
provolutis manibus complosis deo spiritum
reddidit. Sepultus autem est in tractu
urbi venerabiliter eius ossa usque hodie
requiescunt. Circa annum domini millesimum
cc vij. Amen

Anno incarnationis domini Lxxx quidam rex paganus nomine [illegible] qui habuit duos filios nomine primum Karolus magnus, nomine secundi filii regis Francie Karolus minor. Et istis temporibus fuit rex Hyspanie [illegible] eligens. Tunc temporis erat quidam rex in Grecia gentilis Ffaustus nomine, qui uxorem habuit Alleta nomine de [illegible] Marginia, que unicam habuit filiam pulchram valde, que incognita viro [illegible] virgo fuit. Pater vero deum arborum colebat [illegible] nomine. Mater vero deum florum adorabat [illegible] nomine. Accidit una dierum quod virgo filia regis ortum quendam decorum patris ingrediebatur ut videret [illegible] duos predictos deos arborum et deum florum. Et vidit quendam florem pulcrum nimis, cuius pulcritudinem admirari cepit et cogitare: Eya quam pulcer est qui est creator florum horum. Tunc cepit [illegible] duos deos predictos sine creatore spernere [illegible] adorare. Quod autem [illegible] dispensaret [illegible] sub [illegible] amen. Que cum eo in cubiculo iaceret petiit ab eo licentiam ut ortum patris ingredi posset et deum florum quem [illegible] adorare posset. Qua annuente ipsa sola pudicis vestimentis induta et ornata ortum ingressa est. Et vidit in flore [illegible] sole clariorem sedentem, que [illegible] tamen [illegible] quem cum vidit [illegible] se sibi deum florum vel creatorem arborum fuisse [illegible] et [illegible] voluit eum adorare. Cui angelus dixit: [illegible] me adorare quia non sum deus sed servus. Ad quem illa: Si adeo tam pulcer et deliciosus es famulus, quanta pulchritudinis est dominus et creator tuus. Cui angelus inquit: Incomparabiliter pulchrior. Nam et ego et omnes angeli eius [illegible] claritate [illegible]. Et ideo incomparabiliter in pulchritudine me precessit. Cui illa: Ecce ergo sum libera in quibus ei servire [illegible] omnia [illegible] parata. Et angelus ad eam: Utique in castitate vive. Cui illa: [illegible] libenter pro amore illius servabo, dummodo me recipiat absque viro. Cui [illegible] contemplata sum.

Et angelus inquit: Ita erit. Et apprehensa ea per manum unius hore spacio duxit eam ad quoddam claustrum sanctimonialium in terram satis longe a patria sua, statuitque eam in altari suo. Tunc virgines que custodiunt ecclesiam eam viderunt [illegible] ceteris virginibus. Omnes eam adorabant postquam eam vero [illegible] esse [illegible] virgines [illegible]. Et in manu [illegible] virginis [illegible] scriptam in qua per ordinem [illegible] tenebat. Et mane facto episcopum [illegible] advocantes, qui eam baptisavit et nomen ei Kasaria imposuit, et vestibus castitatis eam induit et eam virginibus tradidit ut [illegible] et [illegible] eam instruerent disciplinis. Hec virgo [illegible] spiritu sancto gratia plena [illegible] ita quod omnes [illegible] virgines precellebat in oratione et in contemplatione et aliis virtutibus floruit, ita quod deus et angeli cum ea loquerentur familiariter sicut dilectus cum dilecta sua. Unde accidit semel quod sibi videbatur [illegible] crucifixum [illegible] vulneribus cruentatum [illegible] sibi: Pete [illegible] quid vis [illegible] te. Tunc sic tractatum [illegible] de salute generis humani. At illa [illegible] perfecta [illegible] videt [illegible] bone servator [illegible] te rogo atque [illegible] tua sancta et immaculata et per [illegible]. Et propter amissionem illius sicut [illegible] te amisit et in templo [illegible] te invenit quod cum dolore dixit: Fili quid fecisti nobis, pater ego et pater tuus dolentes querebamus te. Et propter dolorem quem tecum habuit in passione et morte. Et quia deus meus es tu, me indignissimam creaturam tuam ad lucem vere fidei de tenebris pagani erroris dignatus es vocare, me dignare suscipere ad eternas celi delicias. Etiam peto clementiam tuam et pie deus propter amorem tuum quo humanum genus dilexisti, quod tu rex celi et terre in cruce pependisti, ut omnes

homo cum hora extrema corde te deuo
tant in casibus humane implorauerint
ut eum illuminare digneris sicud me
illuminasti a tenebris infidelitatis et
ignorancie mee / Statim quod audiuit
vocem dicentem sibi Concessum sit quod
omnis oracio eius erit exaudita et
in duplo cumulata etc. efeuit domino

De miraculis de Natiuitate domini

Legitur de tribus regibus quod in regno eorum fuerunt
attenciones que sunt duo oua posuit
in tempore natiuitatis pullos quorum vnus
fuit factus agnus alius fuit factus leo
Dixit agnus bonus leo vero malus /
Item secundus rex habuit vnum ortum aroma
ticum in quo fuit balsamum / Et ex
stirpe balsami creuit quedam sarcula
rosis pulcriorem / de flore autem facta est
fallicula de quo prodiit auicula similis
columbe que loquebatur de Natiuitate
de virgine dei et hominis creatoris omnium
Item tercius rex habuit vxorem que genuit
infantem qui statim super pedes stetit
et ait natus sum ut cum virgine deus et
homo creatus de virgine qui post triginta
annos morietur in cruce in signum
huius ego moriar post triginta dies
ut scripsit hermannus hystoriographus

De beata Barbara

Tempore imperatoris maximiani impera
toris principabatur marcianus
sub quo erat persecutio christianorum . fuit
erat quedam ciuitas in parte orientali
nomine solis in qua erat quidam sa
trapes nomine diascorus diues valde
sed paganus et colens ydola / hic
habuit vnicam filiam nomine Barbaram
Construxit autem pater eius turrim sublimem
[illegible] et ibi reclusit ipsam ut non
videretur ab hominibus propter eius exi
miam pulcritudinem / Rogati sunt autem
quidam de optimatibus patri eius ut eam
nuptui traderet / Diascorus autem

ad eam accedens in turrim persuadebat ei dicens
filia quidam de optimatibus tam enamorati
sunt de te ut accipiant te in coniugium
quid ergo suades / Et ipsa vero instructa
eum dixit ne cogites me hoc facere
pater / hic diascorus
volens amplius cultui deorum suorum
recepit ab ea et templum eminentissimum
diis edificare constituit / Effecit igitur
de diuersis locis ac prouinciis expertissimos
operarios conuocare . Opus quidem cum ritum
gentilium templum edificandum compleuisset
eius confectus est in regiones longinquas
Interea beata barbara spiritu sancto
illuminata et baptizata diuinitus fide
instructa incepit colere vnum deum patrem
et filium et spiritum sanctum / Contigit ad
beatam barbaram descendere de turri ad viden
dam et considerandum templi structuram ab
artificibus patris sui secundum ritum
gentilium / Que considerans opus gen
tilium dulciter operariis dixit nos ita
michi templum edificatis sed tripharie
edificate illud / In medio templi
tres columpnas in altum extollite
et duabus lateribus addite eminen
cias duo quod latera deseruiant / facite
tres fenestras versus orientem et
alias fenestras ortu et luce prestantes
in lateribus vero parue valde fene
stras lucentes / sed desuper ordinabitur
ardua et factum est sed cum artifices
dicerent o domina pater tuus ferox et
seuus est qui aliter templum fieri
precepit timemus ergo eum ne nobis in
indignetur et quis poterit eum
placare / Barbara dixit in me sit
ista indignacio ego vos eripiam a
patris mei indignacione / Deinde pro...

phanum

Beata barbara venit ad locum quendam
ubi erant ydola que pater colle-
bat et ea omnia males confregit Pa-
ter vero eius post aliquod tempus venit
et templum non ut iusserat consumatum
invenit requisivit quod absque ma-
gistri [?] autem cuius incepti templi
iacti dispositionem in conspecta contra
istud consilium consumasset Re-
sponderunt filia tua barbara sic fieri
precepit Cum autem pater ab ea quereret
quare ita templum fieri precepisset et
quid illud significaret Beata
barbara respondit templum ita fieri constitui
propter opus misterii intellectus meo-
rum quia tres fenestre omne edificium
eius significat deum omnium creaturarum
creatorem et virtute exaltatum Duo vero
latera depicta significant duplicem
gloriam in celo dei subiectis ad regnum
celorum pervenientibus scilicet status activorum
et contemplativorum Tres fenestre
vero in oriente facte significant
deum trinum in personis et unum in
essentia scilicet patrem et filium et spiritum
sanctum in oriente quare ad orandum
Et cum hec et alia multa patri exposuisset
iratus pater ad pedes dare consulendos
et ad orandum ad palatium perrexit
Cum in templo despectus et ydola con-
minuta reperisset que avarus apud
satellitibus reposuit quibus plebi et
templo suo et diis suis tantam
violentiam intulisset Illi autem re-
sponderunt filia tua barbara que est
fidem christianorum colit Tunc diabolico
furore repletus tulit gladium suum
ut occideret filiam satellitibus vero suis

Col. 2

precibus eius non occidit sed fustibus
et flagris ipsam nudam primitus caedi [...]
ductam Beata autem barbara oravit ad
dominum ne ab impiis nuda videretur
Tunc capilli capitis eius descenderunt
eam et undique corpus eius operie-
runt quos ipsi tyranni abscin-
dere non potuerunt Post hec
reclusit eam pater in ergastulo con-
munibus suis cum custodibus ubi
beata barbara diutius latuit condita
et ab angelis frequenter visitata atque
a domino ihesu christo dulciter consolata
ut constanter pugnaret regni celestis
coronam perciperet Ipsa vero custodes
carceris sui cum aliis multis advenien-
tibus ad fidem convertit Deinde eius de
carcere rapitur tempestate [?] blasphemus
consummavit minime et verberibus ipsam
[?] compellere [?] sed minime potest
Beata vero barbara pergens corde
in credulitate et divina [?]
nebat Diaboli vero [?]
sustinere non volens eam sed [?]
disponebat Ipsa vero patrem fugiens
eam occidere volentem quam [?] tra-
xit et ad petram cuiusdam montis
veniens ibi oravit et petra se aperuit
et suscepit eam intus et abscondit
a facie patris Erant autem ibi duo
pastores ovium qui viderunt eam
fugientem quos eius interrogavit
de ea Unus autem volens salvare
cum iuramento negavit dicens se
eam non vidisse Alius autem demonstravit
dicens ubi in caverna montis latet
ad cuius vocem pater ascendit et ipsam
per capillos capitis eius [?]
verberavit usque ad palatium suum
pie Tunc beata barbara [?] pastori

benedixit et alteri maledixit et statim
iudicio dei oves eius facte sunt
locuste que commorantur circa sepulcrum
eius usque in hodiernum diem. Circa
quem cum preses cepit eam in carcerem
dari mandavit custodi ut teneret eam
ad tormenta audienda. Cras preses sedens
iussit sibi eam offerri. Quam cum
conspexisset eam considerans animum eius
constantem ut crudelissimus tortor
consumeret. Tunc preses probabundus
pedibus ipsa eius pulchritudine. Parce
tibi et pulchritudini tue et sacrifica
diis. Alioquin diversis tormentis te perdam.
Respondit beata barbara: Ego sacrifico
domino meo ihesu christo qui fecit celum
et terram et omnia que in eis sunt.
Demones autem tui dicit propheta: Os
habent et non loquentur, oculos habent et
non videbunt. Tunc preses furore
repletus iussit expoliari eam et tergum
eius cum nervis discerpi ita ut
omne corpus incruentaret sanguine. Deinde
iussit ut in carcerem reduceretur. Ipsa
vero nocte cum magna luce salvator
ei apparuit dicens: Confide constans
barbara quia copiosum gaudium fiet in
celo et in terra de tua passione. Noli
ergo metuere tiranni minas quia ego
tecum sum et eruam te de omnibus
plagis tuis. Et hoc dicto benedixit
eam. Gavisa est ergo et exultavit mar-
tir christi super visitacione domini ihesu christi.
Mane autem facto preses iussit eam
adduci et videns eam sanatam ita
ut plage non apparerent in ea dixit
ei: Vide quomodo dii compassi sunt tibi
et diligunt quia plagas tuas sana-
verunt. Beata barbara respondit: Dii tui
sunt opera manuum hominum. Quis pla-
gas meas curavit nisi qui solus
remedia adhibere potest. Sanavit autem
me christus filius dei vivi quem tu non
vides quia cor tuum a diabolo obcecatum
est. Iratusque preses et frendens ut leo
iussit corpus eius laniari et latera
eius lampadibus ardentibus applicari et mal-
leo caput eius tundi. Beata vero
barbara suspiciens in celum dixit: Domine
ihesu christe tu nosti abscondita cordis,
tu nosti quia mandatos tuos custodivi
sum et omnia tormenta parata sum
sustinere tuo presidio ne me de-
seras in hoc certamine. Tunc iussit pre-
ses mamillas eius abscidi. Sed
martir christi intuita in celum dixit:
Ne proicias me a facie tua domine.
Post hec iussit eam preses per totam
civitatem nudam trahi. At ipsa in celum respiciens
dixit domino deo: Qui operis celum nu-
bibus, conteris et adiutor meus esto,
tege nuditatem corporis mei ut non videar
ab oculis impiorum. Et ecce continuo de-
scendit angelus domini et operuit eam
stola candida. Milites vero qui eam
ducebant dixerunt ... quod videre
dolorem in loco ... qui accepit
sententiam gladio ipsam et cum pater
eius esset graviter contra eam iratus
accepit et duxit eam ad montem
ad decollandum. Cum autem duceretur ad martirium
orabat dicens: Domine ihesu
christe cui omnia obediunt et cuius
voluntati nullus resistit presta mihi famule
tue ut quicumque in vita corporis
devote ... et qui
mei memoriam fecerit et diem passionis
mee honoraverit ne recorderis
peccata eius in die iudicii, esto ei
propicius et ut in hora mortis sue
sine ... tui non ...
et qui diligunt me ... sine
... disponere. Tu enim nosti

domus per carceres fames et flagella ad re
spiciendum compulit. Constituta autem est vox de
celo dicens veni dilecta mea requi
esce quia in celestibus corpus tuum et que
populus imposita et maiora. Hiis
dictis ipsius corpore decollata est. Valenti
nus vero vir nobilis sepelivit corpus
eius in civitate solis in templo ydo
lorum in quodam angulo occidente
ubi postea plura signa fiebant
que tamen non beate barbare sed ydolis
attribuebant. Contigit autem imperatorem
christianum cum principibus saxonie et alama
nie barbaras naciones ad subiugandas
sibi imperatorem qui cum pervenisset ad
civitatem solis et ipsam debellassent
et ipsam cepissent violenter. Tunc
Imperator obtenta victoria ac qui
eta templum ydolorum cum suis intro
ivit causa [illegible] volens videre
ritum gentilium et cultum ydolorum
[illegible] quot autem vel uicati ad introitum
templum ydolorum intrabant statim ad
sua capita versus sunt. Imperator
autem separabat vel sub tanta gracia
esset ut per quem tamen [illegible] ymago
fecit imperatorem. Et responsum est
Imperatori quod quedam ydolorum ministra
quod sacerdotum et ministrorum ydolorum
et quorum vestes eorum sunt in introitu et vel
uciati sunt curati. Tunc imperator
omnis in genu demissa sunt quos
proposuit [illegible] sub veniente deo sibi
in illo sunt [illegible]. Unde omnia
ydola in manibus sunt columba et
in [illegible] redacta. Tandem imperator
exigi fecit ubi tamen [illegible]
templo fuisset [illegible]. Et nichil
ei quod quedam aliud templi ministre

quia si per ydola quedam miracula non
fiunt tunc quod possibile esset ut fiunt
per quandam dei famulam nomine barbaram
innocentem atque [illegible] cuius corp
us [illegible] in illo angulo templi condi
tum est. [illegible] que cum dixisset [illegible]
valet et valendo eundem [illegible]
templi confessa esset ipsa [illegible]
[illegible] martirum est adepta
[illegible] vincere et [illegible] domini
deus multa miracula ostendit et [illegible]
tua infinita quorum fecit deus ad
laudem inclite virginis barbare
glorie. Quo audito imperator cum
cuius [illegible] fecit et in [illegible] or
dinari. Cum autem dux saxonie
sanctam virginis et martiris barbare
[illegible] cappam [illegible]
[illegible] accepit et similiter caput
traxit clamque recepit cetera cum
publicandi reliquias sancte barbare
[illegible] in ipso [illegible] eo quod esset dux
illustris et inclitus. Imperator vero
cum duce saxonie et principibus
alamanie [illegible] sunt [illegible] et
quidam principum cum sibi adherentibus
ad suas provincias. Dux vero caput
sancte virginis ad saxoniam secum
detulit et in quadam sua [illegible]
[illegible] magdeburgensis [illegible] discessit
[illegible]. Tempore autem predicto
contigit quod principes sclavonie et
moravie causa spolii saxoniam
devenire ipsam quod [illegible] debell
are. Tandem devenerunt ad [illegible]
ubi reliquie beate barbare sub cu
stodia tenebant ipsam debellatis
in [illegible] [illegible]. Duxerunt

quod caput beate barbare ad confinia po-
lonie ad castrum dictum [illegible] si-
tum cum civitas non tunc erat [illegible]
venit ibi fuit delatum. Post premissa
prefatum castrum ubi reliquie beate
barbare tenebantur hereditaria suc-
cessione pervenit quibusdam nobilibus sua
tempestate multum strenuis et virilibus
sed omnino fraudulentis et dolosis
et cultores qui non minus multum
in vestabat. Eo tempore fratres ordinis
domus theutonice potentes et iam pro
in [illegible] paganorum absque omni regula
tum cum magna illarum [illegible] eis
clementia temporale et confortante
deum prussie [illegible]
sumpti deo hereditaverunt ibi et
christianam fidem plantantes ecclesias
plurimas construxerunt. Eo tempore
prefatum [illegible] dictum fratribus [illegible]
[illegible] est et [illegible]
tum eis [illegible] multiplicatis
fuit eis prepositum. Fratres vero
predicte domus theutonice [illegible] et
defraudare eos volebat. Accidit
autem una dierum quod quidam
[illegible]
ordinacionem commendatorem castri in
veteri culmine [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
familiares [illegible]
dixit fratribus quod ipse castrum sine pe-
riculo tradet captivum. Eo tempore
contigit quod beata barbara famula

et [illegible] et tria nocte custodi devote
matrone apparuit que ipsa nocte celaris
castri in una cista preciosa sub custodia
sacro tempore devocionis [illegible]
habebant et omni die cum vigilibus religiosis
ignis candelis accensis ponebat. Inter
beata barbara et quod [illegible]
ab agens et vale dicens aut in hoc
loco amplius morari non convenit.
Cui matrona quare domina mi [illegible]
Cui barbara christus deus pro cuius amore
plurima passa sum tormenta in me
scit non digne revertitur [illegible]
[illegible] passionis memoria per alia
[illegible] climata divulgabitur et [illegible]
[illegible] Cui matrona dixit
ubi ergo vis virgo et martir decora
manere in veteri culmine ibi domus
magis solempniter honorabor et ampliores
[illegible] matrona vero
[illegible] beatam barbaram [illegible]
[illegible] vidente
[illegible] dictis matrona domina
martir virgoque decora. Et cum tempus
[illegible] portas castri [illegible]
[illegible] et beatam barbaram [illegible]
et commendatorem de veteri culmine cum
suis fratribus et familia [illegible]
intrantes castrum quod [illegible]
[illegible] capiebat. [illegible]
[illegible] matrona [illegible] vigilantes
clamore excitavit dicens vigilate
vigilate [illegible] castrum captum
est ve ve ve et super omne ve quod
caput et reliquie beate barbare sunt
perdite hodie et sicut dictum est sunt
defraudate. Reperta autem matrona ubi
cum reliquiis beate barbare fuissent
recondite. Invenit quam celaris quod
in primis [illegible]

Celanus go festinat intencius et pri/
cellam appropinquavit reliquias virginis
prius deposuit / et cum omnia fecerunt
exigerent dicto quatuor capti sunt
parietes funditus destruxerunt / et re-
liquias beate virginis cum omnibus fratribus
et inquilinis sic ad veterem ecclesiam
capituli deduxerunt ibique cum magno
honore et laude collocari fecerunt
sunt propterea et cum impiis et ca
tiais ab in incepta visitatione ad hoc
postea incolarum vocavit et gloriam
In eadem fratre thesaurarius memoratus
super altare beate virginis gloriose fuit
locatum clericus thesaurarius laudandus cantibus
et nunc amandum autem in ho
mine persequendo ad laudem et gloriam
virginis voce ibique cum magno
populus templum est et ante reliquias
maximo amando gemitus et
ante fuit ornate et eodem tempore
cepit florere multis prodigiis atque
signis que quamvis de his infinitis
est largitus et finis operis

Venerabili viro ac karissimo
patri in xpo domino hugoni
de Columberiis sancte Agnetis
Ecclesie preposito frater Johannes
Gobii minimus ordinis fratrum
predicatorum vester filius humilis
Seipsum cum recomendacione humili et
devota Cum enim Relucere presertim impossibile
sit in nobis simpliciter divinum radium nisi
sub velamine similitudinis et figure ut
testatur beatus Dionisius libro de angelica
ierarchia hinc est quod mentis nostre racio
in tam excellenti luce non figitur nisi eam
aspiciat per similitudines et exempla
unde unigenitum dei verbum ut sedentes in
tenebris et umbra mortis ad celestia
elevaret in exemplis et parabolis loquebatur
eo quod forcius moveat audiens audiat et
retineat firmius et attencius mente
erigant ad eterna ut vult Augustinus testatur
quia vix vir animus videtur ad celestia in-
hyare eo quod delectatur narracionibus sanctorum
et exemplis Itaque ego ad gloriam et hono-
rem omnipotentis dei et beatissime matris
Beati dominici patris nostri ac beatissime
Magdalene hanc scalam celi composui
ut per eam interdum postposito alio
curioso vel terreno studio ascendamus ad
contemplandum aliqua de eternis latera
autem huius scale sunt duo scilicet due huius
operis partes primum latus est cognicio
supernorum cum amore secundum cognicio inferiorum
et preteritorum actuum cum rubore Ex primo
latere diversa excluduntur peccata et fecundantur
virtutes Ex secundo breviter radicantur in
mente illustres operaciones facte ab inicio
mundi usque ad nostra tempora secundum annorum
numerum et septem etates Gradus autem huius
scale sunt diverse materie que in ea secundum
alphabeti ordinem continentur Et ut conscripta
hic allegantibus non contempnantur expono libros
a quibus flores elegi secundum quod a deo est
michi donatum Ex vitis patrum primum
Ex libris dyalogorum Gregorii Ex floribus
sanctorum Jacobi de voragine Ex hystoriis
Scolasticis Ex speculo exemplorum Jaco-
bi de vitriaco Ex glosis Jeronimi super
Biblia Ex summa fratris vincencii Ex libro
magno de donis spiritus sancti Ex maria-
li magno Ex libro de vita et professione
fratrum predicatorum Ex alphabeto narracionum
Verum aliqua interdum asserui applicando
ad mores vel recitando que ita conscripta
non repperi sed in predicacionibus aliorum audivi
Suscipiat igitur vestra bonitas meum laborem
et hanc recollectionem exemplorum brevem
et Supplico vobis et cuicumque legenti ut
parcat mee ignorancie et me participem
faciat in spiritualibus bonis ut attingere possim
ad terminum eterne beatitudinis ubi non in
exemplis sed in luce splendida contem-
plabimur ineffabilem veritatem

Abstinencia multum bona facit primo
enim saciat Unde in vitis patrum dicitur
Quidam heremita fugiens consorcia
hominum ingressus est heremum ut per ab-
stinenciam maceraret corpus suum quem pro viatico
omnium ibidem cibo deus dedit sibi in porta
celle fontem vivum dulcissimum et palmam
qua utebatur in cibum heremus est penitencia
fons est plenitudo gracie palma eterne
que reficiunt peccatorem separatum a deliciis
mundanis Item ad idem Quidam
sanctus heremita sumens diligens mel
ad heremum in quo non repperietur dum autem
fame molestatus in via poma pulcher-
rima invenisset Recusabat et comedere
intra se et cogitando quod cibus forte eum
alliceret comedere contempsit Sed per
angelum non derelictus docuit eum uti
radice herbe mire dulcedinis et fonte
mire suavitatis heremita peccator
Mel delicacio peccati heremus penitencia
separata a consolacione mundana fructus
receptus honor divicie laus et amicicia
putum Quibus contemptis deus dat radicem
virtutis scilicet caritatem et fontem dulcissimum
lacrimarum Secundo abstinencia sanat
Dicitur quod quidam fugiens ad heremum fame
constrictus incepit comedere quorundam
herbarum radices que sic eum laxabant
quod ferre sua viscera emittebat Dum autem
deum rogaret ut per virtutem abstinencie
ipsum iuvaret Quoddam animal nomine
fasaulu de novo nocivis docuit eum discerne-
re inter nocivas et non nocivas Fugiens
est religiosus heremus religio radix la-
xans affectus putum et negociacio seclarium
que laxant ad transgressionem regule

et ad amissione devocionis Anima l e mudi
vl dyabolus que si aspiciant per eos eli-
gent bona et refutabit malu ¶ Ad idem
Quida platus fuit qui delicijs affluens
erat languidus et miser nec medicinis
poterat curari Cum g° semel legisset
q abstinencia erat medicina corpis et aie
et ipe erat totus corruptus in corpe
et in mente ut ex una medicina vtriusq
sanitate habet dimissis delicijs et
pompis mudi Ordine Cistercien intrat
Quod audiens quida Archiepiscopus
ad visitandu eum accessisset et repiens
ipm totalit curatum dixit ei Miror
multu quomodo delicie et medicine vos
nocebant et fabe et olera vos curarunt
Cibaria abhorrebatis delicata et nunc
comeditis sicut lupus Tunc ille rndet
Domine vin dicitis Sed ego feci sicut
facit lupus sicut facit serpens aqla
et omnis que dum gravant corruptis
humoribus et volunt vetustate depone ab-
stinet et ieiunat Sic ego feci Alit sic
illa a veneno et vetustate pcti fuisse
5 cosumptus ¶ Tercio abstinencia placuit
deum dicit q dyabolus i pma ordinis
pdicatorum fres multis dolorib et illusi-
onibus affligebat Et ideo statuerunt ut
in fine matutinarum cantaret Rem
Te sanctu dominum etc ut boni angeli
malos repimerent Tunc dyabolus p os
cuiusdam demoniaci uno mane incepit
clamare O miseri vos nescitis quid
cantatis nec qua sublime sunt illi
quorum adiutoriu postulat ego hoc scio
qui de eorum consortio cecidi et cum no
habea carne in qua possim face absti-
nencia no possum illuc ascendere Sz
si haberem tantu de carne sicut est in
pollice humano tanta facerem abstinenciam
q adhuc ad altiora ascenderem ¶ Item
ad idem Fuit quida dives qui de corpe
suo quantum poterat curabat delicijs
in cibis et potibus vngentis et bal-
neis in lectis indumentis ornamentis
auidissime requirebat qua vero erat
sapiens quo ad mundu factus e Senescal-
cus regis ffrancie et tunc cepit itu
delicijs affluere q vix pinguedo eius
per cutem poterat restringi Cocus

aut suus qui ei cum magno studio fune-
bat Semel dixit sibi O qua magna
inflamacio erit domine mi qn ista pin-
guedo vra erit comcta igne inferni
Quod ille considerans incepit dicere
intra se Vere iste dicit vm Anima et
caro mea erit cibus vmiu et lardu
demonu cum sit corrupta et edita p
deum no sic erit et assumpta pnia
deu per carnem placavit qui per eam
vituperatus et offensus erat ¶ Quarto
abstinencia gratificat Dicit q quidam
habuit semel cane pvu et nobile et
erat alius dives qui in curia illius
nobilius hebat invidum qui volens
ex hereditate istum divite tradidit ei
canem ad nutriendu bn Ille accepit
eum et inclusit in camera et fecit ei
pulmentu de furfure q canis olfaciens
incepit flere et eiulare nimis et diur-
no ieiunio maceratus incepit cu dolore
gustare postea comedere et sic paulati
assuescens et factus est pinguis Cum
autem pditus nobilis requisivit cane
in aspectu suo pulcrior et graciosior e
putatus Nobilis est deus canis e
caro Inimicus dyabolus dives anima
que dum i camera obediencie in absti-
nencia tenet corpus gratissimu reddit
deo ¶ Item ad idem Quida monachi
attendentes ad Abbate helyam inpleti
cogitacionibus curiosis dixit eis fres
mei erubescate quia quanto magis corpus
vrm est magis albu et pulcrum
et rubicundu tanto anima plus iacet
mortua et est fetida apud deu Non g°
pinguedo est grata deo sz pallor absti-
nencie et macies cu humilitate gratificat
apud deum ¶ Quinto dulcorat Vir quida
ppt asperitate ordinis exiens habuit
queda obviu sibi dicentem Quare
exivisti ordine Respondit duriciam
panis duricia lectus acerbitate potus
et vilitate vestiu sustinere no potui
Tunc ille Ostenda tibi optima medi-
cina contra anima istam Tunc ondit sibi
quinque vulnera xpi Et dixit Intinge pane
in hoc brodio adiunge sanguine tuo
vino lectu cruci et vestes meditatio
Qui cu fecisset devocione repletus

ad monasteriu est reuersus. Sexto opa
demonis fugat. Unde cu quida discipls
inquireret a quoda sancto pre quomodo
posset demone supare carnis desideria
refrenare et cogitaciones inmudas vitare
Respondit. Carissime respice ad ollam
Respice ad igne respice ad lupu respice
ad castra. Nam olla cessat bulire sub-
tracto incendio. Ignis extinguitur
subtractis lignis. lupus expellitur sub-
tracto cibo. Castru subicitur subtracto
pabulo. Cor humanu est olla buliens per
corrupta desideria. Est ignis ardens
p cogitaciones varias. Est castrum re-
bellans per diuisa vicia. Et ideo sunt sub-
trahenda alimeta cuiuslibz male scietatis
delectacionis evagacionis lascivie et inor-
dinate comestionis. Septio nobilitate
cordis demostrat. Unde legitur q cu
Alexander interogasset in quo erat mag
nobilitas. Respondit quida sapiens
Inprima cura cibi et potus et multiplicatione
virtutis. Et ostendit tali exemplo. Aues
que sut nobiliores plus habent de plu-
ma minus hnt de carne et minus bibut.
Quod attendens Alexander licz sitiret
multu aqua frigida bibe noluit eo q
ipse plus de ea poterat saciari. Octauo
humiliat. Dicitur in vitis patrum. Q quidam scs
volens ostendere virtute abstinencie
dicebat. Q leo licet esset animal ferox
captus p gula semp erat humilis et
verecundus. hoc idem patet de lupo. Et ideo
ieiunauit multu post talem captione.
Nos sumus capti per gula et ideo ieiunare
debemus. Nono hostes supat. Dicitur in
hystoria tripartita. Q quida draco pes-
simus deuorabat homies et iumenta
nec per virtute armoru nec per virtutem
armorum nec p virtute homi expelli po-
terat. Quod attendens quida sanctus
dixit. Carissimi virtus draconis no est
forcior qua virtus demonis. Sz virtus
demonis expellitur per ieiunium et
orone. Et ideo affligamus carne nram
p ieiuniu et ut deus misereatur nri.
Quod cu per decem dies fecisset coram
toto vniuerso populo dixit ut cognoscatis
virtute ieiunii volo q omnes expectatis
in prelium. Tunc ipse accipiens sputa
fecit calculum cotra dracone qui no valens
egredi extunc mortuus est ibi. Tunc ille
sanctus incepit clamare et dicere. Sicut
virtus corporalis ieiunii interfecit istum
dracone. Sic virtus ieiunii spiritualis
expellit omne virtute et temptacione
demonis. Et ideo ieiunetis ut demones no
qui numqua comedunt sed voluntate ma-
la sunt. Non ieiunetis sicut Iudei
qui de die abstinent et de nocte amplius
et inmundicijs viuat. Nec sicut medici
qui ad salute corporis intendunt. Nec sicut
auari qui conantur bursa replere. De-
cimo sapiam demostrat. Dicitur q semel
fuit quida homo qui hnit duas domos
Una erat plena palea et altera diui-
cijs et auro repleta. Accidit aute ut
in vtraqz ignis accensus. quod audiens dns
cucurrit ad illa que erat plena paleis
omittens illa que erat plena auro et
sic vtraqz fuit igne cosupta. Domus
plena palea est corpus. Domus plena
diuicijs est anima. Ignis est peccatum vel
necessitas spualis. Ille ergo prudens qui
ieiunijs et afflictionibus macerat corpus
suu. Sz ille est fatuus qui ad delectabilia
et temporalia intendit. Undecimo co-
gnicioz mandatoru prestat. Unde in vitis
patrum legitur. Q cum quida requireret
que esset via celi. fuit sibi responsu.
Sta in medio vie abstinencie et attin-
ges ad deum. Q cu ille requireret c
latera huius vie. Dixit q quida ieiunant
sicut porci qui ingrauati comedere no
possunt. Quida sicut lupi qui de die
ieiunat et de nocte deuorant. Quida
sicut onagri qui pascuntur vento. Quida
sicut timidi qui pre tristicia comedere
nolunt. sicut legitur de Unicorno. Quida
sicut detractores. Quida sut effrenetici
vel blasphematores. Quida ut lunatici
ut corizantes et isti sut iuxta littora
maris quare no attingunt ad xpm.
Duodecimo conat. Dicitur in vitis patrum
Q quidam ante suos oculos du sia-
cebat tenebat ampulla aque splendentis
Qui cu fuisset interogatus quare hoc

facere Respondit ut ex maiori desiderio
maiorem coronam haberet. Tredecimo illu-
minat. Dicitur quod quidam sapiens nomine
Romulus stetit per tres dies a potu
quia attendere debebat ad consilium ut
clarius distinctius evidentius videret
Quid ergo debet facere peccator qui coram
deo est responsurus. Quartodecimo
castitatem servat. Dicitur quod dominus honoratus
abbas quidam fecit carnem cuidam puero
ad comedendum dedit Et cum ille respuisset
propter castitatem dominum fuisset missus ad
hauriendam aquam cum urnula piscis pulc-
rimus invisibiliter intravit Cum dominus
effunderet aquam in coquinam piscis in medium
saliens paratus et coctus datus est iuveni
qui de eo comedens per virtutem abstinentie
in eo sunt extincti omnes motus carna-
les. Quintodecimo regulat Unde dicitur
quod duo semel fuerunt in una mensa et
unus comedebat parum et alter multum
Cum autem ille qui comedebat multum
reprehenderet alium Alter respondit quod melius
comedebat Quod ille proponens cuidam
sapienti qui erat in mensa dixit quod verum
dicebat Nam ille qui nutrit animam
et augmentat virtutes melius comedit
quam ille qui nutrit vermes et multiplicat
vitia quia vero gulosus erat huiusmodi
ideo male comedebat et alter bene
Sextodecimo est rapinarum restituti-
va Unde dicitur Quod quidam prelatus semel
erat qui non comedebat carnes tamen
faciebat multas rapinas talias et
iniustas exactiones Cum igitur semel
exhereditasset unam viduam Illa cum
filijs suis in brachijs accessit ad eum
dicens Domine tu non comedis carnes
mortuas sed comedis vivas quia cum
depredationibus tuis iniustis et devoras
omnes subditos tuos Devora ergo istos
duos filios meos et comede eos Quod
ille audiens compunctus restituit ei
omnia Decimoseptimo est diviciarum
donativa Unde quidam senex dixit quod
erat clavis paradisi si esset discreta
et adhoc induxit tale exemplum.
Semel fuit quidam homo qui habebat
gallinam a qua habebat diversos pullos

ex ovis consideravit secum quod cum ova na-
scuntur ex gallina quod infra galliam esset
omnia futura ova et accipiens gallinam
perdidit ova et gallinam Gallina est
caro Ova operationes Cum ergo homo
in uno actu vult extrahere omnes operationes
virtus sepelitur et corrumpitur corpus
Item ad idem Quidam sanctus heremita
rogabat deum ut sibi regulam ostenderet
abstinentia faciendi Cui apparens ange-
lus dixit Miles cum ponderosis armis
non potest ire nec bene pugnare Equus sine
freno punctus calcaribus ad precipitium
vadit infirmitas de calida materia
periculosior est quam de frigida Navis
onerata periculosius regitur in medio
maris quam non onerata Equus fati-
gatus mane non complet dietam
Tene ergo medium in abstinentia quia
hec est regula dei

Accidia multa mala facit Primo
est divini operis neglectiva
Dicitur quod quidam habuit vineam
plenam diversis herbis corruptis bonam
tamen ad productionem vini Et ideo mi-
sit filium ad predictam vineam ut eradi-
caret herbas nocentes Qui attendens
ad eam et considerans multitudinem et
magnitudinem herbarum fuit visum sibi
impossibile posset eam purgare
Quare posuit se ad dormiendum sub
umbra Pater ergo veniens interrogat
eum quare dimisit operari Cui ille
Vidi tantam multitudinem quod viginti
homines non suffecissent Cui pater Si
modo amovisses unam herbam et cras
aliam finaliter purgasses vineam Sed
nunquam incepisti nunquam perficies Iste
pater est deus filius est homo vinea
est anima male herbe sunt peccata
mortalia Quia vero homo non incipit
perfecte evellere has herbas corruptas
et ideo nunquam fiet purgatio peccatorum
Secundo accidia est vocis absorp-
tiva Unde in vitis patrum dicitur Quod
quidam iuvenis fuit semel qui in
morte interrogavit quendam sapientem
ut diceret verbum edificationis Cui

ille o fili respice ad solem et terram ad
formicam et ad gallum. Sol enim quantum-
cumque actum ingratitudinis videat
beneficium sue claritatis non abscondit
nec retrahitur a cursu et ordine suo.
Sic nec tu opera pietatis dimittas propter
ingratitudinem nec dimittas regulam
nec ordinem caritatis. Secundo respi-
cias formicam que in estate congregat
meliora grana de quibus in yeme
vivit. Sic tu in vita operare ne necessitatem
in morte habeas. Tertio respice terram
que cum magna intemperie et cum adver-
sitate omnium creaturarum producit arbores
et fructus quibus ablatis sine aliqua
alia retributione meliora vel similia
producat. Quarto respice ad gallum qui
vigilando non obliviscitur horas noctis.
Tu ergo fili similia faciens thezaurum
sapientie possidebis. Tertio de malo
culpe donativa dicitur. Quidam semel fuit
quidam qui habebat comitatum pulcherrimum.
Tres vero heredes sui diviserunt ad alienas
regiones pigrioribus de suo genere voluit
comitatum legare. Convenerunt autem quinque
consultu pigri. Primus fuit ita piger
quod habens panem in ore propter pigritiam cla-
udendi os sinebat ut aves illum aufferrent.
Secundus habebat pedes iuxta
ignem et pre pigritia retrahendi per-
mittebat comburi tybiam. Tertius
sedebat et veniebant mures et rodebant
sibi aures usque ad cerebrum et solum ex
pigritia recedendi detinebatur. Quartus
habebat funem in collo et gladium in manu
sella et stabat super sellam que continue
subtrahebatur sibi et solum ex pigritia
elevandi manum et scindendi corda per-
mittebat se suspendi. Quintus iacebat
in lecto et duo stillicidia cadebant super
eius faciem et super oculos et ex pigri-
tia vertendi caput perpetuo excecabatur.
Loquendo spiritualiter iste Comes est dyabolus.
Quinque parentes sunt quinque genera peccatorum.
Primus est peccator cui deus dedit verbum
gratie et correctionis et nichilominus sustinet
graves vel adulatores vel dyabolicos
homines auferrent et arripiet illum
auferat et arripiat

Secundus est peccator sequens malam societatem
qui comburit et perdit famam corporis et bona
temporalia solum propter pigritiam retra-
hendo se ab illis. Tertius est qui cum
fabulacionibus detractoriis et immundis
cogitacionibus et locucionibus ac incor-
ruptis solaciis se occupat et deficit
sibi nisi virtus recedendi. Quartus est
vinctus in confessione peccatorum stans supra
sellam subtractabilis vite habens gladium
confitendi in manu et permittit se suspendi
per cordam peccati propter pigritiam confitendi. Quintus
est desperans de misericordia dei. Nam stilli-
cidia terroris divini iudicii et timoris
multitudinis peccatorum percuciunt oculos
mentis sue et solum propter pigritiam
committendi se ad misericordiam dei excecatur
dampnacione eterna. Quarto de doloris
augmentativa dicitur. Quidam quadrigarius
de quadriga cadens in luto profundo
petebat adiutorium a transeuntibus exeundi.
Cum igitur quidam manum mitteret ad sub-
levandum eum. Ille manus tenens in su-
lutum extrahere volens sed nec alteram manum
porrigere volebat. Quod ille attendens
dixit illi. Tu non iuvas te nec ego
te iuvabo et sic stes in luto tibi nocuo.
Ista quadriga est penitencia et habet duas
rotas. Una est amor boni secunda est odium
mali. Equus autem istius quadrige est
misericordia dei. Cum ista enim cadit peccator in lutum
delectacionis peccati. Nichilominus clamat
iterandum ad deum. Medium ad sanctos medium
ad virginem ut adiutorium debent infestare [illegible]
Sed quia ipse servicium non iuvat manifesto
peccatum suum in peccato moritur et dimittitur
tamquam piger. Quinto est bonorum
omnium privativa dicitur quod quidam sanctus
pater rogavit deum ut ostenderet sibi
que esset via per quam posset attingere
ad gloriam beatorum. Vidit autem angelum
dei stantem in angulo celle qui ex diversis
funibus componebat sibi funem. Quo com-
pleto iterum reincipiebat. Tunc angelus
ad illum. Effuge umbram pigricie que
inducit paupertatem vilitatem et afflictorum
et operare instanter et vinces vitam eternam

Sexto est fatuitatis et stulticie conseruatiua de qua. Quidam sanctus volens corri-
gi per angelum eo quod diligebat mediam
ociositatem ductus enim semel ad unum
monasterium Bechardorum in quo erant multe
camere. In prima camera erant multi
milites qui solo timore deiciebantur et
equi qui audiebant nomen vnii militis
qui quondam erat natus. Et cum ille in-
quireret qui essent illi, audit: Isti qui
propter timorem mundanum temporis futurum
deciunt pigricia et timore. In secunda
camera erat quidam qui non aliquo
vinculo sed sola sompnolencia erant
ligati et cum iste inquireret fuit sibi
responsum: Hii qui ex tedio benefaciendi
contempnebant precepta. In tercia camera
erant quidam qui tenentes panem in
manibus rodebant lapidem pane dimisso
et isti sunt qui lambunt verbis adherentes
dimittunt sermones. In quarta erat infirmus
[illegible] medicinam salutiferam iuxta se
habens non attendebat ad grauitatem
infirmitatis nec ad medicinam sanatiuam et
isti sunt ignorantes. In quinta erat vnus
loquens cum alio et cum non posset bonum
obtinere nisi illum respiceret a quo postu-
labat licet illud bonum esset sibi valde
necessarium ipsum videre non curabat
et isti sunt indeuoti qui negligenter
dicunt horas. In sexta erat quidam
magister doctor scolares qui quanto plura
ostendebat tanto plura obliuiscebatur
et isti sunt dissoluti religiosi. In septima
erat quidam qui quanto plus calefacie-
bant tanto magis frigidi erant et isti
sunt tribulati. In octaua erant quidam
qui quanto plus impinguabantur tanto
macilenciores erant et isti sunt auari.
In nona erant qui quanto in maiori
periculo belli latronum ignis uel in
aqua erant tanto suauius dormiebant
et isti sunt qui confidentes in longitudine
vite firmant se in delicijs mundi. Sex-
to accidia est diuine laudis impedi-
tiua. Quidam monachus temptabatur
pigricia quociens erat ad matutinas
surgendum vel ex timore vigiliarum
presumebatur sudore putans autem hoc
esse ex infirmitate vestibus se coope-
ruit. Cum autem quadam nocte ceteris
dormientibus ipse vellet surgere diabolus
sub lecto incepit clamare: Noli surgere,
noli sudorem tuum interrumpere quia non
expedit tibi. Quod ille attendens ad
illusionem demonis ad diuinas laudes
affectuosius anhelat. Septimo est
ignis demonis accensiua. Vnde in vitis
patrum legitur. Quidam non posset
stare propter calorem et ocium. Dixit quidam
senex: Fili, ignis demonis est duplex
scilicet paruus et magnus. Paruus ignis est
accidia et ocium et ex isto inducitur maior
qui est dampnatorum. Si ergo vis
extinguere et a te expellere ignem ma-
iorem extinguere ociositatem et pigriciam
a mente tua. Item ad idem. Ad
iudicem quendam venit pauper et diues
qui seminauerat communiter agros pauper
propter paupertatem comedebat et pueri sui
folia fabarum et ideo non poterant ita
fructificare. Diues petebat totum
granum. Tunc iudex: folia sunt ad mittendum
sed granum ad diuidendum. Item ad
idem. Quidam rusticus habuit pigrum
quem vocans ait: Est ne dies? Cum
vidit non. Tunc dominus: pluit ne? Tunc
vocauit canem et madidum inueniens
dixit sic. Iterum interrogauit: Si ignis
est in domo? Et vocans cattum et calidum
inueniens ait sic. Tunc dominus: Surge
et serue equum. Audiens famulus: Si dies
est date nobis comedere, si nox
sinite quiescere.

Adulacio multa mala facit.
Primo enim est deceptiua. Dicitur
fabula. Quod coruus semel
portabat quandam peciam carnis uel
piscis in rostro quod cum sagacissima vulpes
attendit ad eum et adulando dixit:
Domine, ego habeo amiciciam et fami-
liaritatem magnatorum. Et audiui
quod inter ceteras aues vos cantatis optime.
Et ideo placeat vobis quod ego audiam
vocem vestram ut possim vestrorum testimonium [illegible]

portare Ille ergo attendens ad verbum
adulatoris incepit cantare dimissa
pecia carnis quam illa accipiens comedit
et comesta dixit Domine in veritate dulcis
est quod non audivi vocem in gratiam quam
vestram Corvus est nobilis vulpis hystrio
et adulator pecia carnis bona temporalia
ad que habenda fingunt dolositates
mendosas ¶ Secundo est diaboli attractiva
legitur in hystoria Romanorum quod
semel fuit disputata questio quis
esset peior homicida adulator vel
interfector hominum Et fuit determinata quod
adulator erat peior homicida quia
adulatio est nutrix filiorum demonis
et venenum anime proditorium et appodi-
amentum peccati et a quo reputans solum
placita licet nociva dissentit ¶ Tercio
est dei odibilis legitur in hystoria tri-
partita Cum enim quidam princeps ad spe-
ctaculum venit cum veste aurea et orna-
mentis insignibus procederet videntes
eum sui et illi qui in excessu eum ama-
bant adulando dixerunt sibi Non est
congruum decreto ut honoremus te tamquam
hominem sed sicut deo reverenciam exhibe-
amus Quod ille non abhorrens sursum
arborem iuxta quam sedebat vidit bu-
fonem supreme magnitudinis quo
viso dixit Ira dei super me est et
deceperunt me verba adulatoria vestra
Non sum deus sed lutum quod venenum
bufonis istius penetravit viscera
mea quo dicto expiravit ¶ Quarto
est malorum augmentativa duo homines
unus mendax et alter verax accesse-
runt ad regem symearum quos videns
symea superior inter ceteras stans supra
sellam aliis dixit Isti sunt homines
insidiatores et ideo volo probare qui
sunt Et vocato mendoso dixit ei Quid
sum ego Cui ille Vos estis imperator
et isti sunt comites vestri quo dicto
iussus est premiari Verax autem mente
se dixit si iste mendax sic remune-
ratus est quia dixit falsitatem
maiora dabuntur mihi si dixero

veritatem Cum interrogasset symea
Quid sum ego Respondit verax
Tu es symea et omnes isti sunt similes
tibi Tunc iussus est dentibus et ungui-
bus lacerari et expelli de regione ista

Adulterium multa mala facit
et inducit Primo est demonis
sacrificium legitur quod cum beatus
Andreas concubinam propositi cuiusdam
convertisset tradidit ei evangelium pas-
sionis christi in memoriam ut peccatum adulte-
rii vitaret quia vero uxor propositi
adhuc habebat eam suspectam tradidit
eam ribaldis ut cum ea complerent
vicia carnis Cum autem duo vestes
eius frangerent et unus vellet eam opprimere
subito ipsa clamante ad deum mortui ceci-
derunt Cum autem uxor propositi se
balnearet cum viro adultero a dyabolo
suffocatur Mulier autem liberata sic
et confortata per angelum rogabat
deum ut omnes suscitaret a morte
ut narrarent quantum erat odibile a-
dulterii peccatum que exaudita est et
illi resuscitati inceperunt clamare
quod adulterium erat sacrificium demonis
in quo furtum plurium et duo carnis
vicia simul offerebantur demoni ad
vituperium dei ¶ Secundo est adulterantis
obprobrium dicitur Cum quidam civis fuit
semel qui habens uxorem adulteram de-
duxit eam ad quendam fontem et dixit
Si es adultera rogo deum ut ista
aqua frigida comburat manus tuas
Si non rogo ut maneat in suo esse
primo Cum autem infra aquam posuisset
manus suas sicut ab igne retraxit
combustas sua igitur confusione ferre
non valens fecit interfici virum suum
qui vero pro iusticia passus cepit
facere miracula uxore incredula
manente et asserente quod non crederet
nisi anus suus cantaret quo dicto
completum fuit in confusione sua et
revelacionem peccati ¶ Tercio est demonis
medium Quidam habens pulcram
uxorem mane surgens ad nego-
ciacionem iuit et vicinus suus percipiens

ad uxorem proximi est ingressus. Rediens autem vir eius dum fabularetur cum uxore sua cognovit uxor quod ab alio pretium a viro suo fuerat violatum et dum fleret ad dominum rogabat ut sua iniuria vindicet super illum qui maculaverat lectum suum. Cum autem ille adulter vellet ingredi ecclesiam subito a demone est arreptus. Cum autem cum capite percuteret lapides subito expiravit. ¶ Quarto est mortis supplicium dicitur. Nam quidam rex habuit semel uxorem adulteram. Cum igitur requireret consilium quid puniret, audit quidam sapiens: In domo mea erat media ciconia. Cum igitur femella adultera fuisset venit masculus et adulterium cognoscens subito ipsam interfecit. Si igitur natura infert mortem adulterandi, quid debet facere racio que plus est separata a carne.

Advocatis multa mala accidunt. Dicitur. Nam quidam princeps fuit visus in pena inferni, et in eodem (titulo) tecto erat olle plene auro ligneo, in medio autem erat balneum fervens auri in quo balneabatur ipse et clamabat: Venite advocati mei viliores quam meretrices vendentes vibrare parte. Vos autem nobiliores viliores quam usurarii quia lucrantur de rebus temporalibus, vos autem sapientiam et intelligentiam vilioris fuistis omni creatura empti et sanguine tum venales vos exhibetis ad omnem iniusticiam. ¶ Item ad idem. Quidam habuit quendam filium et venit ad quendam sapientem et dixit: Domine pauper sum et vellem ditari, et quia advocati summe ditantur, si consuleritis mihi vellem filium meum fieri advocatum. Cui ille sanctus senex ridet: Cum quisque sit advocatus statim ponit ad collum suum unam scalam duodecim graduum qua mediante descendit ad dampnacionem eternam. Latera huius scale sunt scilicet honor et avaricia. Primus gradus huius scale est non subvenire miserabilibus personis. Nam tollat quod non conservat. Secundus gradus est suscipere iniustam causam vel desperatam. Tercius est sustinere causam quam in progressu cognoscat iniustam. Quartus est inducere ad compromissum quod scivit esse iniustam. Quintus est causa per negligenciam vel ignoranciam perire. Sextus est accipere immoderatum lucrum. Septimus est obtinere iniustas dilaciones. Octavus est odium contra illos contra quos placitat proximi. Nonus est falsa allegacio testium instrumentorum vel legum. Decimus est vendicio sancte. Undecimus est iactancia glorie. Duodecimus est infidelitas. Et cum istis talibus malis sunt onerati. Consulo tibi quod dampnacionem eternam non permittas salvacionem filii tui anime. ¶ Tercium est ecclesie detractio. Legitur quod cum quendam advocatum mortuum portabant ad ecclesiam, cum autem esset iuxta portam ecclesie porte claudebant se nec permittebant ipsum introduci in ecclesiam. Cum autem quidam sanctus rogaret deum ut sibi revelaret causam huius apparuit sibi beatus et dixit sibi: Isti sunt detractores ecclesie qui sunt peiores et plus nocent ecclesie quam raptores omnes univers terre, quia auferunt placitum a iusto et a bono et dant alteri indigno. Plus nocent ecclesie quam demones quia omnes demones non possunt facere quod regimen ecclesie subdetur (?) sinicio dyabolo et pugnis dyaboli, et hoc faciunt mali advocati. Fideles expellunt et introducunt demones. Machinam erigunt ad destructionem ecclesie et tamquam sagittarii demonis cum arcu falsitatis veritati nocent. Peior est vel eque malus sicut hereticus (heretici). Nam corrumpit fidem iste opera fidei. Ille peccat ignoranter, ardens hic facit. Isti sciunt quare non est dignum ut clerici beneficium ecclesie recipiant. ¶ Tercium est

lingue precisio. Unde in Saxonia quidam nominatus advocatus mortuus est et in puncto mortis lingua in ore eius non est inventa. Quartum est misericordie dei privatio. Unde Jacobus de Vitriaco dicit quod quidam advocatus in morte existens a deo petebat inducias penitendi. Tunc vox audita est: Advocatus similis es, similis quia sicut illa vult litigium et odit pacem. Sic in causis inducias non dedisti nisi ut adversarium quantitate temporis fatigares. Quare vade ad tuum similem quia indignus es misericordia dei. Tunc mortuus est et a demonibus portatus. Quintum est proximi deceptio. Duo homines tradiderunt cuidam mulieri depositum cum tali condicione quod nulli redderet nisi ambo essent simul. Processu temporis alter accessit ad mulierem et decepit eam verbis et recepit depositum. Cum autem secundus venisset post multos dies requisivit pecuniam traditam. Nunc stupefacta accessit ad alium advocatum. Tunc responsionem talem dedit: In pacto est quod simul ambo debetis esse qui reddet depositum. Et ideo adducat socium tuum et restituet tibi. Item ad idem duo erant unus magister et alter discipulus et convenit ut precium magistri esset talentum auri quod fuisset lucratus in prima causa. Cum discipulus imbutus fuisset, scilicet citavit eum coram iudice petendo salarium. Cui ille: Nichil debeo quia vel sententia dabitur contra me vel pro me. Si contra me nichil debeo tibi ipse sine dubio. Sextum est mediatorum accumulacio. Quidam advocatus sollempnissimus intravit ordinem Cistercien et fecit procuratorem et monasterio omnes causas probabat. Cum autem monachi eum interrogarent que esset causa quare causas et rationes probabat ex quo fuit in monasterio cum nulla perdiderit

existens in seculo. Respondit: Cum eram in seculo utebar mendaciis et fallaciis et ideo lucrabar propter mundi fallacias. Quia vero dimisi mundum et adhesi veritati, non est mirum si perdo ea que sunt falsitatis. Septimum est in morte infamacio. Dicitur quod quidam advocatus iacens in lecto egritudinis dum eukaristia putaretur sibi dixit: Volo quod iudicetur an debeam recipere aut non. Cum autem sacerdos moneret eum ad primam dixit: Appello. Aut dyabolus accedens suffocavit eum. Item ad idem. Advocatus quidam tante superbie erat quod vix loquebatur ad homines et hoc propter subtilitatem suam. Tum ad tantam pervenit miseriam quod infirmatus venientibus ad videndum eum dicebat se esse cattum ponendo se subtus scampnum et bancos. Iste advocatus quondam tempore caristie ne audiret voces pauperum ad quandam hereditatem suam iuxta aquam accessit ubi nec defuit pluribus clamans fame oppressis. Quorum voces cum audivit dixit: Non durabo cum istis canibus. Et fecit poni mensam in alia camera. Et statim in porta armatus pulsavit et dixit: Nuncius dei sum et volo loqui cum domino vestro. Et cum famulus de mandato sui domini asseruit eum ibi non esse, ait: Iniectus in illa camera se substulit ne audiret voces pauperum. Et nunc iacto eum ut compareat coram deo reddere racionem de commissis. Statim advocatus infirmatur et exhortatur ab amicis ut confiteatur sed ipse renuit et finaliter ad dampnacionem devenit. Item ad idem rusticus quidam rogavit advocatum ut diceret quid esset melius verbum iuris et ipse daret sibi par anserum. Tunc advocatus dicit: non est verum. Cum peteret ab eo anseres ex hoc respondit rusticus: non est verum.

Ambicio multa mala facit primum est
virtutum evacuativa dixit Allexander
cuidam Comiti suo heu quam terribilis
pena est ambicio Si nam non respiciat deum
non respiciat se non respiciat alios sed per
infinita pericula ad dignitatem ascendit
vnum si plures mundi essent miserrimus
essem cum vnum adhuc potitus sim Secundo
est periculorum amativa legitur quod fuit dictum
Allexandro per quendam sapientem Si deus esses
habitu corporis tuis cum voluntate parum fecisses
te orbis te non capet Sed fatuus est qui
arbores crescere videt et vna hora extirpari
non timet Stultus est qui fructum expectat
silvarum et altitudines non timet vide ne
dum ad cacumina pervenis decidas ad ima
Nam leo fortissimus bestiarum vnum pabulum
Si dei est tribue mortalibus bene-
ficia et noli defraudare eorum bona Si homo
semper est semper esse cogita Tercio est
religionis corruptiva Unde cum a sancto
viro fuisset interrogatum ut diceret verbum
edificacionis dixit Attendite ad rubi-
ginem religionis que est ambicio Nam
ambiciosus semper timidus est et timet ne
dicat vel faciat quod in oculis hominum displi-
ceat honestatem mentitur humilitatem simulat
virtutes adulatur cunctis inclinat omnibus est
similis et tamen in grandem inter se
pugnabit Quarto est pacis depravativa legitur quod omnes arbores fecerunt
semel capitulum et voluerunt eligere regem
quia vero ficus habebat fructum dulcissimum
voluerunt eligere in regem ipsa oportebat
quod in regimine dimitteret dulcedinem fructuum
noluit venerunt secundo ad vitem et ipsa eciam
noluit tercio venerunt ad ramnum et ipse sub
ambitu sue ambicionis illas completas
suscepit regnum Ficus est vir contemplativus
qui scit dignitates et honores esse tempes-
tuosas nisi ergo perdas dulcedinem contem-
placionis exeundo ad negocia temporalia
omnem perturbacionem fugit Vitis autem est vir
succensus caritate qui implicatus temporalibus
timet perdere devocionem pietatis ipsius
amorem dilectionum et ideo non vult recipere re-
gimen aliorum Ramnus qui ex se emittit
ignem licet aculeis pungit tangentes
est ambiciosus qui omnes torquet ac-
ribus curat molestius infectat subditos

combureret incendio infernali ac in hoc
ste conversacionis omnes spoliat et nulli
inficietur Quinto est amicicie demonis
confirmativa Fuit quidam Robertus
nomine qui ambicione motus homa-
gium fecit dyabolo ut ipsum sublimaret
ad dignitates ternas procurante autem
dyabolo primo factus est Episcopus Remensis
deinde Archiepiscopus Ravennensis Tercio
papa Romanus Cum status tam sollempnitate
pastorali requisivit a dyabolo quamdiu
viveret Audivit quod non moreretur quousque
celebrasset in iherusalem Cum igitur
in sequenti quadragesima venisset ad
quandam ecclesiam que dicitur Ierusalem et se
induerit sub pedibus eius sensit demo-
num multitudinem et mortem adesse Con-
fessus autem de misericordia dei licet esset scelera-
tissimus in presencia omnium sua maliciam
revelavit et precidi iussit omnia membra
quibus dyabolo fuit mancipatus et vltra
omnia ista precepit ut omnia animalia
venenosa ponerentur in eius sepulcro ut
devorarent truncum corporis sui Quod vero
ex tanta contricione fuit mundus concrescunt
ossa eius sudorem et odorem suavissimum
emiserunt cum magno strepitu Et eciam
nunc quando summus pontifex debet mori
illa ossa strepitum faciunt et sudorem
emittunt Sexto est homicidii
causativa Unde theotonia fuit quidam
Archidiaconus qui ambiens Episcopatum
collocavit grandem lapidem super portam
per quam Episcopus ingrediebatur oratorium
Qui ergo mane more solito ingrederetur
ad salutandum beatam virginem lapis cecidit
Et eo interfecto Archidiaconus loco
illius Episcopus est consecratus Qui autem
faceret convivium Canonicis et principibus
Quidam devotus famulabatur sibi et cecidit
in terram coram eo quasi mortuus omnibus
admirantibus Erat enim coram domina presencia
et vidit virginem benedictam ostendentem
caput sanguinolentum illius Episcopi filio
suo dicens fili adhuc recens est
sanguis istius Capellani Iste michi
iniuriam de illo Archidiacono qui hunc
devotum meum interfecit Et ille homicida

crudelis gaudet de dignitate illius. Tunc filius videns servitorem illius adesse iussit ut peremptorem illud citaret et subito anima illius devoti rediit ad corpus et statim surrexit. Et dum ergo hec referret ipsi Christo et omnibus circumstantibus ille expresse ipsum despiciens subito expiravit. ¶ Septimo est abnegationis dei inchoativa. Sicut fuit in Cicilia quidam Theophilus nomine qui dilectus per unum episcopum honorabatur a cunctis. Illo autem mortuo fuit constitutus alius qui erat theophilo odiosus qui confusionem suam et deiectionem ferre non valens vocavit demonem et promisit facere velle suum si enim restitueret ad honorem et dignitatem pristinam. Facto autem homagio demoni et abnegato christo firmavit amiciciam quam ille suo sanguine conscripsit et suo anulo sigillavit. Tandem ad procurationem demonis pristinis honoribus et favoribus restituitur. Et in eis existens cor fuit compunctum adeo et penitencia ductus cum fiducia accessit ad misericordiam virginis benedicte et resolutus in lacrimis per eius intercessionem gratie filii sui est restitutus. Cum autem redarguitus acriter esset a virgine tradidit sibi cyrographum quod gratanter recipiens coram omni populo miraculo enarravit. ¶ Octavo est mortis perpetue initiativa. Sicut fuit quidam Bonifacius nomine electus in episcopum Tornacensem qui attendens ad pericula recipere noluit sed fugiens post breve tempus in clara valle migravit apparens cuidam amico suo cui in vita hoc promiserat dixit quod salvatus erat. Et si fuisset dominus prelatorum fuisset de numero dampnatorum.

Amicitia vera multa bona causat in nobis. Primo est mortis liberativa. Sicut quidam comes fuit in Roma qui habens unicum filium in morte ipsum heredem constituit. Quo mortuo filius male societati se uniens omnia bona sua cum tribus amicis et sociis consumpsit. Ad confusionem suam depauperatus tandem commisit homicidium. Et racione sui criminis fuit sibi data electio vel quod suspenderetur vel quod daret quinque marcas auri. Ille vero confisus de tribus amicis suis quibus tot bona fecerat et cum quibus totam hereditatem suam expenderat elegit solucionem marcarum. Et mittens pro principaliori dixit. Amice numquam offendi te nec mandatum tuum preterivi quotiens placuit tibi et fuit gratum feci et numquam fui fatigatus de servicio tuo nec timui laborem nec periculum nec vulneratum nec mortem solum quod possem facere voluntatem tuam omnia pulcra iocalia que poteram invenire dabam tibi et omnia bona mea tua erant semper. Omnes amicos meos dimisi propter te et postea offendi per amorem multitudinem dormiendo comedendo orando cor meum tecum erat semper. Et ideo cum tantum dilexerim te rogo ut ostendas nunc amiciciam tradens quinque marcas auri ad liberacionem meam. Cui ille Scio quod vera sunt omnia que dicis. sed quia plus teneor mihi quam tibi et sum gravatus familia non possum tradere quod petis. sed ut non possim redargui de ingratitudine faciam tibi hanc graciam ut cum duceris ad furcas dabo tibi unum pulcrum bandellum quo operiantur oculi. Illo recedente misit pro secundo et propositis omnibus supradictis que dixerat primo amico dixit secundus. Vera sunt omnia sed quia aurum tradere non valeo hanc graciam tibi faciam quod associabo te usque ad furcas. Illo recedente vocatus est tercius. Cui proponens cuncta que dixerat primo et secundo. Tercius respondit Vera sunt omnia nec quo ingratus reputarer tibi dixit Et si non esset alius qui daret sibi scalam hoc facere ipse esset paratus et non tradere marcas quinque. Illo recedente iste in carcere flere cepit et in dolore recordatus est quod in curia sua erat unus bonus homo qui ex dilatione parentum suorum semper reprehenderet mala sua licet iste parum curasset. Et confisus de sua bonitate misit pro eo et facta sua humili recognitione coram illo de omnibus malis suis sibi manifestavit et dixit. Ille compaciens quinque marcas sibi tradidit et eum a morte liberavit

Comes est deus pater. Comitatus sunt bona
temporalia sacramenta ecclesie et opera meritoria
Filius est homo qui adherens peccatis homi-
cida efficitur ymaginis dei et ideo est ad-
iudicatus morti nesciens modum temporis
vel statim quia vero bona sua dissipavit
cum tribus amicis scilicet cum mundo cum parentibus
cum dyabolo Ad istos recurrit in morte Et
primus scilicet mundus dat tantum sudarium
auferens omnes honores omnia bona
temporalia omnia bona corporalia oblitus
omnium laborum suorum ipse enim Secundus amicus
sunt parentes et isti associant usque ad funeral
sepulture Tercius est dyabolus et iste vertit
scalam auferendo gloriam et dando dampnacionem
eternam Quartus qui est contemptus est
Christus qui plenus benignitate per miam
accedit ad contritum existentem in carcere
peccati et sibi quinque vulnera tradit in redemptionem
et liberacionem mortis Exemplum ad idem Fuerunt
duo milites summo amore concordes Cum
igitur unus illorum cognovisset quod aliqui
mortem alterius procurasset et hoc proditorie
qualibet nocte iste ad lectum suum ducebat
et indutus vestibus illius ad locum istius
qui habebat inimicicias properabat Quadam
igitur nocte accedentes inimici credentes
hunc illum cum viderant et irruentes inter-
fecerunt istum Mane facto viderunt illum
vivere et istum occisum et stupefacti cognitum
et premitum fuit malum eorum et laudata
est fidelitas militis qui voluit mori
ut liberaret amicum Miles unus est filius
dei Alter vero miles est homo Inimici sunt
septem mortalia peccata et principes eorum
lectus est arbor in qua peccavit Adam
in quo fuit Christus crucifixus vestes est huma-
nitas Volunt ergo occidi Christus ut homo
viveret Item ad idem Fuerunt duo
amici fidelissimi Quorum unus vocabatur
Damianus Alter vocabatur phisiacus
Cum ergo tyrannus voluit unum illorum
occidere obtinuit ut posito uno in carcere
pro loco suo posset ire ad domum et
ordinare de familia sua Et nisi veniret
statuto tempore et statuta hora damianus
qui remanebat interficeretur pro eo
Appropinquante autem die phisiacus non
apparuit et licet tyrannus contestaret
damianum captum Ille dicebat Non

diffido de amicicia amici mei et dum
appropinquaret hora phisiacus apparuit
requirens amici liberacionem et sentencie
execucionem tunc parcens ipse fidelitate pe
imperator Secundo est paupertatis subleva- fuit
tiva Quidam phus habuit quendam amicum
pauperem et egrotum sed pre nimia verecundia
suam necessitatem et egritudinem nolebat
indicare illi Quod ille comperiens
in veste vilissima eius hospicium ingressus
est et considerans omnes eius egritudines
et necessitates pecunias et medicinalia sibi
occulte dimisit dicens Hic ille non est
amicus qui non sentit et non compatitur
amicorum dolores Amicus dives est
filius dei Pauper et egrotus est homo
qui erubescit confitendo postulare dei
benedictionem Quod attendens filius dei
assumpto vilissimo habitu nature humane
ingressus est hospicium vite presentis et
dimisit thesauris sue possessionis et
salutiferis medicamentis sacramentorum
ostendit se sensisse tamquam verus amicus
miserias paupertatis et dolores Tercio
est infirmitatis compassiva legitur in
gestis karoli magni quod tempore Regis pipi-
ni Comes alumne et unus miles de
Beritano venerunt Romam et in luco
firmates societate non solum inter se
dilectione habuerunt sed filii eorum tamquam
fratres fuerunt Baptizati vero a papa filio
Comitis imposuit nomen Amelius
et filium militis vocavit Amicum Et duc-
cis duos cyphos omnino similes ad ipsam
firma videlicet amicicia redierunt Et mor-
tuo patre Amici cives illius patrie
eum de tota hereditate paterna turpiter
eiecerunt Quod ipse attendens accepta
uxore arripuit iter ad Amelium ut cum eo maneret
Quia vero Amelius ad complandum eum
audiverat mortem patris Amici per alia
via arripuit ad complandum eum Et sic
errantes in via per biennium mutuo se quesi-
verunt Et quia in famosis civitatibus
stant probi milites homines ambo
iverunt parisius Et Amelius precedens
dedit tunica pauperi stanti in porta ut possit
recipere socium suum Amicum Qui in vespere
ingrediens civitatem et pauperem illum

interrogans de Amelio quia erat omnino similis
prius credidit eum derisorie loqui Cum ergo
cognovisset quod Amelius esset in civitate
invento eo ambo posuerunt se in servitium
Regis quia vero Rex habebat unam pulcerrimam
filiam quam amabat Amelius Amicus volens
ire ad visitandum uxorem ad ordinandam fami-
liam dixit Amelio ut de duobus caveret
primo ne corrupto amore diligeret filiam
Regis et ne confideret in Anderico mili-
te Eo autem recedente totum oppositum fecit
Amelius quia cognovit carnaliter
filiam Regis et hoc notificavit illi militi
Tunc Andericus accusavit Amelium
coram rege et statuto duello ad pur-
gandum crimen Interim venit Amicus
recuperata tota terra sua et adducta in
Parisius cum uxore et audito facto ab
Amelio flevit pre dolore et mutato indu-
mento misit Amelium ad domum suam
clam et ipse ac si esset Amelius ingessit
se ad finitum regis Venit statuta dies
duelli armatur ambo Iurat Amicus
quod ipse non violavit filiam regis Andericus
asserit quod ymo Et facto bello Andericus
est victus et mortuus Nam vero Rex
promiserat quod vincenti daret filiam suam
dedit eam Amico et ipse mutatis vestimen-
tis propriis Amelius eam accepit Amicus
vero ad propria rediens cognovit per verba
uxoris quod Amelius iacens cum ea pone-
bat ensem inter ipsum et eam ne frangeret
fidem Amico Tandem Amicus leprosus
efficitur et ab uxore et a suis extra here-
ditate sua expellitur Quod ipse attendens
plenus dolore et accepto cypho sibi dato
a papa ad civitatem Amelii accessit et
ducens tabellas coram pallacio precepit
Amelius ut illi leproso portaretur
panis et vinum Sed ille intuens videns
cyphum omnino similem cypho domini sui
Stupore motus retulit hec Amelio
et surgens et ipsum agnoscens oscula-
do et flendo introduxit eum in cameram
suam quia vero angelus domini precepit in
sompnis ut in sanguine filiorum suorum
lavaret Amicum Ille mane consurgens
acceptis filiis cum maximis lacrimis
interfecit et paravit balneum Amico et

asperso et lavato Amico dixit Amelius
Domine ihesu xpiste qui precepisti hominibus
fidem servare et leprosos sanasti tuo
verbo Sana hunc pro tuo amore fudi
sanguinem filiorum meorum et sanatus et
mundatus indutus est optimis indu-
mentis Agnoscens ergo filia Regis
Amicum ex verbis Amelii osculans et
amplexans paravit letissimum festum
et existente in convivio precepit ut por-
tarentur filii ad maiorem leticiam Amici
sed Amelius prohibebat Cum ergo victus
precibus uxoris ingrederetur cameram ut
fleret super filios suos et vidit eos in
lecto consolari simul et gaudentes putavit
Amicum et uxori narrans miraculum
Et in signum huius cicatrices ad modum
fili rubei apparuerunt in collis eorum
Accepto ergo denariis ab Amelio ad propria
rediens Tandem rebelles sibi subiecit
et processu temporis cum defuncti essent ambo
Amicus scilicet et Amelius sunt in eodem sepulcro
inventi Item ad idem Quidam sanctus
heremita rogabat deum ut sibi ostenderet
meritum passionis xpisti Vidit pratum pul-
cerrimum et in medio erat unus infirmus
tante feditatis quod omnia membra cadebant
Cum ergo medicus visitaret infirmum
dixit quod curari non poterat nisi alter
amicus fidelissimus biberet medicinam
amarissimam pro eo Affuit unus qui
compaciens infirmo medicinam recepit
et ea recepta est infirmus curatus Cum
ergo curatus et amicus simul incederent
per pratum et in cornu prati esset pallacium
vidit fulgura egredi de pallacio ad de-
structionem orbis Cum igitur angelus domini
heremite visionem declararet dixit quod infirmus
est peccator corruptus omni specie peccatorum
Medicus est deus pater Amicus dei filius
qui bibit medicinam passionis acerbissimam
virtute cuius simul omnes curati et ianua
celi aperta Fulgura et ira dei et supplicia iudi-
cia que mundum destruunt propter vituperia
que ei fiunt in diebus dominicis et festivitatibus
sanctorum Item Certo est honor amatiua
Unde Refert Valerius Quod duo qui sunt
se mutuo diligentes Cum autem unus illorum

sepe rogaret alium de re inhonesta et i-
niusta. Dixit ille qui rogabatur: Diligo in-
sticiam et honestatem quia una est clavium
celi. Altera tamquam domus dei. Et
ideo non acquiesco precibus tuis. Tunc rogans
iratus dixit: Quid mihi prodest amicicia tua?
Si pro ea aliquid iniustum et inhonestum
fecero, dicte nichil ymo pocius erit nociva
quam utilis, quia ille non est amicus sed
inimicus qui ad malum inducat. ¶ Quinto
est detractionum obviativa. Unde refert
Valerius quod cum platoni revelatum fuisset
quod quidam discipulus suus contra eum
dixisset et fecisset, intimavit quod argumentos
probaciones posset adducere. Dixit plato:
Non est credibile ut ille me non amet
quem tanto tempore amavi, quia contra naturam
est odire amantem et benefacientem sibi.
¶ Sexto est doloris mitigativa. Refert
petrus Alphonsi quod duo mercatores
erant unus de egipto et alter de Baldaco
agnoscentes autem se nomine tantum. Ille de
Baldaco egiptum visitavit, receptus autem
et festinatus ab eo firmaverunt amiciciam
et acceptis muneribus. Ille de Baldaco
ad propria est reversus. Processu temporis
egipcianus depredatus pauper efficitur
et sumpta fiducia ex amico ivit apud (ad)
Baldacum et preventus in domum ruinosam
ad quiescendum intravit. Cum autem in
civitate factum esset homicidium et per vias
quereretur actor, istum reperientes impu-
taverunt si iste esset maleficus. Qui
attendens ad miseriam vite sue et eligens
magis mori quam vivere dixit se fecisse
homicidium. Cumque duceretur ad patibulum
cognitus a mercatore de Baldaco et
magis volens mori quam si amicus more-
retur, clamans dixit: Ego sum qui hoc
homicidium perpetravi. Tunc actor criminis
ibi computatus prius veritatem confitendo
liberavit utrumque et eciam iudex mortem
actori. Mercator de egipto est peccator.
Mercator de Baldaco est filius dei.
Recepcio fuit incarnacio. Iocalia sunt
virtutes. Depauperacio commissio peccati. Con-
fessio homicidii desperacio divine misericordie
quam volens removere christus morti se
obtulit pro nobis. ¶ Septimo est
nocumenti defensiva. Refert petrus

Alphonsi. Quidam accedens ad filium
suum interrogavit quot amicos acqui-
sivisset sibi in vita. Ille dixit multos.
Cui pater: Amicus non est qui non compatitur
amico et qui in necessitate recedit. Ut cognoscas
te non habere amicos sed pocius inimicos
accipe vitulum mortuum et include in
sacco et vade ad omnes amicos tuos
et dic eis secrete quod hominem occidisti et
quod eum abscondant. Et si occultaverint et
receperint veri amici sunt. Si revelant
et nocumentum tibi parant inimici sunt.
Cum ergo nullus voluisset recipere sed ob-
iurgasset ad clamare filium, ille rediens
ad patrem cum fletu dixit: Vere inimici
sunt et non amici quia confundere me
voluerunt. Cui pater: Vade ad unum ami-
cum meum quem ex l (?) amicis acquisivi. Quod
cum fecisset, ille gaudens accepit vitulum
mortuum claudens hostium super se
et super filium amici sepelivit secrete.
Pater est deus. Filius est peccator. Inimi-
cus sunt mundus caro et demon qui
nituntur nos confundere in hac vita. Verus
amicus est christus qui sepelit et abscondit
peccata nostra. ¶ Octavo est delinquentibus
remissiva. Unde refert Valerius quod
quidam adolescens Atheniensis exarde-
sceret in amore filie principis et ei
obvians deosculatur eam. Indignata
mater puelle requirebat ut capitis de-
truncacione puniretur. Cui princeps: Si
illos qui nos diligunt et filiam nostram
et nobis ostendunt signa amoris inter-
ficimus, qua pena dabimus inimicis nostris?
Compati decet invicem (?) et non furere
propter iusticiam contra eum. ¶ Nono est
concordie conservativa. Unde refert
Valerius quod quidam princeps fuit Atheniensis
qui a quibusdam laceratus cum maiis
iram non ostendit sed gaudium. Quod acce-
dentes expuerunt in faciem suam. Nec propter
hoc sustinuit quod interficerentur a filiis suis
qui erant potentes. Sed dixit quod non est
verus amicus ille qui nescit suppor-
tare subitam furiam amici. Expedit quod
eam supportare quia dum recognoscit
se perceperint se ligatos fuisse duplici
vinculo amoris et legalitatis et ita
sunt [illegible] [illegible]. Ita cum recognita

culpa vellet se ipsis manibus interficere occurrit eis princeps cum suis filiis dicens Nolite facere hoc malum quia in vanum non fuistis amici si plura non sustinuisse quam ab inimico ¶ Decimo est falsitatis ostensiua legitur in libro de vij donis spiritus sancti Cum quidam magister habuit quendam discipulum valde dilectum Cum quem multum docuisset et semitis ipsum obligasset sibi dixit discipulus Si essem diues infinita bona facerem vobis Cum hoc volens probare per quandam incantationem ostendit sibi quod erat imperator quem quando multe terre vacabant rogabat eum ut sibi daret promissum Cum quando ille negaret eum scire dixit illi hec omnia dedi vobis et omnia auferam et sufflata incantatione remansit inudus ¶ Magister est deus discipulus est diues qui in paupertate existens promittit et permittit facere mirabilia pro deo Cum quando est in gradu honoris et diuiciarum non cognoscit deum nec pauperes christi Quos attendens deus qui dedit omnia per mortem ipsum omnibus priuat ¶ Item ad idem Quidam magister fuit in arte sciencie qui habuit unum discipulum valde dilectum Cum autem docuisset eum omnem speciem et omnem modum artis dixit magistro suo quod super omnem rem mundi diligeret eum Quod ipse volens probare fecit preconizare duellum et aduenientibus ad ambo cum ensibus fuisset ingressi duellum ad bellandum dixit magister discipulo Rogo ut nunc ostendas tuam amiciciam ut velis esse victus et ego victor Nam cum sis iuuenis et ego senex cognosco te maiorem agilitate habere Cui discipulus Non faciam quia si te vicerem victo honorem pretium in acquirendo et in magistralem dignitatem ascendam Tunc magister Unde ergo duo venerunt contra me tu et ille qui retro te est Cum ergo discipulus vertisset se Magister ensem extrahens amputauit ei tybias et dixit dixerunt qui sine ictu recuperam

adhuc nunc nec docueram te quousque probasse fidelitatem tuam quia vero infidelis fuisti perdidisti tybias

Amor est quadruplex primus est amor perfectiuus et de hoc agetur infra de caritate Secundus est amor deceptiuus et de hoc agetur infra de mundo Tercius est corruptiuus qui est amor parentum Et iste multa mala facit nobis primo ecclesie destructio legitur de donis spiritus sancti Cum quidam nomine Allexander dixit Cum deus plagis ecclesie abstulerat filios Sed dyabolus dedit eis nepotes Quorum dilectio est tanquam paries prohibens virtutem spiritus sancti Ita ipsa ecclesie est sicut kathena dyaboli qua ligantur et trahuntur boni ¶ Secundo est pene accumulatiua dicit ymbertus Cum quidam abbas moriens rogauit monachos ut eo mortuo eligerent suum nepotem abbatem quod cum fecisset et abbaciam pacifice possideret deambulabat per ortum in quo fons plenus erat rex fonte audiuit gemitus et lacrimabiles voces Cum igitur sub astrictione passionis christi requireret ut significaret quid esset Respondit Ego sum anima auunculi tui qui in estimabili ardore crucior in hac aqua eo quod rogauerim quod tu post me succederes in hac dignitate Jam summe est abhominabile deo quod omnes importabile angelis ponatur super humeros pueri Et castrum super baculum arundineum fundatur Et qui proprium clericus dimittit propter parentes qui vere sunt inimici Ita Judas restauratur in nomine qui propter amiciciam parentum dissipat ea que sunt sanguinis crucifixi Quod ille audiens et stupens dixit quomodo videbatur in silice quod in fonte arderet Tunc demandato mortuum candelabrum cupreum in fonte proicitur et liquescat in instanti Quod videns abbas abbaciam dimisit et sic illius gemitus cessauerunt ¶ Tercio est infidelitatis occasio dicitur in libro de septem donis spiritus sancti Cum quidam senis homo comedebat semel

cum uno presbytero. Cum igitur in prandio mitte-
rentur sibi pira delicatissima et comedis-
sent remanserunt. Tunc precepit prelatus
ut diligentissime custodirentur. Quia vero
ibi erat puer ibi unus nepos suus qui
sub regimine suo habebat bene decem milia
animarum. Rogavit sanctus ille ut illi
darentur ad custodiendum pira. Quod
audiens prelatus turbatus dixit quod non
traderet sibi unum. Tunc dixit sanctus
Domine vos posuistis eum pastorem et
custodem decem milia animarum. Et nunc videtis
quod non confiditis quod fideliter posset custodire
unum pirum. Sed nunc in vobis reperitur summa
infidelitas ut quod datum est vobis ad
dandum filiis dei subtrahitis et datis filiis
dyaboli. Christum contempnitis et mundum
diligitis. Domos pingitis et elemosinas
depredatis. Stabulum purgando equos re-
pletis et pauperes mori fame permittitis.
Nobiliora sunt membra vestra quam mensa
dei. Viliores et immundiores sunt vestes
dei quam vestes vestre. ¶ Tertius amor
est corruptivus qui est amor carnalis
et iste multa mala facit in nobis. Primo
enim inducit ad dei abnegacionem. Unde in
vita beati Basilii dicitur. Vir quidam stans
in servicio cuiusdam nobilis et amavit
quandam eius filiam supra modum. Cum
igitur donis vel blandiciis non posset
eam decipere habito consilio a quodam in-
cantatore et ab eo accepta littera quam dirige-
bat demoni. Missus est quadam nocte ad
civitatem Judeorum. Et ad primam vocacionem
apparens ei dyabolus ostensa sibi littera
declaravit ille quicquid habebat in corde.
Si vis ut tuam compleam voluntatem fac
mihi scriptum manu propria in quo abneges
Christum et professionem eius. Quo facto demo-
cor [?] puelle in amorem iuvenis sic fir-
mavit et fecit ardere ut prostrata ad
terram clamaret. Pater miserere mei quia
crucior propter amorem scutiferi tui. Hoc
pater videns et audiens eiulans dixit
Heu quid contigit misere filie mee
ego volebam te celesti sponso coniungere
et per te salvari putabam et tu in amore
lascivie insanisti. Tunc illa magis
clamavit dicens Nisi dederis quod

opto moriar. Habito ergo consilio ab ami-
cis dedit scutifero filiam cum omni substancia
sua. Et quia ille se dederat demoni mis-
sam non audiebat nec signum crucis poterat
respicere nec se eo munire. Cum ergo hoc fuisset
notificatum uxori et ille negaret ait
illa Si vis ut credam tibi intremus simul
ecclesiam et pariter missam audiamus et si-
gnabis te signo crucis. Videns ille
quod latere non posset narravit ei totum
ordinem geste rei. At illa ingemiscens
dixit Confide de misericordia dei quia potens
est deus te facere iustum et duces eum
ad beatum Basilium. Confessus est totam
seriem peccatorum et facta absolucione beni-
gne eum exhortans tradidit sibi signum
crucis. Tunc dyabolus visibiliter
volens eum rapere de manu Basilii
clamabat O Basili tu prodicionis iniu-
riam ego enim non adivi sed ipse ad
me negavit Christum et ipse professus
est mihi. Tunc Basilius ipsum includens
et muniens domum signo crucis licet per xl
dies horribiles illusiones demonum
habuit in xl die virtute sanguinis Christi
quam invocaverat existens in penitencia
cedula venit ad manum Basilii deleta
littera et reducens eum ad ecclesiam predi-
cavit in manam [?] die. ¶ Secundo inducit
proximi deceptionem. Dicitur quod Orriclides [?]
exardescens in amore cuiusdam mulieris
videns quod per lasciviam non posset eam
trahere fecit per incantacionem quod videretur
esse asina ut tandem sic abiecta de do-
mo abuteretur ea. Cum igitur sanctus
Macharius hoc audisset introduxit
eam in ecclesiam et celebrata missa virtu-
te sacramenti evanuit incantacio et visa
est in propria forma. Tunc sanctus vocans
iuvenem dixit O fili dyaboli cur sic
nocere voluisti proximo tuo. Age
penitenciam et deus miserebitur tui. Cum ea
tempore statim accessit dyabolus
ad modum militis et equitans super
iuvenem cum calcaribus compulit descen-
dere ad infernum. ¶ Tertio inducit

ad mortis procuratione. Unde in gestis
Lambardorum dicitur. Cum quidam iuvenis pul-
cerrimus sic fuit dilectus a matre sua ut
ipsum impeteret ad inhonestum et nepha-
rium opus. Cui cum iuvenis nullatenus
assentire volens accusavit eum mater
apud iudicem asserens quod ea voluit vio-
lare. Sed ille magis volens mori quam
turpiter agere postulavit adiutorium beati
Andree. Et cum iudex iratus inclusisset
iuvenem in carcere et precepisset parari saccum
pari linitum pice in quo submergeretur in
flumine. Affuit beatus Andreas et reprehensa
matre de libidine et crudelitate eo orante
terre motus factus est. Iudex prostratus
Mater a fulgure percussa. Iuvenis liberatus
et completa vindicta cessavit tempestas.
Et Quarto inducit ad falsam accusacionem
Refert Cesarius. Cum cum mulier quedam
sequeretur familiam cuiusdam domini et multos
induceret ad peccatum hoc attendens quidam
sacerdos supplicavit domino ut illa removeretur
de societate illorum. Quod illa audiens
accusavit eum de crimine carnis et asse-
ruit se probare. Surgens ergo se contrarium
affirmans ad sacerdotem ut confiteretur
accessit et in confessione illa lupina
dixit se sic ardere in amore suo quod nisi
consentiret sibi se interficeret. Sed ille
agnoscens suam maliciam dedit sibi tempus
et locum perpetrandi peccatum et ea preveniens
fecit lectum de lignis siccis et stramine
et stipula supposuit et operuit linthea-
mine valde albo. Cumque illa vocata simul
tota familia illius principis una cum eo
accessit ad locum statutum. Tunc sacerdos
stans super lectum supposito igne in
medio flammarum stans illesus in presencia
omnium clamabat ad eam dicens. Veni ad
me ut probetur amor tuus sed illa
confusa penitenciam egit

Angeli multa bona faciunt primo
viam salutis demonstrant legitur
in libro de vii donis spiritus sancti
Cum quidam sanctus rogabat deum ut
ostenderet sibi viam vite et paradisi qui
vero fuerat per multos annos in heremo
exire voluit ut posset invenire aliquem
qui hanc viam doceret et in exitu celle vidit
iuvenem pulcerrimum qui dixit quod missus
erat a deo ut ostenderet quod optaverat
diu. Cum ergo eundo fecisset dietam me-
diam et vellent ingredi quoddam castrum.
Cives illius castri ferebant onera im-
portabilia de lignis et sic erant fuctes
in amore lignorum quod continue augmen-
tabant onera que non poterant portare.
Tunc ait ille heremita ad angelum. Heu
quomodo sunt fatui isti homines qui tantum
diligunt ligna quod onera importabilia
ex eis componunt et sic diligendo ligna
opprimuntur a lignis cum possent removere
partem et tandem redire ad portandum.
Tunc ait angelus. Si vis invenire viam
vite fuge societatem istorum. Nam isti
sunt peccatores cupidi et avari qui in-
ordinate diligentes peccata et divicias
augmentantes continue et tandem de-
ficiunt ab eis. Cum ergo procederent
per viam et in nocte vellent ingredi in
aliud castrum. Viderunt multitudinem ma-
gnam populi trabem longissimam por-
tantes cumque vellent eam introducere.
Tunc sanctus heremita ad angelum. Heu
quomodo sunt isti stulti qui ad impossibilia
laborant. Cui angelus. Si vis invenire
viam vite fuge societatem istorum. Isti
namque sunt superbi qui confidentes
in superbia nobilitate et honore qui
per portam humilitatis intrare non possunt
eo quod sibi ascribant ea que donantur a deo.
Cumque mane surrexissent et meri-
die vellent ingredi unam civitatem
viderunt ibi puteum pulcerrimum et
dum per duos extraheretur nulli aqua
subvenire volebat sed tamen effundebat.
Conquestus de eis heremita angelo
dixit angelus. Si vis invenire viam
vite fuge societatem illorum. Isti namque
sunt avidi et immisericordes iracundi qui
volunt de puteo passionis aquam extrahe-
re et ipsi nolunt remittere aliis
offensas. Cumque iam hora nona pro-
cessissent in via viderunt ortum pul-
cerrimum et ingredientes interrogaverunt
ortulanum que erat causa quare or-
tus sic pulcerrimus erat. Ille respondit
quod quantum erat cause prima erat era-
dicatio malarum herbarum. Secunda erat

plantatio et nutritio bonorum Terra erat
irrigata dulcis aque Vita erat summa
sollicitudo eo quod ubicumque sciret bonam
arborem eam contemplabatur et de ea pone-
bat in orto suo Tunc angelus ad heremitam
hic habes viam vite et paradisi eradica
peccata planta virtutes irriga per lacrimabiles
devotione contemplare passione Christi et
vita sanctorum ¶ Secundo demones
fugant legitur in libro de vii donis spiritus
sancti Quod quidam peccator scelleratus in-
travit religionem et post parvum tempus
infirmatus mortuus Tunc cum fratres
ante lectum psalmos dicerent Abbas vidit
quatuor demones surgentes a quatuor
pedibus lecti Primus dixit hoc verbum dixit
iniustus ut non delinquat in semetipso
Secundus dixit Quoniam dolose egit etc.
Tertius dixit Verba oris eius iniquitas
et dolus Quartus clamavit Iniqui-
tatem meditatus est in cubili suo Et im quatuor
angeli surrexerunt contra quatuor de-
mones et quatuor versus sequentes
dixerunt Primus Domine in celo miseri-
cordia tua et veritas tua usque ad nubes
Secundus dixit homines et iumenta sal-
vabis domine etc. Tertius dixit Inebriabun-
tur ab ubertate domus tue etc. Quartus
dixit Apud te est fons vite etc. Quo
audito demones confusi recesserunt
dicentes Nichil facimus hic ¶ Tertio
a periculis corporis liberant Refert Cesarius
Quod quedam puella sociata cuidam latroni
nesciens tamen furtum factum a latrone
ad portandum accepit latro autem cum
insequeretur et audiret strepitum curren-
tium divertit a via et illi capientes
puellam deducentes ad curiam suspen-
dio iudicatur Cum ergo ex allegatione
sacerdotis dilatata fuisset sententia
et ipsa diceret ferrum vel examinatio
talis datur ut si accepta massa fer-
ri candentis non exureretur innocentia
eius appareret Quod cum factum esset
et nulla adustio monstraretur parentes
latronis timentes quod alter suspenderetur
dixerunt quod hoc virtute demonum erat
factum et corrupto iudice illa suspen-
ditur sed mox angelus domini affuit
qui eam sustentatam servavit ab

omni molestia et magna dulcedine
et melodia celesti eam pavit Cumque
pastores crederent ipsam mortuam per-
sendentes fune viderunt angelum dei
eam paulatim ad terram dimittere
et dicere sibi vade nunc quia libera es
Cum igitur illa appeteret esse in Rotoma
civitate statim ibi affuit licet ab
illa distaret per sex dietas ¶ Quarto
actus nostros numerant legitur quod cum
quidam in heremo longe haberet cellam
ab aqua fatigatus ex itinere novam
cellam construere voluit circa aquam
Cumque ambularet vidit quendam
iuvenem numerantem sua vestigia et re-
quisito quis esset Audit Ego sum
angelus dei missus ad numerandum tua
vestigia et secundum quod laboraveris tibi
mercedes reddentur ¶ Quinto dei iudi-
cium declarat Refert Jacobus de vitriaco
Quod quidam heremita rogavit deum multis
annis ut sibi explanaret hoc verbum
prophete Iudicia dei abyssus multa
Cum autem lacrimabiliter rogaret deum
vidit iuxta cellam suam iuvenem pul-
cerrimum quasi peregrinum ad viam cui
se associans heremita eo quod volebat
unam peregrinationem facere ceperunt descen-
dere de monte et eis descendentibus
mercator transiit per viam et subito
cecidit marsupium suum plena thesauro
Et veniens unus pastor assumpta
pecunia invenit unum alium viatorem
requisivit pecuniam suam ab eo Cum
asserens se non habere indignatione
motus abstulit sibi pedem Quod
videns heremita de morte incepit
dicere iuveni Iste viator est sine
culpa et sine iustitia perdidit pedem
Cum ergo descendissent et venissent ad
primam civitatem hospitati sunt in domo
cuiusdam principis qui eos reverendissime
tractavit Ita cum mane vellent re-
cedere tradidit eis unicum quem habebat
filium ut dirigeret gressus eorum et quia
in via erat pons magni fluminis scandens
heremite accepit puerum et submersit
in aqua In nocte accedentes ad unum
aliud castrum hospitati sunt in domo

cum ipsa diuitis et pre gaudio extrahens
cyphum aureum quem habebat Socius he-
remite furatus est cyphum Et sur-
gentes mane accesserunt ad aliam
ciuitatem in qua non inuenientes hospi-
cium vix potuerunt obtinere cum quodam
diuite ut possent quiescere in domo eius
porcorum Cum igitur vellent recedere
pro mercede socius heremite dedit
sibi cyphum Et procedentes ultra
venerunt ad quandam abbaciam in qua fuerunt
caritatiue recepti Cumque quiescerent
omnes surrexit socius heremite et posuit
ignem in arca monasterij in qua tota
erant blada eorum et clam reuersus est
ad cameram heremite Cum igitur omnes
excitati fuissent et heremita pre compassione
fleret Dixit sibi socius suus frater
cur fles de istis infortunijs Scias
quod ego sum angelus dei et interfeci
puerum et furatus sum cyphum et
nunc ignem posui ad comburendum bladum
hec omnia feci sicut ut audiuisti propter preces
tue Nam rogasti deum ut declararet
verbum prophete Ut ergo cognoscas quomodo
ista omnia facta sunt a deo declarabo
tibi Primus qui perdidit pecuniam de
predatus fuerat possessiones illius qui
inuenit et ideo iustum fuit ut ille re-
cuperaret Alter perdidit pedem quia
percusserat matrem pregnantem Interfeci
puerum quia parentes fuissent dampnati
propter amorem illius Furatus sum cyphum
quia diues deum et oracionem perdebat in-
tentus in eo Dedi alteri ne posset partem
petere ex beneficio nobis collato in
vita eterna Combussi bladum quia ex eo
volebat abbas ditare suos parentes

Aspectus irregularis et specialiter
mulierum multa mala causat
in nobis Primum malum est mentis
corrupcio legitur in vitis patrum Cum
quidam abbas sanctus infirmitate grauatus
perdidit visum Cumque aliqui venissent
ad consolandum ipse potius benedicebat
deum dicens Benedictus deus qui abstulit
mihi duos inimicos pessimos mentis
mee Cum igitur quererent circumstantes
qui essent illi inimici Dixit quod oculi
Ita mentem cuiuscumque corrupcionis men-
talis vel corporalis intrat per eos sicut
patet in eunucho Media fetidissime cor-
rupcionis que est lepra fit per eos
Tamen cuiuscumque mali sunt oculi qui
pariunt mala cogitacionem cogitacio delecta-
cionem delectacio consensum Consensus
opus Opus consuetudinem Consue-
tudo necessitatem has ergo portas mortis
clausit et abstulit mihi deus Secundum
malum est Vnde refert Valerius Cum
quidam philosophus vidit quendam aucupem
iacentem cum muliere Tunc incepit
clamare Tu qui auibus et leonibus
et feris animalibus tendis et paras
laqueos attende ne capiaris in mu-
lieris aspectu Maximus enim est ille
laqueus est siue sint verba siue
aspectus siue tactus siue motus
est sicut ignis infernalis solo
aspectu comburens Est sicut gladius
ex utraque parte acutus pertingens usque
ad corporis et anime diuisionem Tercio
est demonum associacio legitur in vita Me-
deogenes quod cum quedam mulier
moreretur vidit Dyogenes magnam
multitudinem demonum accurrere vo-
lentes eam capere et pugnantes contra
bonos angelos Cum ergo impetrasset
per oracionem quod liberaretur in purgatorio
torqueretur vidit quod predicta mulier
torquebatur tussiens ab aquis minimum
et hoc propter inordinatos aspectus Quartum
est omnium bonorum depredacio legitur in
Barlaam Cum Rex requisiuit consilium
de vita filij sui et dictum est sibi a sapientibus
quod si videret lumen decem annis lumine
priuaretur Cum igitur inclusus stetisset
per decennium postea qui fuit exclusus fuerunt
sibi omnia ostensa que poterant inducere
ad visum complacenciam Cum igitur inter
alia essent mulieres requisiuit quo
nomine vocarentur Et fuit responsum
hij sunt homines demones qui sedu-
cunt homines Cum igitur requireretur
ab eo in quibus rebus complacencia et

consolacione in aspectu repiciat. Audit
quod in demonibus. Tunc sapiens ille sub-
iunxit. Nunc video quod oculi sunt raptores
velocissimi consiliatores turpissimi
proditores nequissimi et sunt porte
mortis. Quinto est luxurie excitativus
legitur quod cum rex Anglie intrasset
monasterium monialium et vidisset
pulcherrimam monialem. Ibi dedit abbatisse
optionem vel quod combureret monasterium
aut haberet illam in qua exardebat. Quod
cum audisset monialis. Rogavit ut
diceret quid pre ceteris plus in ea placuisset
Audit rex et dixit. Quod oculi illius mo-
nialis. Et audiens monialis quod oculi
eum illaqueaverant eos sibi eruens
misit in vase suo dicens. Mitto tibi bali-
stores corrupcionis duces celorum qui
longius feriunt et pluribus armis no-
cent hoc ille attendens confusus
penitentiam egit. Sextum malum est quod oculus
excecativus dicitur quod beatus Anthonius
visitavit beatum Dyonisium qui in presidente
intellectus et exposicione sacre theologie
et scripture similem non habebat quia vero
privatus erat lumine oculorum requisivit
ab eo si contristabatur de hac privacione in
corde. Cui ille gaudere potius debeo
quia angelicos oculos dedit michi deus
quia innocenciam et vltimam vitam demon-
strant. Sed oculi corporales cecitatem
et concupiscencias demirant

Avaricia multa mala facit in nobis
primo est naturale destructiva
dicitur in libro dyalogorum. Quod cum
quidam messe cuiusdam viri dei quam ipsa
manu ad arcam deduxerat malignitate
quadam motus eam incenderet nec haberet
ipse nec sui discipuli unde possent susten-
tari per annum. Venit quidam qui dixit
Ve ve pater quid contigit tibi. Cui stati
cum mente placida respondit. Ve ve illi
qui hoc fecit nam mutavit ordinem
nature quia cum terra sit vilior et in-
fimior omnium elementorum
dignior est facta et deo et animam
que est sicut celum unire vult terre
vel replere terra. Peccatum est divine
maledictionis excitativa legitur
in vitis patrum. Quod cum Arsenius
fuisset magnus princeps in curia im-
periali consideravit que mala eveniebant
per avaricia religionem intravit et requi-
situs a fratribus quod malum viderat
in diviciis. Respondit. Si unus cibus
esset maledictus per sanctum virum non
libenter comederetur ab aliquo. Quanto
magis si urentes cibis qui sunt male-
dicti a deo. Et quia avari et divicie
sunt decies in sacra scriptura divinitus
maledicti. Deo ve illis qui congregunt
picturas nisi admittunt eterna. Octave
glorifico deum meum et benedico. Septimo
est iniquitatis proditiva legitur in libro
dyalogorum. Quod quidam fuit sepultus
in ecclesia quadam cum quo voces au-
direntur de nocte dicentes. Ardeo. Inter-
rogatus fuit quid esset. Respondit
Ego sum iniquus in deum in me ipsum et
in proximum. In deum quia pro nichilo per-
iurando dedi eum. In me ipsum quia in
viciis capitalibus non solum meos sed me
ipsum pro vendidi et me exsteram ad
congregacione thesauri. Iniquus in
proximum depredando pauperes et non
iuvando in necessitate et non solum hoc sed
meos obligavi ad penam inferni. Cum
autem vxor eius hoc audiens fecisset
aperire sepulturam eius reperta sunt vesti-
menta eius integra sed corpus non est repertum
Octavo est infidelitatis demonstrativa
legitur in vitis patrum. Quod cum quidam
senex venisset ad civitatem quandam
ad vendendum quedam vasa que fecerat
et sederet in porta cuiusdam divitis
laborantis in extremis vidit quosdam
equites cum equis nigris habentes in
manibus baculos igneos. Relictis autem
equis ad ianuam intravit et infirmus
videns eos incepit clamare dicens
Domine adiuva me et illi accedentes
et videntes dixerunt. Tu magis in-
fidelis fuisti quam gentilis quia ille
ignorans tu sciens dedisti creature
vilissime scilicet fidem spem et amorem
Et ideo quia oblitus es solis luce et
nunc deum in obscuritate velles eum
eris privatus adiutorio suo. Nam
deus in adiutorium non datur in fine

dere sine hortre sed in principio et rapie-
tes misera animam eius deduxerunt ad
claustrum inferni ¶ Quinto est infinitatis
mirabilis indicativa (Refert Valerius)
Quod cum quidam philosophus per combustionem ignis
perdidisset omnia bona sua vocatus per
regem ut consolaretur Ridens dixit Rex atten-
de quod non abstulit deus nobis bona mea
que sunt sensus ratio et sapientia Sed ab-
stulit illa que sunt ad nocumentum et cor-
ruptionem humanam Nam in bonis temporalibus
que sunt permansura quia homo fundatur
infirmitatis avaricie que est gravissima
ex parte materie ex parte sollicitudinis illi
paratur etati vix potest curari per aliquam
medicinam ad mortem inducit ubi omnia
viscera diffundantur nec in finalis cognoscat
infirmitatem eius tamen continuat
omnem gravitatem peccati ¶ Sexto est diviciarum
diminutiva Narrat Cesarius Quod duo
abbates fuerunt Unus elemosinarius
Alius avarus Cum quod mortuus esset
elemosinarius qui habundabat omnibus
Avarus monitus per seductores re-
traxit elemosinam et quanto plus re-
trahebat tanto plus indigebat Cum
autem requireret causam a quodam sancto
viro Ille videns duo fratres sunt
qui semper sunt simul et unus vocatur
date Alter vocatur dabitur Quia tu vero
abstulisti date Ille etiam recessit dabitur
Et si primum reduxeris secundus veniet
¶ Septimo est bonorum omnium absorp-
tiva legitur quod duo clerici euntes sil
per viam in bursa posuerunt equales ex-
pensas Cum ergo venissent ad primum
prandium unus comedit in duplo
plus quam alius Cumque in crastinum
comedissent ad prandium in decupla
parte eidem comedit plusquam ille
Quod ille admirans requisivit
causam dixit quod ista erat causa
Quia quicquid comedebat vertebatur in
ventrem Cumque quereret quo nomine
vocaretur Ridet quod avaricia cuius
venter est desiderium quod habens famem
tum statim affectat ardentem affectat
magis de pluribus unum est sicut ignis
sicut aqua salsa sic vas plenus vento

¶ Octavo est laboris accumulativa
Refert Petrus Alphonsi Quod quedam
regina fuit que habuit filiam carissimam
Nobiles et potentissimos homines
attraxit et vocavit ad servicium illius
qui dimittentes propria propter spem
remuneracionis venerunt ad eam quorum
servicium eorum multum fuit placitum
filie Regine Regina posuit eos
ad pedes eorum et vilissima officia coe-
gebat eos implere Bibere et comedere
satis non sinebat Et si vellet recedere
excecatos et expoliatos de sua curia
emittebat Hec Regina est avaricia
filia eius bursa cum qua homo letatur
et gaudet Servitores sunt divites
qui habent compedes sollicitudinis et timoris
quibus dat vilissima opera peccari de rapi-
na metiri portare fimum et facere fimicia
dyaboli Non comedunt nec bibunt
nisi cum timore et dolore excecantur
nec cognoscunt deum in vita expoliantur
in morte ¶ Nono est stulticie osten-
siva Refert idem Quod quidam imperator
fuit qui semel convocatis omnibus sapientibus
disputare voluit que esset nobilior
vita Vita pauperis aut vita divitis
avari Una vero ibi erant xii sapientes
licet omnes concorditer dixerint quod
vita pauperis est nobilior Quilibet
tamen probare voluit quod stultus sit
avarus et vitam eius vita primus
sapiens dixit Quod avarus est similis
illi stulto qui lambendo credit satiari
et facit terre spinas ut multum
sugat ex illis Spine dilacerantes
mentem sunt divicie ex quibus non suget
mel Secundus dixit Quod erat similis illi
stulto qui cum massa ferrea interfecisset
filios ac parentes ac cognatos suos
hec massa ferrea sunt divicie et
rapina qua omnes interficiuntur veteres
Tercius dixit Quod erat similis illi stulto
cuius domus succenditur et licet habeat
aquam ad extinguendum quam sapula
ad attendendum magis Domus hec
est consciencia Ignis cupiditas Aqua

gratia dei · stipule sunt honores Quartus
dixit Quod erat similis illi stulto qui
transiens per lutum et spinas discalciat
sotulares magis volens corruptionem
pedum quam sotularium Sotulares sunt
divicie pedes amor dei et amor pro-
ximi Spine et lutum rapine furtum
et immundicie quibus homo plus vult
ledere seipsum et proximum et deum quam
diminuere temporalia Quintus dixit Quod erat
similis illi stulto qui credit quod aqua
maris est fluens sicut Iordanis et
transiens ab alijs civitatibus sisteret
et remaneret cum eo Aqua fluens sunt
divicie et honores non remanserunt
cum omnibus mortuis sicut nec remane-
bunt nobiscum Sextus dixit quod erat
similis illi stulto qui invitatus a
Rege et comedens in vasis argenteis
credidit illa sibi perpetuo remanere
et tamen spoliatur in porta Vasa sunt
divicie Comestio est visus Invita-
tor est dives Septimus dixit Quod
erat similis illi fatuo qui ex umbra
arboris expectabat fructus futuros
Umbra sunt divicie Fructus sunt
societates redempcio peccatorum subvencio
pauperum Invitacio regnum dei Octavus
dixit Quod erat similis illi stulto qui
ad acum querendam perditam combussit cere-
um pulcerrimum Cereus est racio
luminis est sapiencia que excedit claritate
omnia luminaria celi Acus est divicia
corporalis Nonus dixit quod erat similis
illi fatuo qui plus volebat lucrari
denarium fodiendo lutum quam florenum
colligendo flores Fodere lutum est
divicias congregare cum omni periculo
et intemperie temporis pro denario
sustentacionis vite Flores sunt cogi-
taciones sancte Florenus amor
quod erat dei Decimus dixit Illi fatuo qui transi-
turus mare predones oneravit se pe-
cunia et venturus coram iudice por-
tat ad collum furtum commissum Predo-
nes sunt mors mundus et dyabolus
Undecimus dixit Quod erat similis illi
stulto qui videns de nocte per loca

periculosa et illaqueata et plena fossatis
vult quod portetur sibi lumen retro Lumen
est restitucio Fossatum est mors
laquei accusaciones demonum cruciatus
Quia vero divites nolunt restitucionem
facere in vita sed potius in morte
ideo comparantur illi stulto Duodecimus
dixit quod erat similis illi fatuo qui
ingrediens bellum pedes portabat
armatos caput vero quod percutitur
discoopertum pedes sunt bona temporalia
Ornamenta armature sunt vestes ent
cibaria et huiusmodi caput mens sine
anima *Iste adiecit* Refert Barlaam
Quod quidam sagittarius in sua vena-
cione cepit avem que phylomena
vocatur Cumque nollet eam dimittere
data est phylomene vox articulata
et ait Quid tibi proficiat me re-
tinere Ita de me ventrem tuum non
poteris implere nec gustum sapor
meus tibi placebit Si ergo liberare
me volueris tria documenta tibi
dabo que si custodieris unquam de-
ficiet tibi bonum Ille autem stupens
ex illius loquela promisit quod si ex-
primeret documenta mox liberaret eam
Tunc phylomena ait Primum documenti
quod tibi do est Quod nunquam coneris
apprehendere quod apprehendi non potest
Secundum documentum est quod de re perdita
que recuperari non potest nunquam doleas
Tercium documentum est quod non credas
incredibili verbo Et dimissa ea volens
phylomena probare sapienciam suam dixit
O quam malum consilium habuisti ut
me dimitteres avolare Ita habeo
in visceribus meis margaritam precio-
sissimam et mire virtutis excedens
in magnitudine ovum strucionis Quod
cum ille audiens valde dolens nitebatur
capere eam promissionibus et arte
Tunc phylomena Nunc cognosco
te stultum esse quia doles de re perdita
et irrecuperabili temptasti comprehendere
me cum non possis et credidisti verbo
evidentissime falso et fugiens dimisit

enim confusum Phylomena est prosperitas
mundi Venator avarus qui eam compre-
hendens ab ea habet tria documenta Primum
est quod non nitatur comprehendere quod
est incomprehensibile Et ideo avarus de divi-
ciis non possit satiari quantumcumque de
eis habeat non studeat ad plus habendum
Secundum documentum est quod non doleat de
re irrecuperabili Et ideo quia divicie
sunt ad perdendum et consumendum Ideo eis
perditis dolendum non est Tercium documentum
est quod dicat prosperitas est Ut non credas
verbo incredibili Verbum enim incredibile
est quod homo cum auribus et oculis con-
mendat Verbum incredibile est quod
vacuum faciet Sed miser avarus tamquam
stultus oppositum istorum nititur facere
Nam nititur se satiari prosperitatibus
diviciis et honoribus quod est impossibile
et nititur cum eis manere perpetuo
cum tamen oppositum vijs se dividant
continue Secundum documentum non servat quia
dolet de re perdibili Nam divicie ad
hoc lucrantur ut perdantur ad hoc con-
gregantur ut dispergantur Tercium documentum
eciam contempnunt Vera prosperitas mundi
dicat se habere margaritham id est divicias
que dant stabilitatem domum Nos securi-
tatem sacietatem suavitatem et pulcritudinem
acquisicionem regni dei et saturitatem
pauperum Sed re totum oppositum in-
notescit Nam sunt instabiles dant
servitutem dant debilitatem dant esuriem
dant putredinem et denudant pauperes
emunt infernum accumulant peccata
et vendunt Christum Item ad idem
Fuit quidam stultus qui dum videret
flumen impetuose currere manus
levavit ut posset recipere de aqua
ut postea sibi non deficeret Iste stultus
est avarus Decimo est victorie
privaciativa Dicitur quod Alexander
habita una victoria perdidit multas
alias Cum igitur quereret causam
fuit sibi responsum per quendam
sapientem quod avaricia causa erat omnium
peccatorum superbie invidie accidie ire
luxurie et gule sequencium se

debilitativa est Cumulacio se est afflictiva
et semper erit ad paupertatem paupertatis
quod vitare intendit Undecimo est
sapiencie impeditiva Refert
Ut quidam philosophus qui habuit magnam
multitudinem auri proiecit in mari et
includens se in doleo quo utebatur pro
hospicio dixit quod ideo hoc fecerit
ut posset attingere ad sapienciam Nam
avarus est sicut canis custodiens
fenum sicut talpa est sicut bursa bene
constricta et decurpata per nummos
Duodecimo est infirmitatis causativa
legitur in vitis patrum Ut quidam
ortulanus laborem suum in elemosinis
diffundebat instigante dyabolo congregavit
magne pecunie quantitatem ut eis
uteretur in senectute sua Contigit
autem ut putresceret pes suus et con-
sumpta pecunia expenditur et astitit
ei angelus dicens Ubi est confidencia
pecunie tue At ille in se reversus in-
gemuit dicens peccavi Tunc angelus
tangens pedem restituit pristine
sanitati Terciodecimo est elemo-
sinarum recordativa Refert Jacobus
de Vitriaco Ut mulier quedam
regimine hospicii sui habebat integraliter
a viro suo Avaricia autem ducta nullum
bonum faciebat pauperibus Cum autem
esset mortua et pro ea peterentur
elemosine Vir suus cogitans de
sedibus impositis dixit Domina fuit
et ideo perdidisset si voluisset Item
ad idem Duo fratres fuerunt Unus
bonus sed avarus Sed alter judex
malus Ambo moriuntur et trahuntur
ad judicium Primus vero ille judex depreda-
tus fuerat ecclesias viduas et
homines Nichilominus fecerat multas
elemosinas Ideo per orationes pauperum
obtinuit ut per triginta dies posset
facere penitenciam Secundus vero iussus
est torqueri in purgatorio propter
tenacitatem quam habebat Quarto-
decimo est honoris et dignacionis
refutativa legitur in epistola
Adriani Ut cum Alexander misisset

legatos ad Bragmanos ut se subicerent
dominacioni eius. Illi rnderunt libenter
serviemus tibi si tu nobis concedas privile-
gia. primum est ut hostes exteriores ex-
polices ut interiores hostes enutrias
hostes interiores sunt amici parentes et
consiliarii Corpus et sanitas corporis
hos nutris de spoliis et raptura exteri-
orum Si igitur volueris concedere nobis serviemus
tibi Secundum quod petimus est hoc ut si
vis esse noster dominus non sis servus servorum
nostrorum Servi nostri sunt vicia que occiduntur
a nobis Si ergo non vis servire viciis
serviemus tibi Tercium est quod petimus
ut des nobis immortalitatem Agnoscens
autem Allexander discrecionem illorum eos in
pace dimisit ¶ Item ad idem Refert
Ysopus fabulam Cum quidam equus ornatus
freno aureo et sella decora occurrit
asino onusto ex parte altera venienti
et quia asinus fessus equo transeunti
tardius dederat viam dixit equus superbo
contineo me ut cum pedibus frangam
visceram tua quia non dimisisti viam
donec transirem Quod audiens miser
asellus ingemuit Non multo post
equus impetu currens raptus est
et ideo ductus est ad villam ut portaret
fimum. Quem agnoscens asellus in prato
existens dixit Quid tibi profuit
preterita ornamenta et indebita audacia
cum sis nobis similis factus portans
fimum et officia sic vilia et rusticalia
exercens Tunc cognovit se quod sibi
nichil profuit Equus est dives or-
natus diviciis diversis honoribus et
deliciis Asinus est pauper qui persequitur
et contempnitur a divite sed in morte
sunt equales Nam uterque portat
fimum ¶ Quintodecimo est invidie
provocativa Fuit quidam Rex cuius
dominio erat dives qui invidos mul-
tos habebat propter suas divicias unde
accusantes eum ad Regem dixerunt
Quia in ore eius veritas non reperitur
Unde ecce signum dederunt interrogate eum
quantum habet et videbit quod verum non dicit
Cum igitur factum fuisset et complures
fuisset de astucia illorum Ille rndit

Quia non habebat nisi CCC libras in valore
Illi gaudentes coram rege ex hereditate
volentes eum convincere eum volebat de
falso Tunc rndit iste Domine illud
non est meum quod vos vel fortuna vel
malicia potest auferre habeo CCC libras
in manu dei quas dedi propter amorem eius
et ille sunt mee Ista autem que existunt
in invidia istorum mea non sunt sed vera
Tunc Rex agnoscens eius prudenciam
dimisit eum liberum ¶ Item ad idem
Miles quidam avarus frequentans
curias ut parceret burse veniens
ad curiam magnam aliis petentibus
vestes suas ad recedendum ipse a suo
suo petiuit cappam suam quam apportatam
erubescens propter vetustatem et ex-
perienciam aliorum reprehendit famulum dicens
Ista cappa non est mea Tunc famulus
ymmo certe domine et bene debetis eam
cognoscere quia sunt bene triginta anni quod
habetis eam qui confusus recessit ¶ Item
ad idem fingitur fabula quod canis flu-
vium transiens frustum carnis ore tene-
bat cuius umbram cum vidisset in aqua
aperuit os ut illam caperet et tunc illam
perdidit quam tenebat Sic avari habu-
tes bona naturalia perdunt propter umbram
bonorum temporalium quam eciam finaliter
tenere non possunt ¶ Item ad idem
fingitur fabula Cum Symea rogavit
vulpem ut de magnitudine caude
sue sibi prestaret eo quod magnum inconveniens
videbatur sibi caudam portare Tunc
vulpis plus volo ut per lutum per spinas
per petras eam traham quam si tu hoc bene-
ficium a me haberes finaliter in laqueis
vulpis per caudam capitur Et ideo tunc
dixit vulpis Utinam symea caudam
meam habuisset Symea est pauper
Avarus est vulpis Cauda sunt divicie
quarum causa capitur avarus

Auditus inordinatus multa
mala facit in nobis primo animam
corrumpit legitur in libro de vii
donis spiritus sancti Cum semel quidam
demoniacus vidit quendam iuvenem
lascivum coram se et salutando eum

dixit ffrater buvenis Cumqz fuisset
interrogatus quare fratrem vocasset eum
Rndit q fr suus z sibi similis omno
erat Quod probans tali exemplo vsus
est Ego inquit demoniacus sum sic
porcus requiescens i luto peccati et
aures tenes apertas ut musce vsqz ad
cerebru possint intrare et quia sum
captus per aurem et musce omnium
peccatorum sunt ingresse ad cor istius vsqz
ad cerebrum Ideo convenient vocaui eum
fratrem ¶ Secundo eam affligit Refert
Valerius Qm quidam volens corrigere
amicum suum viciosum fecit colligi omnes
feces domus sue et quia fenestre
amici continue stabant aperte proiecit
omnes infra eius hospicium Cumqz ille
conquereretur Rndit iste Qm cum fimo
non putrefacto volebat cooperire fimum
putrefactum et putridum quod erat po-
situm in lecto i mensa et i caminis suis
Cumqz ille requireret ostensione fimi
Rndit Iste fimus est vbum de theatro
luxuriantum adulan… susurratum bla-
sphematum litigantum que proiciuntur
infra cor tuum per fenestras aurium
que continue stant aperte Et quod fimus
exterior expelleret interiorem te ignarato
ideo hoc feci ¶ Tercio eam maledicto-
ni subicit Refert Valerius Qm cum
quidam sapiens nauigaret ne posset
audire voce Syrenis clausit aures
cum panno Cumqz interrogaretur quare
hoc fecisset Rndit q hoc fecerat
ne esset insipiencior serpente qui cum
cauda claudit aurem vnam et cum terra
alteram ne decipiatur ab incantatore
Ne eciam esset insipiencior vulpi que
aurem iuxta glacie ponit ut expiat
eius fortitudinem Ne sim insipiencior
quam natura que ex parte superiori
aperuit aures sz ex parte posteriori claudit

Baptisimus multa
bona facit i nobis primo
viuificat deus q cum Basilius infirmaretur
ad mortem fuit visitatus per quendam iudeum
in arte medicine peritum Cum ergo
pronosticatus fuisset Iudeus q in
solis occasu moreretur Basilius sanus
Rndit Quid ergo si non morior Tunc
Iudeus Impossibile est domine
Tunc sanus Si viuificat me deus
vsqz ad sextam horam viuificabit me
xpus pro susceptione baptismi Cum
igitur ille asseret se baptismum recepe-
re et in crastinum venisset ad visitandum
Basilium reperit eum viuentem Qui
stupens adorauit deum magistrum
xpianorum Et Basilius surgens ecclesiam
ingrediens suis manibus baptizauit
¶ Secundo reconciliat legitur i Cronica
Qm quidam Epus Aurelianensis errans
in forma baptismi voluit quendam
puerum baptizare Cum igitur pater
pueri postularet ut baptizaretur
sub forma Romane ecclesie Et ille
Epus nollet Subito ad dispruit
corruptus autem z contritus reperta
aqua in ecclesia puerum baptizauit
¶ Tercio ianuam reserat celi sicut apparuit
in baptizato a beato Gregorio

Baylinus siue rector debet habere
multas condiciones primo enim
debet esse antiquus Refert
enim Helynandus q Adrianus tantam
graciam habuit apud senatum ut ro-
garet eum Senatus q filium quem
habebat Cesarem appellaret Tunc ille
respondit Sufficere debet q ego
iniustus regnauerim Ita principatus
debetur meritis z non sanguini Vnde
ille parentum amorem z affectum ex-
poliat qui paruulos importabili onere
fabricat suffocat et extinguit
Vnde alendi sunt z nutriendi primus
iuuenes z in virtutibus exercendi
antequam in regimine statuantur ut
probent eos virtutibus antecedere
qui debent dignitatibus anteire
¶ Secundo debet esse ingenuus Refert
Valerius Qm contencio facta est
in senatu quis de duobus pro quodam
magno negocio mitteretur Consultus
autem est Cipio affricanus qui atten-
dens ad eorum condiciones refutat

vtrumque et hac pro tanto Ita primus
diues erat sed auarus Secundus pauper
et multum auidus Tunc dixit diues
non placet quia nichil sibi sufficit
Pauper non placet quia nichil habet Et
ideo quia regnum est commune non placet
qui querit proprias vtilitates ¶ Tercio
debet esse iustus legitur in Cronicis
Quod cum quidam philosophus videret quendam la-
tronem duci ad suspendium propter Bay-
linum dixit Maior latro minorem ducit
ad suspendium Et ideo iustum est ut
maior latro per maiorem iudicem
condempnetur ¶ Item ad idem Refert
Helynandus Quod Cambises Rex
Persarum cum deprehendisset quendam
iudicem protulisse iniustam sententiam fecit
eum excoriari et de pellibus eius
fecit fieri latera sedis iudiciarie
Cumque predicta sella fuisset cooperta
pelle illius voluit ut omnes iudicantes
sederent super eam et agnoscerent quam
malum fuit iniustam dimisisse Sedes
est crux christi Pellis est humanitas
¶ Item ad idem Refert Valerius
Quod cum quidam legem fecisset ut nullus
plusquam quinquaginta agri iugera
possideret et ipse primus legem fran-
geret depositus est a senatu quia
iniustum videbatur esse ut imperaret
aliis qui primo non imperavit sibi
¶ Quarto debet esse munerum re-
futator legitur quod quidam Baylinus
fecit imperatas filio suo Illi autem
qui habebant coram eo negocia
miserunt sibi donaria Et vnus
misit ei vnum pulcrum bouem Et
aduersarius eius vxori eius misit
vnam pulcram vaccam Cum igitur factum
in iudicio deduceretur et ille qui miserat
bouem videret Baylinum indifferentem
stantem dixit Rogo bouem meum ut
loquatur pro me Tunc respondit
Baylinus rogatus ab vxore ut
faueret parti illius qui dederat
vaccam Bos non potest loqui quia vacca
non permittit ¶ Item ad idem
Refert Valerius Quod Marcus Tacius
nobilissimus Romanorum fuit

instigatus a quibusdam ut potum et
calicem auro plenum benigne reciperet
ut eis gaudens vellet vti Qui
subridens dixit Suppracius nequit
narrare Marchum male locupletibus
imperare quam fieri locupletem Homines
tote mentis acie nec pecunia posse
corrumpi ¶ Item ad idem Refert
Sentonius Quod cum Tyberius Cesar
fuisset rogatus ut tributa regionum
augeret Respondit Boni pastores
debent oues defendere non deglutire
Nam crudelissimum est opus sub
pretextu celsitudinis regie exigere
quod suum non est ¶ Item ad idem Refert
Augustinus de ciuitate dei Quod Alexander
magnus dum potentem nauigaret
cepit piratam in paruo nauigio Cum
interrogaretur Quid hoc esset Ego
existens in hoc paruo nauigio vocor
latro Tu vero qui cum magnis na-
uibus totum mundum euacuas Imperator
vocaris ¶ Quinto debet esse humilis
Refert Helynandus Quod quidam pastor
fuit in regno Iudeorum qui descendens
propter pluuiam in hyatum terre inuenit
quendam hominem mortuum super equum
in cuius manu anulus erat virtute
cuius ad dignitatem accessit regiam
Cum autem in superbiam versus ab appol-
lonio inmortalitatem quereret Audiuit
Maiorem securitatem habet tugurium quam
turris cristinus et fortibus custoditur
thesauri expositi quam aula munita Pastor
est prelatus vel homo fouea terre est
memoria passionis vel sinum ecclesie
homo mortuus super equum est corpus
in cruce Anulus deuocio vel conuersacio
per quam homo ad dignitates ascendit
in quibus manere cupit sed eis priuatur
quia non credit ¶ Item ad idem Refert
Barlaam Quod quidam fecit fieri quatuor
arcellas et duas auro vndique coopertas
fecit impleri fetidissimis cadaueribus
mortuorum Alias autem duas pice et
bitumine linitas fecit impleri inestima-
bilibus margaritis Cumque requisiti
fuissent multi que illarum esset ma-
ioris valoris Omnes deauratas dixerunt
maioris precii esse Tunc Rex Sachbaz

et ego vos talia dicturos Et ut cogno-
scatis stulticiam virum volo quod capiant
omnes Cumque dealbate fuissent ap-
te fetidus odor exivit cum aliis despi
odor suavis et splendor Iste Rex est
deus Capse dealbate principes et
divites fetidi interius Capse picee
limite sunt pauperes qui sordidis ve-
stibus induti interiore fulgent pulchritu-
dine animarum Sexto debet esse misericors
Refert Valerius quod quidam Rex
fuit qui non princeps sed tyrannus dici
poterat Cum autem omnes optarent
eius mortem Quedam femina matutino
tempore rogabat deum ut incolumis
servaret Cumque ille comperisset et
causam interrogasset Illa ait Cum essem
puella et gravem habebam tyrannum cupie-
bam eo carere Successit peior et ex
illo carere desiderabam Tu vero es tercius
et importunior et peiorem te aspicio
Timens igitur ne te succedat peior
et deterior caput meum pro tua salute
devoveo Quod ille audiens misericors
est effectus Item ad idem Refert
Valerius quod Zelencus legislator iustis-
simus secundum legem condidit ut committen-
tes adulterium utroque oculo privaretur
Cum autem filius eius caderet in
condempnatum omnes Cives nullo modo
permittebant ut tantum filius privaretur
Pater vero devictus precibus civium suo
ipso filio eruto oculo utrique visum vi-
dendi reliquit ut iusticia temperaret
per misericordiam Item ad idem legitur
in libro dyalogorum quod cum quidam Rex
ad iudicium rapetur vidit iudices
Baylinos torqueri gravissima pena
quia immisericordes fuerunt ad subditos
suos Septimo requiritur quod sit be-
nivolus unde Refert Gentonius
quod Tytus Imperator attendens quod
nichil de tota die prestitisset amicis
dixit quod illa dies perdita erat ei Cum
reprehenderetur ab amicis quod nimis esset
benivolus et non servaret suam magni-
ficenciam Respondit Non oportet aliquem
a sermone principis tristem recedere
et talem oportet esse Imperatorem priva-
tis Imperio qualis ipso privato
imperio Imperatores optasset Octavo quod
sit discretus Refert Josephus quod Tyberius
Cesar Tanta discrecione erat in mutacione
et postea officialium viguit ut non-
nisi raro mutaret Motus tali exemplo
Quidam vulneratus iacebat in via coopertus
dum muscas non repellebat a se Cum autem
quidam transiens existimaret quod ex imbecil-
litate hoc faceret removit muscas Ad
quem ille Male michi fecisti quia musce
quas amovisti plene erant sanguine
et minus molestabant me Nove autem
supervenient recentes acrius pungent
me Similiter est status principum Musce
sunt plene sunt officiales impinguati
ex predacionibus eorum Cum autem isti frequenter
mutantur et adducuntur alii depredantes
unde tamquam vacui maiores et novas ex-
acciones faciunt etc. Nono debet esse
diligens Refert Iustinus quod Ligurgus
legislator fecit leges honestissimas
cum ergo diligenter observaret et vellet quod
alii inviolabiliter observarent Requisitus
est a populo ut aliquid circa legem immutaret
Qui attendens se aliter non evadere pro-
misit quod in suo regressu legem reparet
ad placitum Et ne leges frangerentur
exilium perpetuum eligens ad aliam civitatem
recessit et ibi moriens ossa sua in
mari proicere precepit Decimo debet
esse providus Narrat Barlaam
quod in civitate quadam erat consuetudo
ut assumerent regem extraneum ignotum
consuetudines civitatis cui potestatem
tribuebat faciendi absque timore quicquid
sibi placeret usque ad complementum unius
anni Manente autem eo tamen securitate
atque deliciis et suavitatibus absque for-
midine fine Repente surgebat
cives et ablata regali stola undique
per totam civitatem eum trahentes in insu-
lam transmittebant in qua nec cibum nec
vestimentum inveniens fame et doloribus
cruciabatur Cum ergo quidam hoc perpendisset
ante terminacionem sui anni illam insulam
ditavit deliciis et honoribus Quo
completo suo tempore sine dolore ma-
neret in ea Civitas est mundus Cives
clementa Rex est homo Insula divinum
iudicium Item ad idem Refert Alpho-
sus quod quidam dives perdidit saccum

plenum florenis et in quo erat aureus serpens. Cum autem receptus esset a paupere et esset preconizatum quod qui hunc restitueret et daretur sibi C talenta, pauper saccum produxit in presencia regis. Cum vero dives dolebat de C talentis dare pro inventione sacci, incepit arguere pauperem de furto et asserens quod in sacco erant duo serpentes, et quod omnes sustinebant divitem et accusabant pauperem. Rex agnoscens maliciam eorum dixit sic: Credendum est quod iste dives sit verax qui tot sustentatores habet, et quod perdiderit saccum in quo erant duo serpentes. Alius credendum est quod iste pauper sit iustus et verax, quia cum invenisset occulte voluit reddere, cum posset sibi retinere libere; et ideo iste saccus non est divitis, quia non sunt ibi duo serpentes sicut in suo sacco preconizatur. Tamen quod quicumque invenerit saccum in quo sunt duo serpentes restituat sibi. Tunc dives in presencia omnium patefacta sua malicia libere dimisit pauperi C talenta. ¶ Undecimo debet esse liberalis. Refert Tullius quod quidam Athenis sibi denunciavit se habere salubre consilium pro re publica. Et ideo petivit sibi dari aliquem cui revelaret illud consilium. Cum autem fuisset sibi datus Aristides, dixit: naves Lacedemoniorum cum multis opibus applicant et est facile retinere eas. Quo audito ille ad principem et ad concilium rediit. Et dixit se audivisse consilium perutile sed inhonestum, quia rapina non est virtus principum seu rectorum sed liberalitas. ¶ Item ad idem refert Seneca quod regi Macedonum occurrit ioculator petens ab eo talentum. Cui rex: Plus petis quam sis dignus. Cum autem ille peteret denarium, audivit rex: Non petisti donum quod debeat dari per regem. Cumque principes instarent pro eo, ait rex: Liberalitas regis debet se extendere omni diligenti bonum quidem, sed quia isti nocet quem utilitati eius dare bonum est inire malum. ¶ Item ad idem

Refert Petrus Damianus quod cum quidam comes bone fame et innocentis vite et in iudicio hominum esset mortuus, hunc quidam religiosus vidit in supremo gradu cuiusdam scale que inter ardentes flammas erat erecta. Et quia de quolibet gradu novum genus pene ascendebat ad eum, audivit quod ipse sua avaricia et impietate hoc sibi erat impositum, ut ipse has rapinas fecerat sed vivus qui in processione quam comitum erat decimus. ¶ Duodecimo debet esse sobrius. Refert Helynandus quod cum episcopus Beluacensis Philippus nomine precepit cuidam religioso ut excitaret eum in matutinali missa, ad quam cum die crastina accessisset, eum dormientem invenit et accedens propius excitavit eum dicens: Domine, passeres surrexerunt ad benedicendum dominum et vos adhuc iacetis in lectis. Ad quam vocem ille indignatus ait: Vade miser et interfice pediculos tuos. Tunc ille subridendo respondit: Vide tu pater ne interficiant te vermes tui, quia iam meos interfeci. Qui confusus ab eo veniam postulavit. ¶ Item ad idem refert Helynandus quod cum Traianus profectus ad bellum et iam equum ascendisset, vidua quedam apprehenso eius pede iusticiam sibi fieri de occisoribus filii sui miserabiliter postulabat. Tunc princeps: Satisfaciam tibi cum rediero. Tunc illa: Quid erit domine si non redieris? Tunc ille: Successor meus faciet. At illa: Unde scire potero quod ille faciat? Tu enim debitor meus es. Et si ille benefecerit, quid proficiet tibi? Ille pro se erit, nec te liberabit iusticia aliena. Qui descendens de equo et examinatam reddidit iusticiam.

Bellum debet habere aliquas bonas condiciones. Primo requiritur quod sit iustum. Legitur in libro de septem donis spiritus sancti quod quidam habuit hereditatem valde dilectam quam sibi abstulit

quidam adversarius potens fraudulentus
et maliciosus illud autem negocium deduceret
coram rege et litigaret ad invicem ex precepto
regis duo pugiles eliguntur et cuius uterque
esset forcior illi hereditas donaretur
dum enim pugnaret ad invicem pugil
iustus alium precipitavit et sub se eum
opprimens tamdiu eum tenuit donec
mortuus crederetur Cum autem pre dolore
clamaret iustus respiciens suum pu-
gilem sic oppressum cum dolore clamavit
cuius voces subaudiens quasi iam pugil
credebatur mortuus elevans oculos
nares adversarii arripiens ipsa vice eum
sibi subiecit et vicit et restituta hereditate
pauperi cum gaudio ad propria est reversus
hereditas est vita beatorum exheredatus
est homo iudex est deus pater Maliciosus
adversarius est diabolus pugil hominis fuit
christus pugil dyaboli concupiscencia carnis christus
vulneratur et deprimitur et supponitur
sed tandem victor carnis efficitur et calca-
to pecato hominem restituit pristine libertati
Secundo dico esse discretum Refert Sentonius
quod Cesar Augustus sic discrete recipiebat
bella ubi emolumentum est maius dampno
venturo unde proponebat tale exemplum
Quidam piscator piscari voluit cum ha-
mo aureo cum rumperetur in piscacione
dixit intra se heu homo sum fatuus quia
cognovi quod tantam piscium capturam non
posse restituere hami fracturam et per-
dicionem Aureus hamus sunt discrete
perpone vel iusticia et quia captura cuius-
cumque rei temporalis non attingit ad valorem
iusticie et perpone Item ad idem Refert
helymandus quod henricus imperator
audiens missam cum mirabili devocione
audivit magna devocione effusionem
sanguinis et magnum bellum imminere
inter gentes cum quidam Episcopi et quidam
Abbates eumque rogaret ut se interponeret
tanto malo Respondit virtus dei non debet
dimitti propter indiscretiones hominum Atque
convictus precibus illorum et restituta
pace vox demonis audita est Indiscre-
ti indiscrete actibus bellicis se implicant
Ita ego feci hoc bellum ut possem missam
Tunc imperator ad confusionem demonis
fecit retardari missam Tercio debet
esse pium legitur in vitis patrum
quod duo fratres fuerunt qui multis annis
simul habitantes nunquam unam discor-
diam simul habuerunt Quadam vice dixit
unus alteri faciamus litem et
bellum nos sicut homines de mundo
faciunt Alter respondit nescio qualiter
fieri debeat Cui primus accipe re-
gulam et dic quod tua est et ego econtra
dicam quod non sed mea est Cum autem hoc
fecissent in tercia reiteracione Cui iam
animus calefiet respondit iunior tua est
et stemus in pace Item ad idem
Refert helymandus quod quidam volens
inducere bellum in civitate Troyana
fecit unum pomum fieri aureum cuius
circumferencia fuit scriptum pulcriori detur
Cum autem omnes nobiles mulieres
fuissent congregate in quodam festo
proiectum est pomum in medio et per-
lecta scriptura que videbat quod sum
erat excellens sua pulcritudine Cum
autem imperator requisitus esset de
iusticia intuetur corporum pulcritudinem
unam pauperem a ceteris distantem
vidit excellenciorus forme licet
ipsa non ingereret se inter pulcras
et hinc in confusione aliarum pomum
est datum Pomum est filius dei pro-
iciens spiritum sanctum hec mulier virtutes
vel sancte que precesserunt in veteri testa-
mento paupere est virgo benedicta
vel humilitas Quarto dico esse continuum
legitur in libro de vii donis spiritus sancti quod iiii^or
reges moverunt bellum contra quosdam
Cum quomodo illi optimas haberent civi-
tates et fortitudine summa carnis
et in necessariis nec alii possent
intrare nisi per tradicionem clavium
Contra quos iiii^or accesserunt ad bellum
Cum autem isti quatuor appropinquassent
Isti nimium confidentes quod eis in-
clusi in civitate eos ibi gaudent
apertis portalibus eos intromiserunt
Sed isti iiii^or tanquam discreti tamen in
porta steterunt quousque exercitus

corpus fuisset ingressus et debellantes communiter depredati sunt civitatem. Isti iiii-or reges sunt vanitas voluptas cupiditas et malignitas. Quatuor reges sunt devocio ieiunium disciplina peregrinacio elemosina et honesta conversacio. Et hec sunt armaturas dei et spiritus sancti. Sed proditor consiliarius scilicet presumpcio aperit portalia quinque sensuum et constantibus quibus apertis in eis introducuntur omne genus viciorum.

Beneficia ecclesiastica debent exhiberi illis qui habent condiciones sequentes. Primo iustis. Refert Damianus quod cum quidam veneti dum applicuissent ad quandam insulam viderunt in quadam spelunca quendam leonem involutum in cauda draconis. Cum igitur draco molestaret leonem et stringeret ac vellet interficere, isti compacientes leoni draconem audacter invadunt et liberato leone ab eo qualibet die pellem animalis pro munere receperunt. Leo est peccator, draco est dyabolus cuius cauda est peccatum constringens omnes affectiones hominis. Insula est mundus sive ignorancia, liberator est christus. Item ad idem legitur quod lupus semel considerando forestam que fecerat posuit se in quodam nemore ad agendam penitenciam. Oves autem hoc audientes mittebant sibi de lana sua pro vestibus et de lacte suo pro cibo credentes quod non comederet carnes propter abstinenciam. Cum autem quadam die venisset ad visitandum eum et laudasset multum eius conversacionem, ipse fraudulenter et quasi cum lacrimis petivit veniam de omnibus forefactis suis. Cum accessisset ad unum arietem valde pinguem incepit amplexari eum et dicere: multum placet michi presencia vestra et multum estis michi gratus et ideo remanebitis mecum. Cum enim omnes reprehenderent eum oves quod esset preiudicium sue religionis, dixit lupus: Ego sum infirmus vetulus adhuc ad petendum elemosinas et ideo est intencio ut istum arietem mecum retineam pro cibo. Secundo dignis. Refert Seneca quod in beneficiorum collacione utendum est exemplo pile quam cadere dubium non est si indebite ordo sit ex parte mittentis vel ex parte recipientis. Tunc autem cursum suum servat cum apte iactata et accepta fuit vel aliter distanti vel aliquo propinquo mittitur pila beneficium etc. Tercio iustis legitur in libro de vii donis spiritus sancti quod quidam rex preparans impensas invitavit omnem personam. Cum autem unus cecus et unus claudus vellent accedere non possent propter multitudinem nimiam intrare. Claudus dixit ceco: accede ad me ut portes me in humeris tuis et ego dirigam te cum sim videns et tua fortitudo suppleat clauditatem meam et mea cognicio dirigat cecitatem tuam. Cumque sic fecissent et ingressi fuissent palacium audita concordia fuit beneficiati per regem. Claudus est pauper religiosus qui perdidit pedem rerum temporalium. Cecus est homo deditus diviciis. Convivium est gratia dei. Quod homo dives sustinet religiosum et religiosus dirigat secularem tunc ambo beneficiantur per deum. Quarto humilibus. Refert Damianus quod cum in Burgundia esset quidam clericus valde humilis et in ecclesia audiret finem evangelii qui dicit: Qui se humiliat exaltabitur, incepit commendare humilitatis virtutem. Tunc prior illius ecclesie incepit ridere et dicere: falsum est, quia si ego meis hospitibus me humiliassem hunc prioratum nec tot divicias haberem. Et ecce subito fulgur ad instar per os eius introivit et eo suffocato alteri prioratus est datus. Quinto litteratis. Legitur quedam fabula quod quidam asinus oneratus plumis ascendebat quendam montem. Cumque vidisset evolare super arbores aves et interrogavit dominum suum quare ille aves sic delectabiliter volarent et ascenderent. Cui respondit dominus quia habent alas. Tunc asinus: Nonne ego sum ornatus plumis, quare igitur ego non possum ascendere et volare sicut ipse? Et perpendens verbum domini sui dum ascenderet et volare vellet fregit sibi collum. Iste asinus est clericus illiteratus habens diversos libros nobilitatem generis et multitudinem diviciarum. Similiter sunt pauperes clerici ornati virtutibus sciencia et honestate vite

quia vero hodie tales asini elevantur exaltantur
i divites et potentes huius mundi quia isti
pauperes sic volant et hoc facit perfectio
virtutum ideo pravati et non habentes frangunt collum

Blasphemia multa mala
inducit in nobis primo inducit de-
monis dominacionem legitur in libro
de vii donis spiritus sancti Quod cum in diocesi Bi-
situma quidam luderet ad taxillos omnibus
bonis suis perditis excepto uno denario
animam et corpus dedit dyabolo et in signum
huius denarium proiecit Cumque solus incederet
per viam in specie humana occurrit ei dyabolus re-
quirens tamquam famulus quod veniret cum eo
Cumque requireret quis esset Respondit demon
Ego sum dominus tuus cui in signum famulatus
vere obtulisti hunc denarium et nunc veni
ad te ut ducam te ad habitacionem meam Quod
ille cum magna instancia vix obtinuisset
quod per duos dies posset stare cum familia
sua et exitus sequeretur eum Transeunt
prima dies sibi lacrimabilis et dolorosa Cum
secundam diem incepisset occurrit ei mulier tenens
in gremio puerulum petens elemosinam Cui
dixit Nichil habeo libenter dabo tibi si
provocatis omnibus amicis tuis et meis custo-
dieritis me per totum diem et noctem Cumque
illa vocasset et custodisset usque adveniens
ille iuvenis incepit clamare Ecce
veniunt cum equis igneis sinite me ire
ne violenter me rapiant Cumque eum
detinerent parentes inter manus eorum per-
cucientes eum demones occiderunt ¶ Secundo inducit beneficiorum ecclesie
privacionem legitur in libro de vii donis Quod cum
quidam cum difficultate calciaret
se dixit quod illi sotulares essent facti
in vituperium dei et quod dabat eos dyabolo
Cumque vellet ingredi ecclesiam ad audien-
dam missam dyabolus detinebat eum pe-
des Cumque rediens ad se ipsum conteretur
de blasphemia dicta misit ad sacerdotem
ut posset confiteri Tunc ille sanctus homo
reprehendit eum dicens Fili maximum
peccatum commisisti contra eum quia non in
familia non in pecunia sed in mundo et per
abstinens eum a maledictione corporis
et necis residuum blasphemia dei In
signum ergo tue malicie discalcia te et
proice sotulares extra quibus proiectis
sine difficultate intravit et sotulares

visi sunt per aerem deferri ¶ Tercio
inducit passionis Christi maledictionem
legitur ubi supra Quod quidam Ribaldus
in taberna ludens perdidit vanba sua
et irruens in dei blasphemiam iuravit
quod de primo lucro emeret armaturas
cum quibus vindicaret se de deo Accidit
casus ut lucrata pecunia emeret sagittam
et arcum in contumeliam dei et si posset
deum percuteret Sagittam autem proiecit
ad celum Cum autem sagittam diu
expectasset nec reverteretur modo so-
lito ad tabulam accessisset et dum ibi luderet
et blasphemaret deum subito sagitta
cruentata apparuit et cum penetraret
inferiori terre cum impetu iste de
ludo quasi amens surrexit et dixit
O me sequitur sagitta mea et raptus
subito non comparuit ¶ Quarto inducit
membrorum privacionem dicitur Quod cum quidam
miles ludens ad aleas blasphemando
deo iuraret per oculos dei subito oculi
eius ceciderunt Cum autem iurabat per
quodcumque membrum illo membro statim privabatur
Cum autem iuraret per ventrem subito
inflatus crepuit per medium ¶ Item
ad idem Quidam nauta navem ducens
deum blasphemare incepit Cumque
cadens in aqua suffocatus fuisset et
extractus lignum apparuit peccata ¶ Quinto
inducit creaturarum persecucionem Refert
Damianus Quod Bononie duo com-
patres in convivio discumbebant quibus
est positus gallus coctus quem unus
illorum arripiens et cum cultello in frusta
dividens cum salsamento conspersio un-
dique posuerunt Tunc alter dixit Ita
bene divisisti gallum Quod si beatus
petrus vellet revivere non posset
Tunc ille qui diviserat respondit Certe
sic divisi eum quod nec Christus posset
vivificare eum Ad hanc vocem
gallus cum plumis surrexit et percussis
alis cantavit Cumque ex motu alarum
effudisset salsamentum blasphemi
illi aspersione perfusi sunt leprosi effecti
¶ Item ad idem Dum quidam parisius
blasphemaret beatam virginem subito
fulgur de celo descendit et illo percusso
alios illesos dimisit ¶ Item ad idem

In partibus Aquitanie duo macellarii consueuerunt sicut canes carnes Christi lacerare. Cum autem in quadam villa intrassent canes incredibilis magnitudinis occurrerunt eis et aliis intactis dimissis membratim corpus laniauerunt. Sexto inducit mortis subitanee percussionem. Refert Cesarius quod cum duo luderent maledicentes deo et alter reprimeret maliciam blasphemantis. Tunc alter magis importune in blasphemiam virginis incepit irrumpere. Et vox audita est de celis: Meam iniuriam quodammodo sustinui sed matris non dissimulabo. Et mox super tabulam lusoriam percussus expirauit.

Septimo inducit dampnacionem. Refert Gregorius quod quidam habebat filium quinquennem qui nimis dilectus carnaliter et male instructus maiestate dei didicit blasphemare. Cum autem staret in gremio patris et vidisset malignos spiritus ad se venire clamat: Serua me pater. Et dum more solito blasphemaret sumptus de medio per demones est ad infernum deductus. rf

Cantus vanus multa mala in nobis facit. Primo est deceptiuus. Unde refert Jacobus de Vitriaco quod quidam sacerdos credebat cantare optime cum pessime cantabat. Cum igitur quadam die quedam mulier audiret eum cantantem ex horribilitate vocis flere cepit. Cum autem ille estimaret quod ex suauitate sue vocis illa excitata ad deuocionem esset forcius cantabat et illa plus plorabat. Quod attendens sacerdos quesiuit a muliere quare tantum plorabat. Cui illa: Domine ego sum illa infelix mulier cuius asinum lupus alia die deuorauit. Et quando audio vos cantantem statim innouatur dolor in corde meo quia omnino sic cantabat asinus meus. Secundo est demonis vocatiuus. Refert Cesarius quod cum quidam clericus cum vocibus tumultuosis cantaret quidam religiosus vir vidit quendam demonem in loco eminenciori ecclesie saccum tenentem qui ad manum dextram cantus vanos et voces dissolutas in sacco ponebat. Cum igitur completum esset officium dyabolus letanter incepit clamare: Vah cantastis quia saccum meum habeo plenum. Item ad idem refert idem quod quidam iuuenes in quodam monasterio cantus nimis exaltando eleuauerunt sic quod seniores non possent attingere licet dissimulauit hoc propter scandalum. Tunc mox ex ore vnius demon exire visus est qui scintillas ferri candentis ad omnes qui eum iuuauerunt mittere incipiebat. Tercio est dampnacionis principiatiuus. Refert ibidem quod quidam monachus fuit in monte Cassino habens vocem dulcissimam. Cum enim in vigilia pasche cereum benediceret et voce suauissima benediccionis melodia resonaret ita quod vox musica in conuiuio in auribus audiencium personaret, finita benediccione raptus nunquam comparuit. Item ad idem refert idem quod quidam clericus tam egregiam et dulcem vocem habebat quod eum audire quedam felicitas putaretur. Die autem quadam quidam vir religiosus superueniens vocis illius dulcedinem auribus percipiens dixit: hec vox non est hominis sed dyaboli. Qui statim de corpore illo exiens incepit clamare quod quia vox est predicacio demonis et sibilus decepcionis ac vig ruine. Ideo in illo cadauere quod corruerat ipso egrediente se intromiserat ad formacionem vocis. Quarto est penarum accumulatiuus. Legitur in libro de vii donis spiritus sancti quod quidam vidit in visu quendam honorabilem virum scolarem qui cum excessisset in gloria mundi lasciua et precipue in vanis cantibus ductus est ad aulam inferni et ecce princeps demonum surgens de cathedra sua et ei occurrens eum collocauit in ipsa sede dicens: In hac cathedra ignea pro honore quem habuisti in mundo. Et accepto vase dabat ei potum amarissimum fetidissimum et tumidum et cum renueret bibere cogebatur pro potibus delectabilibus sustinere hanc penam. Tunc surrexerunt duo demones cum tubis maximis et insufflantes in auribus eius flatus igneus exibat per oculos per nares per os per meatus corporis sui et hoc fiebat propter

contumelias et cantus lascivos. Tunc duo
serpentes circumdabant eum et cum dentibus dis-
cerpebant, et hoc fiebat propter amplexus
mulierum quos habebat. Unde habebit requiem
propter custodiam dilectionem mundi

Caritas multa bona inducit in
nobis. Primo ditat. Narratur quod
fuit quidam iuvenis qui appetens
divicias accedens ad quendam sapientem qui
nocte et die in quodam viridario sub
arbore pulcherrima quiescebat. Cum igitur
eum requisivisset quomodo posset ditari,
respondit quod si posset habere unam bursam ibi regis
illius terre esset dives potentissimus.
Cui ille quare esset hoc. Tunc sapiens:
karissime, hec bursa numquam evacuari
potest thesauris et illi thesauri numquam perduntur
sed in se continet omnes virtutes et cuiuscumque
habet valorem. Et illa pecunia non potest haberi
per aliquam pecuniam, quin homo habeat penitus
hanc bursam habendo. Cum enim ille quereret per
quem modum posset haberi, respondit sapiens:
Invitando et hospitando regem qui summe
est benignus in tuo hospicio et habebis
bursam. Hic sapiens est spiritus sanctus. Viridarium
plenitudo gratie. Arbor bonitatis. Iuvenis
pauper est homo. Bursa est caritas in
qua est thesaurus tutissimus et ipse omnes
virtutes et donum continet omnia bona aliorum
facit sua et habet lucrum omnium que sunt in ecclesia
ca habita omnium deus habetur et econverso.

Secundo fructificat. Narratur quod quidam fuit
semel habens multas possessiones hono-
rabiles et multos filios. Cum enim illi
peterent divisionem bonorum, sicut erant
quatuor ita de omnibus bonis fecit quatuor
partes. Et de una parte posuit omnia mo-
lendina et hospitia, ex alia furnos et
census, ex alia vineas et campos, ex
alia unum ortum tantum. Cum igitur contempserent
partem orti eo quod ignorabant eius virtutem,
iunior confisus de legalitate patris
ortum elegit. Tunc post ditior est
omnibus et perfectior benedictione ditatus.
In hoc orto sunt arbores numquam fructum
perdentes sed semper augentes; venti non
nocent et in omni tempore habet habundanciam nec
indiget nisi recto et bono custode.
Quod alii audientes reputaverunt
fuisse illusorie. Iste pater est deus pater
diviciarum et deus tocius consolacionis.
Et iste habet quatuor filios. Primus est superbus.
Secundus est avarus. Tercius est lascivus.
Quartus est iustus. Sicut ergo homo
habet quatuor filios ita bona sua
dividat quadrupliciter. In una parte ponit
homines cum omnibus suis bonis intellectualibus
cum sciencia cum ingenio cum racione cum nobilitate
cum potencia. In secunda parte ponit omnia
bona sua temporalia, iuventute, pulchri-
tudine, sanitate etc. In tercia parte omnes
divicias, omnia genera vestimentorum, ciborum,
ornamentorum, deliciarum. In quarta ponit
ortum caritatis in quo sunt omnes arbores
virtutum. Ventus mortis numquam nocet,
pestilencia ire dei numquam ibi perveniet,
numquam folia flores et fructus perduntur
ibi. Et sic qui minus credit habere
plus habet, et qui plus credit habere
turpiter est illusus.

Tercio demonem
fugat. Legitur quod fuit quidam demoniacus
cruciatus mirabili modo a quodam demone.
Cum enim fuisset adductus quidam
sanctus ad expellendum eum, dixit
ut in virtute caritatis Christi exiret. Cum
eum interrogaret quare sic festinanter
exisset demon, respondit: Exivi tam
cito quia in eo illud quod plus odio,
scilicet caritatem; quia non timeo castitatem
cum sim virgo, non abstinenciam quia numquam
comedi, non distribucionem diviciarum,
quia hanc facio, sed caritatem perfectam
cuius nomen summe horreo. Et quia iste
vir sanctus eam portat perfecte statim
exivi. Tunc dyabolus incepit cla-
mare: O ceci, quare non videtis
ramum pulcherrimum quem portat iste
cum quatuor floribus sine quibus non
potestis salvari. Et statim evanuit.
Tunc vir exponens dictum demonis
dixit: Karissimi, iste ramus est caritas
et amor dei. Primus flos est non
diligere quod non debet diligi. Secundus
est diligere quod debet diligi. Tercius
est non equaliter diligere quod est minus
vel amplius diligendum, sine quibus homo
beatificari non potest.

Quarto sublevat.
Legitur quod quidam peregrinus fuit semel
depredatus et vulneratus in via. Cum que
fuisset portatus in domum pauperum

du ante die aliquantulu vires resumpsisse
incepit reminiscere quota opa pietatis
pegrinis et paupibus impendisset Tunc
vidit claritate maxima et in medio
luminis vna regina coronata cum vij
puellis Que cu accessissent ad eum
interrogauit si cognosceret eas Tuc
ille respondit Qui no Tunc dixit Regina
Ego sum caritas pro te inuitata fregit
et iste sorores mee sunt que veniunt ad
sanandu tuu Nam paciencia sanabit
vulnera tua Benignitas restituet
tibi omnia ablata Compassio induet
te Veritas lauabit te fides diriget
te Spes portabit te perseuerancia
custodiet te Ego maiestati dei puta
bo te Qui sanus et curatus mane
consurgens omnia ablata ad caput
recepit Et sine lassitudine ad ppria
rediens post aliquos annos per
caritate deo putatus Quinto conseruat
legitur Qui semel regi syrie fuit
quoddam vnguentu preciosissimum putatu
Tunc vocatis sapientibus interrogauit
in quo vase perfectius et nobilius
custodiri posset hoc enim vnguentu
sanabat lepra et omne genus apostema
ma et vlcera quod exterius apponebat
ad omnem humore venenosu de inte
rioribus ad exteriora trahebat Tunc
fuit sentencia potior vnius qui ut fieret
vas de lapide adamantico in quo conseruaretur
vnguentu Nam illud vas non frangitur
nec dissoluitur igne sicut aurum argen
tu vitru et eris cristallus nec frangitur
malleo sicut vasa alabastri mar
moris et ligni nec lapide nec ferro
nec propter casum frangi potest et effundi
vnguentu Cumque regi hoc placuisset
in illo fuit positum tanquam in excelle
tiori Iste Rex est deus pater hoc vnge
tu est intus sanguinis et passionis
xpi vel gratia que omnem corruptione
peccati curat et interiore morbu anime
ad perfectam primam reducit Alij ergo
dixerunt Qui illud vngentu optime
conseruabatur in vase cristallino iusticie
Aliqui in vase vitreo virginitatis Aliqui
alabastrino temperancie Alij in vase
marmoreo prudencie Alij in vase
ligneo humilitatis Sed spiritus sanctus dicit
quod in vase adamantino caritatis optime
conseruabatur quia non timet malleu
peccati corruptione incendie ignee ire seu
auaricie lapidem ambicionis lignu
superbe exaltacionis casum vindicatiue
cogitacionis nec liquore calidu in hoc
statu Sexto honorat legitur in hystoria
Troyana Qui cum quidam nobilis multi
tudine dominarum ad sollempne festu
inuitasset Quidam clericus quoddam
pomu aureum inferens scriptum
proiecit in mediu et tenor illius
scripture talis erat pulcriori detur
Cumque in medio festiuitatis et letissime
fuisset ad iudiciu regis et ille indi
casset quod habenti faciem et hoc scriptum
vestimenta daretur Recepta est mulier
pelecta et in habitu honestissimo cui po
mum est datum hoc festu est curia
celestis Iste nobilis est spiritus sanctus
domicelle virtutes Pomu filius dei
Sed pulcrior domina est caritas induta
vestibus preciosissimis non ex pilis omnino
vel animalium sed ex visceribus xpi sic
contexta ut non possit diuidi sic colo
rata ut omnis bonitas dei reputaretur
in ea sic honorata ut venaretur in curia
dei et operiret multitudinem peccatorum Et ideo
merito super omnes virtutes hoc fecit ad
xpi incarnacione et ad nostram salute
Septimo facit scalare portas legitur
in quadam hystoria transmarina Qui cum
Alexander vellet inuadere quandam
prouinciam nec posset comedere propter
multitudine leonum commorantium
in vijs illis habito consilio fecit sibi
currus ferratos fortissime et lamina
ferrea in magna multitudine Cumque
ascenderent percuciebant lamina cum currus
et ex strepitu vtrorumque territi leones
dimissis vijs fugiebant Via hec est mundus
leones sunt peccata prouincia acquirenda
est gloria lamina ferrea sunt dolores
passionis xpi Currus est caritas
portans plenius ducens rectius
currens cicius Octauo placat legitur
in hystoria Romanorum Qui cum quidam
Imperator prohibuisset sub pena mortis
tactum cuiusdam ymaginis et filius
suus illa pena incurrisset omnino voluit
ut interficeretur Cum enim ad preces
populi fuisset mitigata sentencia et
pena exilij super iuuene fuisset

induatur. Hoc attendens mater eius Auxi-
silio Pagorie sic induit et sic ad loquendum
informavit ut optime in purpura impera-
toris clamavit: O imperator parce filio
tuo pessimo et redde eum ad consortium
Romanorum. Qui placatus ex dulcedine
amicis filium ad honorem reduxit. Impera-
tor est deus pater, ymago prohibita
a tactu est appetitus equalitatis sue
sapientie, filius tangens est homo qui morte
et exilio est dampnatus. Domina mater
nostra est caritas que sic induit dei fi-
lium in gratia nostre humanitatis ut continue
clamet ad patrem: Domine pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt. Ad cuius vocem
deus pater placatus nos revocat ad con-
sortium angelorum.

Castitas multa bona inducat in
nobis. Primo est doloris mitigativa.
Refert Helynandus. Cum enim Gre-
gorius Nazanzenus cum castitate in philosophia
studeret Athenis vidit dum legeret duas
decoras et pulcherrimas domicellas quarum
una a dextris et altera ad sinistram erat
posita. Cumque ille diligenter inspiceret et
interrogaret que essent et quid vellent
persequebatur. Tunc ille familiares am-
plectentes dixerunt: Ne moleste accipias
nostram familiaritatem et voces tue sumus a deo
tibi [illegible] ut in omni dolore et la-
bore et amplitudine tibi continue assistamus.
Secundo est periculorum liberativa. Legitur in
quadam hystoria Regum Francie. Cum quidam
Comes fuit in Pictavia qui ex sua uxore
nobili et bona filium et filiam habuit. Cum
igitur quadam die mortua uxore pater con-
templaretur pulchritudinem filie sue con-
sentire cepit in eius corruptionem. Cumque
autem molestaret eam cum blandiciis
et terroribus, illa in castitate immediate
firmata non tanquam mulier sed sicut vir
repellit maliciam patris. Videns pater
instans continue pro facinore et illa
reclamat, quia vero frater uterinus
suus Bononiam iverat ad scienciam acqui-
rendam nec haberet de quo plene confidere
posset, nutricem vocat et manifestat
sibi hoc lacrimabile secretum. Nunc scripe
facta propter maliciam patris tamen propter
constanciam puelle consulet ut fugeret
hanc occasionem peccati et acceptis ioca-
libus et pecunia de nocte fugierunt
et tandem ad sanctum Egidium devenerunt
ubi filius regis Arelaten nutriebatur
per Comitem sancti Egidii. Pecunia vero
iam deficiebat et nutrix et puelle
pecunia carentes ad Comitissam
supplicaverunt pro sustentatione vite.
Que attendens ad eius pulchritudinem
et innocenciam que relucebat in eius
facie ipsam induit tamquam filia re-
tenta eciam nutrice pro societate sua.
Cum igitur ista instaret apud deum
et beatam virginem ut suam pudiciciam
servarent, filius Arelaten cum hone-
state summe diligebat eam. Cum autem
tractaretur matrimonium inter filium
regis Arelaten et filiam Regis
Francie, et hoc per Reginam Arelaten
matrem iuvenis qui morabatur in
quibusdam castris propriis, Rudolphus principaliter
haberet uxorem nisi Margaretham do-
micellam sancti Egidii. Cum igitur omnes
amici congregati cum magnis lacri-
mis instarent pro contrario nec
possent frangi, vocata predicta domicel-
la et filio regis predicto in matrimonio
copulatur. Unde propter mores immaculati
inter Reginam Arelaten et uxorem
sui filii. Ingressus igitur ad eam concepit et facta
et dum appropinquaret partus fuit
necesse ut iste rex Arelaten iret
ad quoddam prelium sibi arduum et quia
summe confidebat de Comite sancti
Egidii qui eam nutrierat uxorem suam
pregnantem sibi humiliter commendavit
rogans ut nato filio sibi nunciaret
prius rumores. Recedit Rex. Uxor
peperit filium. Comes uxore dirigit
ad nunciandum Regi. Tunc nuncio reci-
piente diverti hospicium per reginam
turpiter est deceptus. Nam falsis
litteris in persona Comitis sancti Egidii
scripsit uxorem peperisse filium cum capite
canino. Perlectis litteris a rege victus
amore uxoris licet rumores indigni
essent lacrimabiles scripsit ut nu-
tricem puero nutrirent et custodirent
perfecte. Regreditur nuncius et
visitat matrem regis et ebriatus

sed per eam subtractis litteris alias sub
tali tenore sub pixide posuit Talis
Rex tali Comiti Salutem Cum certam sciam
habuimus de vilitate et ignobilitate
generis uxoris [illegible] Mandamus tibi sub
pena amoris nostri ut matrem et filium
interficias ut dum rediero possim no-
bilem et pulcram sponsam habere perlegimus
litteris a Comite dolor et fletus ipsum
invadunt et apto facto domine iacenti
adhuc in puerperio sibi precepit ut sur-
gat et se ponat in manus homicidarum
Tunc illa surgens fletibus gemibus
incepit clamare deus amator ca-
stitatis et veritatis serva me a peccato
omni et abisto dolore Cum per carnifi-
ces una cum filio fuisset ducta nocte
illa ad interficiendum ad quoddam nemus
Carnifices per brachia tenentes
puerum evaginato gladio cum vellent
eum trucidare puer incepit cachin-
nare eis Tunc pietate conversi dixerunt
ad invicem Si interficimus matrem et nullam
puerum puer fame peribit ad non valeamus
eum tradere alteri nutrici et horror
erat eis interficere dixerunt matri Si
velles fugere et ad longinquas terras
transire in quibus esset ignota preter
puerum servabimus vitam tuam Que gratias
referens benedictione accepta ab eis
hostiatim elemosinas petendo cum
peregrinis spacia terrarum pertransiens Bo-
nonie tandem pervenit ubi frater
suus qui illuc pro studio venerat erat
Episcopus ordinatus Ipsa vero quiescere
et ibidem elemosinas recipiente
ab Episcopo qui quotidie peregrinantibus pro-
videbat intuita est a quodam sancto
viro et attenta eius pulcritudine
et elegantia filii supplicavit Episcopo
ut in necessariis hinc inveniatur in
domo cuiusdam [illegible] ne vagando
per mundum esset in scandalum aliorum
Omnibus petitis annuens Episcopus necessaria
vite gratissime ministravit Tandem
reversus de prelio maritus suus re-
quirit a Comite sancti Egidii uxorem et
postulat illam Tunc stupefactus
litteram missam de interfectione utriusque
monstravit et executorem denunciat

factam vocavit et cursor via requisitus et
repertum est quod mater Regis Aralatensis
falsaverat litteras [illegible] Vocantur
Carnifices cum merore voces lacrima-
biles diffudit Rex Requirit locum
sepulture uxoris et filii ut ibi moreretur
cum eis Cum ergo ductus fuisset ad ne-
mus ut posset latere veritas con-
fessi sunt carnifices quod compaciendo filio
absque lesione abire permiserunt ma-
trem cum eo Ad hanc vocem cor regis letatur
et iurat nunquam ingredi suum regnum
quousque audivisset certos rumores
de eis. plus viam ingreditur vestes
regales pauperibus erogavit Induitur
vestibus vilibus et hostiatim petendo
elemosinas requirit de filio et matre
exprimendo signa indicativa et figuram
uxoris Quia vero reperiebat certitudinem
cum pauperibus quod illa via fecerat secu-
tus vestigia sui itineris ut Bono-
niam duceretur Cum autem quadam die
elemosinam Episcopi reciperet sed non appa-
reret [illegible] seu debilitas sed pura
humilitas in susceptione huius elemo-
sine vocatur per Episcopum et causam
sui itineris requirit Tunc revelatus
per ordinem seriem rei geste cognovit
Episcopus quod illa erat uxor sua quam suis
elemosinis sustentabat et nutriebat
Vocatur matrona cum iuvencula
Interrogat principium sue originis et
[illegible] sui status et cognita quod
soror sua esset et uxor Aralatensis
Regis [illegible] preparatur
ambo vestibus regalibus induuntur
et convocatis omnibus cum filio suo ma-
rito suo est presentata qui pre gaudio
in osculo ruens et non posset dimi-
ti ab amplexu uxoris Episcopus incepit
clamare Tunc dimitte dimitte eam
mi aliquantulum quia soror mea est
Et ego frater suus uterinus filius
pictavie Tunc inventa veritate con-
gaudentes simul dedit sorori sue in
dotem Comitatum pictaviensem quo
ipse successerat et cum gaudio magno
et comitatu remisit eos ad suum
regnum Et tanto cum honore solennata
legitur in hystoriis Romanorum

Cum quidam Rex fuit in Sicilia qui filiam
imperatoris Constantinopolitani in uxorem
habuit que cum esset castissima eius demon
castitati invidens zelotipiam duxit virum
et sompnia mala fecit de ea videbat
sibi in sompniis Cum quidam Judeus ad-
misceret cum ea Cum ergo haberet sibi plures
ad perurationem demonis accidisset convo-
catis correctoribus et consilio suo quid
esset faciendum requisivit et qui consiliatores
erant filii dyaboli et odiebant castitatem
domino consuluerunt ut cum illo Judeo de quo
erat suspectus exponeret marinis fluctibus
sine gubernaculo sine velis sine cibo
et sine adiutorio aliquo ut a belluis
marinis devoraretur et non innotesceret
apud parentes suos hec primicio facta con-
silium execucioni mandatur domina cum
Judeo in navi destituta ponitur non tamen
defuit deo qui castitati congaudet sed
deum eligit in patronum virginem benedictam
adiutricem et beatam katherinam in advocatam
mare intumescit unde scaturiunt Sed
deo gubernante virgine protegente sine
aliqua lesione venetiis applicuerunt
Et quia maliciam dyaboli et instrumentum
dyaboli Judeus oblitus in navicula
eam ligavit in ripa et eam exposuit
venale tamquam suam Cuius pulcritudinem
et conversationem attendens quidam Thola-
zanus mercator eam emit xv flore-
nis et empta duxit ad suum hospicium
et non sine dolore et maximis lacrimis
istius domine sancte Cum ipsius fugit
ab oculis eius lacrime fluunt cibum non
recipit amatori castitatis se humiliter
offert subsidium virginis katherine
expostulat et dum sic in dolore ma-
neret diu requisivit ab emptore Cum igitur
agnovisset quod esset nobilis non tamen
illius quis tamen erat consolacionem
eius affectans concessit ei peticionem
ut deponeret illum dolorem Tunc illa tria
peto ad electionem tuam primum est ne presumas
violare castitatem meam Secundum est ne
deducas me in habitu mulieris sed
in habitu viri ne deveniam maculam scandali
Tercium est ne voces me nomine
meo katherina sed voces me spau-
tum Cum consenciens libenter annuo

et firmavit iuramento Induitur vestibus
hominis socius nominatur ingreditur
navem cum mercimoniis suis et portum
Marsilien applicuerunt in quo erat
Archiepiscopus lugdunensis qui se ad curiam
tandem parabat pecunia deficit merca-
tori consilium requirit a socio qui
extrahens anulum sue desponsacionis
sibi dedit ad vendendum quia vero mercator
ignorabat virtutem anuli ad diversos gemmarios
quod civitas Marsilien non posset
sufficienter extimare virtutem eius
multi mercatores convenerunt et putaverunt
precium solum quod anulus dimittitur
Cumque ille proposuisset ut consuleret
socium id est dominam que remanserat
in portu pro custodia rerum eam non
reperit et dum requireret eam a viris
circumstantibus fuit dictum Archiepiscopus
lugdunensis cum omnibus suis propter prosperitatem
venti sua nave intravit domina ergo
compassione moti nos omnes et socius
tuus una nobiscum innataremus ad
recollectionem victualium velum
elevatum ipso adhuc existenti in
mari ut ignorantem ducatur cum
familia Archiepiscopi lugdunensis Ille hec
audiens pro dolore scindit vestimenta
sua cadit ad terram obliviscitur
merces currit ad montana ut saltem
posset videre vestigia vie eius et
cum ipsum cognosceret quia clamare
pre fletu non poterat elevata ma-
nu ostendebat anulum eo quod navis
[illegible] multum distaret Tunc subito
venit corvus et surripiens anulum
secum portat corruit homo percussus
utroque dolore et socius suus fuit
gratia dei tanta ornatus ut factus
decanus et de domo Archiepiscopi ab
eo tamquam filius nutriretur nec
virtute divina fuit cognitum quod
esset mulier sed ut stultifer ab omnibus
habebatur Revertitur mercator Mar-
selliam omnes merces venditioni ex-
posuit Navim in pharo ingre-
ditur ut sequatur locum tam
benignum Sed via sua fuit lamen-
tabilis Navim eo emente fuit re-
versus Archiepiscopus una cum socio

et cum per alia via Cum quod terra rece-
pta cognouisset recessum ut nauis
ad recedendum esset parata desperans vlterius
de inuencione sui infirmitate et
languore grauatus consumptis omnibus suis
in Athenis permansit Et Archiepiscopus propter
Constantinopolim venit Et inuitatus
ab Imperatore scilicet a patre istius domine
cui tanquam scutifer fuit ineptissimus
ab Archiepiscopo postulatur non sine per-
turbacione Archicleri et facta longa
altercatione in electione scutiferi ponitur
in finitum Imperator eligit Archiepiscopus
recedit et ipse admittitur ab Imperatore
quod cum sibi successorem ordinat et
disponit Cum eum retinere solum
pro sustentatione vite peteret vocantur
principes et curiales ad Imperatoris
consilium Imperator declarat propositum
suum Omnes consentiunt et congaudent
ipsi strenuitate scutiferi Qui reci-
piens iuramentum fidelitatis ab omnibus
sub secreto patri et alijs reuelauit
quod esset filia Imperatoris imponens
sub pena capitis quod nullus reuelaret
nisi de eius licencia quod mulier esset
Tandem moritur pater et ipsa ut
homo Imperio sublimatur vacat ele-
mosinis et fecit edificare hospitale
mire magnitudinis ad honorem beate
virginis et sancte katherine et pro
anima sui socij quem credebat esse
mortuum deuote surgebat preco et
clamabat sic dicens hoc hospitale
fecit fieri Imperator ad honorem beate
virginis et beate katherine et pro suo
bono socio Tandem mercator ille
bonus Thezolanus qui propter desperacionem
recuperandi cum omnia bona sua per-
diderat de vltra mare rediens pe-
tendo elemosinas Constantinopolim
est perductus in hospitali illo per
multos dies et noctes ibi permansit
Tandem ad vocem preconis attendit
animus eleuatur et seipsum ingerit ad
videndum faciem Imperatoris et licet
non statim finaliter tamen cognouit
et ex facie et ex modo veniendi
quo venerat ad finem Imperator
mortui quod esset illa quam emerat
et attendens ad milites et ad fami-

tores eius dixit Si vellent eum
punire Imperator ipse putaret sibi vnum
amicum tante virtutis et nobilitatis quod
extimari non posset Illi contempnentes
vilitatem vestium et expoliatur et domum
sed sic ipse oportune deduxit negocium
ut Imperatori dicatur qui non ingratus
non immemor bonitatis socij ad ipsum
accedit amplexatur cum fletu maxi-
mo emittitur Induitur vestibus regijs nu-
tritur recreatur et lauatur Interim
principes et Barones conuocantur festum
maximum preconizatur et disponitur
Nunc omnibus adunatis in presencia tocius
populi fit miles et in rege eleuatur Tunc
ibi Imperator cum principibus qui sciebat
non hominem sed filiam Imperatoris esse
decurtatur processus Ipsa predicat omnia
infortunia et fidelitatem amici Tandem
in signum et in retribucione sui laboris
sibi offert Imperium et desponsatur per
eum Ita quod ipsa fuit Imperatrix et ille
Thezolanus factus Imperator ¶ Certo
est consolatiua legitur in hystorijs
Romanorum Quod Rome fuit quedam mu-
lier Macidiana nomine mater sancti Clementis
Cuius tota hystoria in legenda eius ¶ Item
ad idem Refert Vincencius Quod Impera-
tor Romanus vxorem habuit pulcerrimam
et castam nimis quam summe diligens guber-
natricem dimisit tocius Imperij eo quod
voluit ire ad regiones longinquas
pro venacione sanctorum peregens ergo
et fratrem suum iuuenem illi recommendans
in amore eius iuuenis ardet et ad
actum immundum sollicitauit Illa totaliter
renitente Dum autem instanter iuuenis
molestaret eam sub pretextu cuiusdam
visitacionis in vna turri includitur et ipsa
pacifice Imperium rexit quinque annis
elapsis Imperator reuertitur cuius
appropinquat aduentu Imperatricis frater
iuuenis expeditur et occurrens Im-
peratori suam vxorem [illegible] accusauit
et quia consentire noluerat eius
nepharijs actibus quibus erat totaliter
dedita eum in carcere tenuit sic et ideo
sic macilentus et pallidus conspiciebatur
Imperator nimis credens verbis fratris
sui tactus dolore fere exanimis in
terram corruit resumptisque viribus

Regina ei contradicentem et ei amplecti volenti ita fortiter percussit quod eam ad terram prostravit. Precepitque duobus famulis ut deducentes eam ad nemus decollarent. Cum ad nemus decollationis pervenirent et vi vellent eam cognoscere, illa clamavit. Et ecce miles quidam ad eius vocem cum militibus adest et illis interfectis liberavit reginam, quam uxori sue commendans et unici filii sui nutricem constituens. A fratre dicti militis adamata et corrupte, et dum sollicitata ab ea ipsum repelleret, ipsa dormiente ille filium fratris sui iuxta eam gladio iugulavit, gladio iuxta eam dimisso. Ad rivum sanguinis decurrentis per lectum excitatur mulier et viso facto horribiliter clamat. Surgit miles et omnis familia qui attendentes ad factum cum vellent reginam interficere per militem salvata, ne eius presentia moveret dolorem, tradita est nautis ad longinquam regionem portanda. Qui sollicitantes eam de carnali peccato, et illa viriliter repelleret, ut submergeretur proiecta est in mare. Tandem penitens et ipsam elevat in rupe circumdato mari eam deposuit et recesserunt. Tunc beata virgo apparens ei precepit quod herba que erat sub capite colligeret et custodiret, diligentius omnes leprosos sanaret. Transeunt naute, clamat mulier. Illi appropinquant et ad portum deducunt et in presentia eorum unum leprosum sanavit. Cum fama hec per totam regionem divulgaretur, hec ad locum militis properavit ubi frater militis iacebat leprosus. Introducitur regina ad eum nec cognoscitur ab aliquo, sed sanitatem perfectam promittit si omnia peccata in presentia fratris revelat. Leprosus confitetur, sed cum pervenisset ad peccatum homicidii filii fratris sui et false accusationis regine, illud tacebat. Cui illa: Adhuc peccatum habes in corde. Tandem tremens et a fratre assecuratus omnia est confessus. Cum regina manifestaret se eis et cognosceretur ab omnibus, leprosum tetigit et curavit. Hec fuit prima effusio lacrimarum, unde flebilibus gemitibus regina rogabatur ut maneret cum eis, sed

illa renuens Romam perrexit ubique curans leprosos, et accepta decenti comitiva a milite supradicto. Roma vero frater imperatoris effectus erat leprosus. Hec ab imperatore vocata rogatur humiliter ut fratrem suum curaret. Nec cognoscebatur ab aliquo que esset vel unde venisset. Cumque illa assereret se non posse facere nisi in presentia sui et imperatoris omnia sua peccata confiteretur, rogatus ab imperatore omnia exposuit excepta sollicitatione et falsa impositione imperatricis. Cumque illa asseveraret eum non dixisse omnia, flexis genibus ab imperatore rogatur et assecuratus de indulgentia, qui explicans veritatem confessus est seriem rei geste et maliciam perpetratam. Quibus dictis cecidit imperator et cum maximis lacrimis aiebat: Heu miser, quam bonam, quam sanctam, quam castam quamque prudentem perdidi. Heu bona uxor, ubi te reperiam? Cur non sum mortuus ut tu viveres? Cum ergo a nullo consolationem vellet recipere, extracta herba sanavit fratrem et depositis velis dixit marito: Ego imperatrix uxor tua. Qui eam cum mirabili gaudio recepisset et omnia que sibi acciderant enarrasset, de licentia pape cum deo in religione finivit.

Tertio ex scandali amotione. Refert Eraclius quod quedam puella nomine Alexandria que summe cupiens castitatem servare et haberet summam pulchritudinem fecit se includi in quodam magno sepulcro. Nec decem annis fuit visa ab homine nec ipsa [illegible] hominis aspexit, sed per foramen parvum recipiebat necessaria vite. Cumque requireretur causa tante penitentie, respondit: In hoc sepulcro volo inclusa esse ne violetur castitas mea et ne polluam animas ad similitudinem dei factas. Cumque requireretur quomodo posset vivere, respondit: A principio diei ego vaco orationi, opera licita facio, postea per sanctos prophetas patriarchas apostolos martires confessores virgines cogitando

discurro actibus horis cibum capio vespere
deum glorifico et ex adventu tenebra-
rum et perditione lucis agnosco quod est
bonum adherere deo et dampnacionem vitare
Clericus debet habere ad hoc
quod sit perfectus has condiciones
sequentes primo enim debet esse virtuosus
Refert enim Mercurius Quidam philosophus
fuit nomine platinus qui sic erat
ornatus virtutibus ut non solum verbo
doceret nec alia aliena ostendebat ex-
empla sed ipse virtutis ymaginem ostende-
bat Hic ergo clerici in eo normam
aspicerent locum quietis elegit separatum
ab omni conversatione humana Unde hic
omnibus clericis ramum cum tribus virgulis
offerebat prima virgula dabat intelligere
ut sicut erat signatus decimato signo
sic virtutibus polleret Secunda virgula rami
significat ut ad illos honores an-
helaret quibus perfecte sapiencie et sciencie
conferebat Tercia virgula ramu-
sculi significabat ut nullis diviciis
clericus intenderet quibus animus eorum
posset avertere ipse origines invenire
Secundo debet esse studiosus Refert
valerius Quod athenis fuerunt vii
sapientes primus vocabatur Salomius
qui tantum intendebat ad habendam scienciam
ut dum infirmaretur et esset in periculo
mortis audivit aliquos de sciencia col-
loquentes Cui hoc attendens dum caput
verteret et paululum erigeret dixerunt
astantes si aliquo indigeret Respondit
nichil sed ideo elevavi caput ut cum
didicero hoc de quo disputatis letus
moriar Secundus sapiens nominabatur
Sapernus et iste in foribus scolarum suarum
depingebatur sapienciam tenere in manu archa
aurea et porrigebat eam pauperi
et erat superscriptio istius ymaginis
ista Nulli enim est thesaurus indeficiens
nisi oblivisciendo pulvis et amit-
do scienciam non peritura per mortem
Tercius dixit Sciencia est splendor
luminis irradiativa errorum Et ideo
quicumque legebat candelabrum aureum
cum brachiorum auro scribat Et
in capite cuiuslibet brachii erat pon
insignes et fulgidi lapides preciosi

denotantes duodecim fructus sciencie Quartus
dixit Quod sciencia est invidie conservativa
ac doctrix repressiva passionum incertis
et ideo in foribus sue scole rosarium
erat depictum cuius flores immarcessi-
biles apparebat Quintus dixit quod sciencia
erat honoris sublevativa et servitutis
annullativa Et in signum huius in facie
suarum scolarum depingebatur corona
aurea miris operibus fabricata Sextus
dixit quod erat contemptiva doloris et
gaudii amplexativa et ideo scolarum
suarum statua erat aurea in multis
figuris que duo capita unum argenteum
et aliud aureum videbatur habere opposita
respiciencia Septimus dixit quod erat
iusticie fundativa et virtutum generativa
et ideo sit in foribus scolarum suarum liber
pendebat cuius vestes erant eburnee
foris et intus stellati Tercio debet esse
sobrius Unde refert Yosephus quod licet
Epycurius in cibariis et delectacionibus
poneret summam beatitudinem supra libros
suos ymagines olim eciam ciborum
velud depinxerat Cuius requireretur ab
eo causa Respondit quod sicut lumen can-
dele extinguitur ex nimia humiditate
cere et oculi excecantur per fumum et
pulverem et talia gulose comedencia
sicut lupus et canis faciunt fetus
cecatos Sic homines sciencias inqui-
rentes nunquam possunt ad perfectionem sciencie
pervenire sed lumen racionis excecatur
in eis Quarto debet esse pius Refert
Seneca quod Socrates multos discipulos
habuit cum cunctacio studio diceret
scolaribus ut sibi pro pecuniis satis-
facerent Cum inter eos esset unus
pauper nec haberet quid offerret dixit
magistro Magister pauper sum nec divicias
habeo et ideo incipio offero
cum sciencia acquisita a vobis Cui magister
Optimum hoc munus est excedens pre-
cedencium donaria Nam illi dant aliqua
meliora retinuerunt hic autem seipsum
dedit quia nichil melius habet Cui diligens
verte ad discipulum dixit primus es et
ideo rogo ut tua bonitas quolibet
die hoc donum meliorando gratificetur
hic magister est deus pater discipuli sunt
prophete veteris testamenti Sed pauper

disipulus fuit xpus sicut homo seipsum dedit et deo patri se obtulit pro nostra salute. Quinto debet esse devotus. Legitur in vitis patrum quod quidam abbas fuit nomine pambo qui cum sine litteris esset accessit ad quendam ut addisceret aliquam lectionem. Cumque ille putasset sibi psalterium et aperto libro incepisset ps. Dixi custodiam vias meas recessit et amplius audire noluit. Requisitus autem a magistro quare in sex mensibus istud corde reddidisset. Respondit: Certe nec dum opere complevi. Unde vix de pluribus annis complere valuit. Item ad idem. Fuit parisius quidam scolaris qui de terra longinqua veniens ingressus est scolas cuiusdam magistri qui legebat Matheum. Cumque primo die quo eius scolas intravit legeretur illud Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. Ille subito surrexit et cum incepisset recedere cunctis admirantibus interrogatus a magistro si esset sibi dictum vel factum quare dimitteret scolas suas. Ille respondit: Nichil. Sed antequam plus audiam istud volo opere complere. Et egressus religionem intravit. Sexto debet esse elemosinarius. Legitur in hystoria Anglicorum quod fuit quidam canonicus in diversis ecclesiis et decanus in una. Cumque infirmaretur et frequenter visitaretur a quodam sancto viro familiari sibi. Cumque incepisset eum monere de via salutis mox obscurata est camera et vox mirabilis terroris audita est: Surge surge sacrilege spoliator christi et insectator pauperum veni et accipe iudicium tuum. Cumque ille subito expirasset et corpus eius nigrum tanquam carbo fuisset dimissum. Sanctus vir cum horrore et timore ad suum monasterium recepit et cum maximis lacrimis perseveraverunt. Rogabat deum ut sibi dignaretur ostendere iudicium illius clerici. Et uno die illo orante apparuit ille sub tali figura. Duo equi ignei cum sellis stabant iuxta unus ante et alter retro et firmabat super humeros eius pedes anteriores et cum dentibus frangebat ossa et omnia membra eius

et in qualibet sella equi stabat una mantica id est maleta. Cumque sic se conveniret pro horrore visionis, ille decanus incepit dicere: Quare vocasti me miserum ex quo non vis mecum loqui. Cumque resumptis viribus interrogasset quis esset, respondit: Ego sum talis decanus maledictus damnatus quondam familiaris tuus. Cui sanctus: Que est ista horribilis pena tibi a deo data. Respondit: Hii membra mea roserunt et comedunt omnia ossa mea sicut equus meus comedebat substantias pauperum. Unus portat peccata mea et alter peccata illorum pro quibus oblaciones decimas anniversaria et prebendas recepi. Tunc sanctus: Miror cum fuisti homo mundus dilectus et ecclesiasticus quare sis damnatus. Tunc decanus: Non mireris de hoc sed mirare quod clericus habens beneficium per se salvatur. Cumque ille admirans admiratus esset eum ut diceret causam dixit: Attende ad stabulum clericorum et ad ecclesiam. Illud ornatur a plumis et a cortinis et ecclesia ruit. Attende ad pectus et ad vestes clericorum et ad vestes sacerdotales. Unius ypondrorum pro multitudine ignoratur calic aut nulle sunt aut sic fracte et fetide quod vix possunt portari. Attende ad mensam eorum et altaria christi: mensa eorum vasa aurea et argentea ad emiscenda crapulam et ebrietatem et in altari dei vix calix stagneus reperitur. Centiferos et nectes induunt pauperes spoliant et hospitalitatem fugiunt et predicationem abhorrent sed lasciviam et mundanum gaudium amplectuntur. Obliviscuntur divinum officium et rememorantur cantilenas et hec est porta damnationis et perdicionis clericorum. Tunc flamma fetidissima decanum et equos elevans cum mirabili dolore de presencia sancti viri evanuit. Item ad idem. Fuit quidam de ordine predicatorum qui habebat fratrem clericum scolarem devotum et gratum cuidam

Egregio Archiepiscopo Cuiusdam predicator ille
de infirmitate de qua mortuus est Visitat
eum frater suus clericus et diligenter servi-
vit sibi Et quia iste frater predicator sanctis-
sime vixerat in suo ordine dum appro-
pinquaret morti frater suus clericus
rogat eum ut cum esset coram deo roga-
ret illum quod nunquam daretur sibi be-
neficium ecclesiasticum quia propter illud posset
dampnari Tunc infirmus sibi pro-
misit quod si deo placeret relicto expediret
ipse rediret ad eum Tandem moritur frater
predicator Et in crastinum mortis sue
fratri suo apparuit sic dicens frater
si acceptas beneficium ecclesiasticum istis tribus
cathenis ligaberis a demonio quibus
ligantur multi et ad infernum trahuntur
Cum clericus quereret que essent ille
cathene et que significabantur in eis
Respondit mortuus prima ponitur in collo
secunda ponitur in manibus tertia in pedibus
eorum qui non recte regunt beneficia
ecclesiastica prima cathena est malicia
et hec stat in collo et in capite Nam
summa malicia est quod mutatoria
stant in porticibus et in archis que
sunt in ditate et frigore cruciantur — et pauperes
tabaria corrumpuntur et pauperes
fame pereunt vane effundunt et
a pauperibus dure repetunt yma-
ginem dei contempnunt et inimicos
dei nutriunt parietes et muros
dealbant induunt de sumptibus
egenorum et filios dei abire permittunt
Ad lacrimas viduarum et ad voces
pauperum non attendunt sed ad or-
nandum meretrices de bonis crucifixi
continue student et hec cathena
malicie demonis prima Secunda ponitur
in manibus et hec vocatur rapina que
est pessima et super omnes crudelitates
rapinarum nam aufertur bonum pauperis
et egenum et datur diviti Auferunt
de ore dei et ponunt in ore dyaboli
parati tondunt oves et induunt
lupum et dyabolum pervertunt in lutum
egenum et occidunt pauperem Tercia
cathena ponitur in pedibus rerum
et voluntatis et hec vocatur ingratitudo

quia non putavit se teneri ad restitucionem
omnium que dederunt meretricibus et expenderunt
in vanitatibus que subtraxerunt pauperibus
Dum ergo istis cathenis tenentur ligati effi-
ciuntur raptores symoniaci oppressores
pauperum et excoriatores subditorum Ergo
frater hunc fuge redditus ecclesiasticos quia cum
istis tribus cathenis dyabolus multos clericos
ad infernum deducit Septimo debet esse
sapiens Clerici athenarum per ripam maris
accedentes a piscatore fortunam tractus
emerunt Cumque piscator rete proiecisset
et elevasset et eiecisset extra capta lamina
aurea pulcherrima Et ideo quod septem sa-
pientes erant ibi presentes Ipsi qui fortunam
emerat iudicavit illi esse donandum
qui inter ceteros sapientia pollebat qui eam
elevans suo deo Apollini consecravit Iste
piscator est spiritus sanctus conducens quam
gemmis lamina est virgo maria Sapientes
sunt patriarche et prophete Apostoli martires
doctores Confessores Virgines Septimus
est filius dei cui data est eam consecravit
sanctissime trinitati hec etiam ad mag-
dalenam potest optime applicari Item
ad idem dicitur Quidam volens probare
utrum filius suus profecisset in studio
duxit eum ut ab eo examinaretur Sacerdos
igitur volens eum confundere fecit prin-
cipaliter questionem sequentem Quare Cui
clericus Quare inquit per se nichil si-
gnificat et ideo ponatur questio signi-
ficativa Cui sacerdos questionem predictam
reduplicavit Clericus eciam responsionem
similem dedit Tunc sacerdos eum omnino
volens confundere vocavit unum nepotem
quem in psalmodia valde bene instruxerat
et ait ei Quare Qui respondit fremue-
runt gentes etc. Tunc sacerdos ad presbiterum
Michelius respondit nepos meus ad questionem
propositam quam filius vester Ille autem confusus
discessit Volens se vindicare de sacerdote
dixit quod una die volebat sibi confiteri
Qui dum confiteretur ait Maximum peccatum
inquit commisi domine et illud vobis
dicere nisi vna pretii pgit Cui pro-
mittente quod faceret ait frequentissime
commisi unum peccatum in scolis Nam fregi
rediupoi bardes in barbara ⁊ myxtile
Cui sacerdos Maximum peccatum est hoc et
ideo consulo ut ad episcopum vadamus Cui

cum rem gestam p ordine et questioz
simul' etiam a sacdote enarrasset intel-
ligens Epus altitudine clerici ait
sacdoti Et vos sacdos comisistis ne vn-
quam tale pctm Cui ait Absit a me
do Et Epus quia no fecisti id pctm
aufero vobis caliam et do isti clerico
Du igr in possessione intraret ipse
pntib; sc; patre et sacdote de hoc
quaplurimum contristato Clericus ait
sacdoti Quare et hoc freqnt' replica-
bat Item ad idem Refert Valerius
Qm cu Allexander accederet ad destru-
ctone quandam ciuitatum Occurrit ei
quidam clericus pfectus de familia sua
Et quia ille semp reprimebat impe-
tuosos motus ipius Allexandri dum
ingrederet' ad Allexandru inquit ut
faciam quod petis Tunc ille Ergo peto
ut no destruas tales ciuitates Tunc
Allexander miratus de tam subito
concesso iuramento ciuitates remisit
offensas Item ad idem legit' i libro
de vij donis spus sci Qm quidam cl'icus
fuit qui quandam mulierem corrupto
amore amauit Cum aut diu continu-
asset pctm iuit parisius p scia Cumqz
i deuocone scia profecisset ad suam
tam reuertit' et a muliere illa for-
tissime infestat' Cumqz ille no
posset temptacones eius frangere
duxit eam ad plateam ciuitat' quez
et dixit sibi ut in pncia cum se ad
peccandu pareret Quod illa renuens
dixit ei clericus Qui in scolis i quibus
fui tres lectones didici Prima e ut
plus timeam deum quam homines Et
ideo si i pncia hominu no paterer nec
in pncia dei qui vbiqz pns e Scda
lectio est ut attendam a quo auferam
uel aufero et furor castitatem meam
et tibi offero eam et tam pro vili
pcio aufero a deo tu eam nouu op
suspicone ordinis et tue committo
sacrilegium furtum transgressione voti
et i mundicie pctm offero ea dyabolo
pro nima et nimo nate Tercia lectio
est ut attendam quid sequitur ex pcto
scandalum proximi confusio mundi
et pena inferni hoc audiens mulier
pniam egit Item ad idem Fuit

quidam Parisius magr qui omnib; sco-
laribus suis qui eum continue au-
diebant quolibet anno daret florem
lilij Cumqz quereret' ab eo quare
hoc faciebat rndit Quia or sicut i
libro Est ibi triplex color qui de-
notat triplicem honestatem cordis oris
et intencionis Est ibi odor Qui
quamdiu no tangit' redolet sed si
tangat' fetet Sunt ibi septem
forme et vij grana Sic ergo clerici et
mei discipuli habeant plenariam ho-
nestatem fugiant consortia mulierum ornent
se vij virtutib; et odiant vij pcta mortalia
ideo do eis hunc florem Item contra de-
esse humilis legit' i libro de vij do s s
Qm fuit quidam magr parisius qui hunc
scolarem supbissimum Non credebat quod
sua psumpcone quod aliquis posset eum
superare Intrant aliqui scolas contra
eum questio disputat' ad instanciam
clericor Arguit' clericus p magrm
concluditur Qui confusus ad cameram
reuersus infirmat' et tercia die morit'
Plorat me et cum plangit nc egre-
diebat' cameram p dolore credens
inficasse eum p disputacone illa et
cu diliget confessus plorauit diuinam
clemenciam ut statum illius ostenderet
Apparuit ille incurabili tormento Cumqz
post multa vba petiuisset magr de
condicione et quarundam questionum Rndit
O miser et insensate i inferno nulla
conuisat' quo inst si est locus i mundo
qui tormentis careat et qui flammis
i vehementibus no vratur Item ad idem
Fuit quidam clericus de humili loco
positus in societate magror puer
venit ad eum cu bona quantitate pecunie
Ipse pauperes dixit patri Quod no diceret
esset ei filius Filius ponit' i
mensa cu magris pr cu garcionib;
post prandium filius dixit patri i
cameram vbi erant quod furaret'
eum quia multum expendebat
pr rndit Cum tu nolueris me reco-
gnoscere dum esses i mensa et nescio
quis es tu ymo nego te totaliter
esse meum filium et sic remansit
confusus

Cogitacio peruersa multa mala inducit in nobis. Primo est cordis impeditiua. Legitur in libro de vii donis spiritus sancti quod quidam bonus homo fuit qui ut liberius oracioni vacaret omnibus rebus temporalibus renunciauit retento sibi tantum asino in quo portabatur. Cum autem esset in una ecclesia et oraret vel predicaret vel missam celebraret cogitacio de asino inuadebat eum et dicebat: Si modo aliquis furaretur tibi asinum vel a lupo deuoraretur non esset solacium. Et sic impeditus a deuocione venit ad asinum et dixit: Domine asine plus volo vos perdere quam si perderem cor meum. Et eo vendito precium dedit pauperibus et libencius postea oracioni et predicacioni vacabat. Item ad idem refert magister Jacobus de Vitriaco quod quidam clericus de suis cogitacionibus conquerebatur eo quod impedirent cor suum ab intencione predicacionis vel oracionis. Quod cum audisset alius dixit sibi quod hoc esset ex pigricia resistendi et non ex vehemencia cogitacionum. Tunc clericus dixit: Si tu potes dicere vnum pater noster absque eo quod aliud cogitares dabo tibi equum meum. Qui cum accepisset statim cogitacio peruersa quia medium pater noster dixit inuasit eum et incepit cogitare utrum sella intelligeretur in obligacione equi et rediens ad seipsum confessus est veritatem et sic perdidit equum. Secundo est cordis vinculatiua. Legitur in vitis patrum quod quidam impugnabatur peruersis cogitacionibus carnis. Cum autem quidam senex oraret pro isto ut tales cogitaciones mouerentur ab eo nullus effectus subsequebatur. Inde et admirans senex flere incepit et in visione conspexit iuuenem illum sedere et ante ipsum mulieres in diuersis formis ludere. Cum autem non repelleret sed delectaretur vidit contra eum angelum quia non resistebat et tandem totum a deo postularet. Dixit sibi senex: Fili culpa tua est quia non proficiunt oraciones pro te facte. Relatis eum in cogitacionibus tuis malis et ideo impossibile est te aliorum precibus liberari quia sicut infirmus ex diligencia medicorum nisi abstineat a noxiis non potest curari. Item ad idem legitur ibidem quod quidam molestatus a cogitacionibus fuit conquestus cuidam seni quia cogitaciones polluebant cor suum. Tunc abbas pastor dixit: Exeamus extra ad aream aere. Cumque exissent dixit abbas: Expande sinum tuum et comprehende ventum ne recedat a te. Tunc iuuenis: Non possum. Tunc abbas: Sic nec cogitaciones potes prohibere ne introeant ne polluant. Tercio est ad culpam prouocatiua. Legitur vbi supra quod duo fratres vacantes cogitacionibus immundis fuerunt ipsi causa fornicacionis et ideo redeuntes ad seculum acceperunt vxores. Postea vnus eorum dixit alteri: Quid lucrati sumus pro istis immundiciis. Alter vidit dampnacionem eternam et dimissis considerans angelorum reuertitur ad heremum et contriti et penitentes recipiuntur per senem et cum annualem penam impleuissent anno iam elapso visitat eos senex et facies vnius apparuit pallida et alterius rubicunda. Requiritur a sene causa huius dissimilitudinis. Tunc primus dixit: Cogito acerbitatem penarum inferni que mihi deputantur ex enormitate peccatorum et ideo habeo faciem pallidam. Secundus dixit: Recolo beneficium dei quod mihi collatum est euadendo apparatum et auferendo penam inferni et ex hoc sum in continuo gaudio quare facies mea est rubicunda. Tunc cognouit senex quod essent veri penitentes. Quarto est superbie productiua. Legitur in vita beati Richardi quod cum semel deuote et ardenter predicaret cogitacio inuasit cor eius: Optime predicas quia multi flent compunguntur et libenter te audiunt prudentem et sapientem te reputant et in sanctitate proficiunt. Tunc attendens ad inicium et terminum peruerse cogitacionis dixit: Nec propter te nec a me sed a deo sunt hec omnia. Nec propter te incepi nec propter te dimittam. Tunc cogitacio recessit et perfecit sermonem suum. Quinto

est litigij causativa legitur in vitis patrum
Quidam frater venit ad quendam senem
causa visitationis et cum audivisset ma-
ximum litigium in cella et cum fuisset
ingressus neminem vidit nisi senem
solum. Cum quesivisset ab eo cum quo
litigaret. Dixit quod cum cogitationibus
suis que volebant ei ordinem et devotionem
impedire et sic ait enim duxerant
quod cum primum libros incepit gnedasset
et nullum verbum de eis in ope dei occurrebat
nisi umbra ociosa que contra audierat
Item ad idem legitur ubi supra. Quidam
quidam accessit ad Abbatem suum conquerendo
de molestia suarum cogitationum eo quod
existens in seculo sic non fuisset impu-
gnatus ab eis. Tunc Abbas inquit frater
tu vides quod palus vel rupis posita in aqua
faciunt strepitum ex resistencia sua. Si enim
palus aque non resisteret sed fluere cum
aqua nullus esset ibi strepitus vel liti-
gium. Sic dico tibi et illis qui non habent
cogitationes non habent spem vite eterne
quia non resistunt nec molestantur ab
eis et hoc totum fit ad augmentum corone
Item ad idem legitur ubi supra. Quidam quidam
senex interrogavit quendam peritum
Quomodo intelligebatur illud Arta est via que
ducit ad vitam. Dixit ille Strictum
est illud quod repellit aliud a transitu
et ideo quia cogitationes debent repelli cohiens
vel cor repellens et eiciens pravas
cogitationes dicitur arta via et stricta
vel alie. Quanto magis ambulat per pre-
ciam et infimis tanto minus timet
ambulare per strictam viam sed qui am-
bulat in altis sicut in ponte altissimo
tunc requirit maiorem latitudinem. Altus
locus est superbia. Infimus locus est
humilitas. Et ideo arta est via humilitatis
que ducit ad vitam sed lata est via super-
bie que ducit ad mortem. Item ad idem
legitur ubi supra. Quidam frater vexatus
per decem annos ab immundis cogitationibus
videns quod non posset repellere voluit
ad seculum redire. Cum autem viam iam
incepisset vox de celis facta ad eum
Isti decem anni sunt tibi imputati ad coronam
eo quod fuisti in continuo bello et non reliquisti
et duplicem tibi dabo. Qui rediens

liberatus est et deo serviuit. Sexto est
penarum accumulativa legitur in libro
de vij donis spiritus sancti. Quod fuit
quedam mulier confessa corpore tamen
immunda mente eo quod prave cogitationes
diligebat peccatum. Cum autem moreretur
et post multos dies mortis sue aperiretur
sepulcrum a pectore supra tota erat
combusta et a pectore infra remanserat
intacta. Item ad idem refert
Jacobus de Vitriaco. Quidam erat
qui innabili modo et tandem molesta-
batur a cogitationibus immundis. Cum autem
diversa consilia petiuisset ut posset
vitare et nichil profecisset per que tales
cogitationes voluit vitare et repel-
lere immundas unde incepit dicere
intra se Anime dampnatorum que fecerunt
hec peccata liberabuntur de mille annis
Et vidit sibi cogitando. Certe non
Numquam post tot mille milia quot
sunt gutte aque in mari. Item non erunt
conclusit Fugiamus quod est infini-
tum et adhereamus deo

Compassio cum peccata multa
bona in nos inducit primo
nutrit. Refert Valerius. Quod
quedam mulier fuit semel que fuit
adiudicata morti per Imperatorem Ro-
manum. Cum autem teneretur in carcere
et absque aliquo nutrimento dimitteretur
ibi due mulieres quidam cognate eius matri
rogaverunt custodem ut predictam miseram
possent libere visitare. Cuique ille
scrutatus pectibus et facta diligenti
examinatione an aliquid mobile
vel alimentum portaret. Cum cognovisset
eas nichil portare nisi personas
solum permisit eas ingredi nisi votum
et attendentes quomodo hec mulier
fuerat magne compassionis de ipsa
esset quelibet illarum extrahens mamillas
et de lacte illarum fuerat nutrita
et conservata a morte. Cum autem dies
indicium instaret et hec sine mutatio-
ne faciei esset inventa. Requiritur
ut nutrimentum suscepisset. Cum illa Co-
mpassione frater habui in corde meo. Et
ideo deus impsit in duabus dictis que me

nutrivit suo lacte Tunc Imperator
audiens novum modum compaciendi
ei de morte pepercit Hec mulier compa-
ciens morti est anima que commisit
offensam dei Carcer vero in quo clausa
manet est condicio peccati in qua existens
privatur omni beneficio ecclesie et omni
dono celesti Hoc attendentes due
domine paradisi scilicet misericordia et caritas dant
sibi nutrimentum lactis Et una dat
sibi lac devotionis scilicet misericordia et alia
compunctionis scilicet caritas quibus nutrita
anima deo grata efficitur et a dampna-
cionis periculo liberatur ¶ Quod Christum recipit
Refert Jacobus de Vitriaco Quedam
nobilis domina fuit semel que multum
compaciebatur infirmis et maxime leprosis
Totum autem oppositum erat viro suo
Cum autem quadam die quidam horri-
bilis venisset et vellet ei prebere
elemosinam Ille dixit Nunquam comedam
neque subsidium aliquod recipiam nisi
me duxeris ad domum tuam Que nimio
exposuit sibi quod vir suus odiebat le-
prosos Ille pro debilitate virium acriter
flere cepit Cui compaciens illa domina
ipsum propriis manibus elevans ad hospicium
suum duxit Cumque gemens et flens sup-
plicaret dicens ut in camera et in
lecto proprio ipsum ad quiescendum poneret
Illa compassione victa licet revereri
virum suum de venacione cito rediturum crederet
sua peticione complevit Eo igitur quiesce-
nte in ipso lecto et in propriis pannis vir suus
de venacione reversus et fessus ad came-
ram quiescendum accessit Cumque domina
volens eum retardare timens de mor-
te leprosi et sua Ille cum indignacione
cameram ingreditur lectus ornatus
conspicitur Camera redolet super omnia
aromata Cumque requisivissent causam
inventum est quod Christus compassionis diligens
per dominam fuerat receptus ¶ Item
ad idem legitur in libro de vii donis
spiritus sancti de beato Martino qui invenit
unum hominem tam infirmum quod omnia
membra sua erant corrupta Cum
autem rogaret beatum Martinum ut sub-
veniret ei compassione motus eum
in propria cappa involvit et in scapulis
portavit et cum appropinquaret monasterio
Angelus dixit Abbati Percurrite

beato Martino qui portat deum in scapulis
suis Cumque occurrissent ei infirmus
saltavit in aere et dixit Martino Beatus
es quia portasti me in humeris tuis
quia propter hoc gloriam et dona fulgentem
tibi dabo ¶ Tercio mortem excludit legitur
in libro de vita et passione sanctorum patrum
Quidam fuit quidam frater qui dum per viam
incederet quendam mendicum qui naufragium
passus fuerat cum magno frigore vidit
deficere Cum igitur expoliasset se et dedisset
sibi meliorem vestem quam habebat Ille ali-
quantulum recreatus vestem vendidit et
iterum nudus mendicare incepit Quod
cernens frater incepit dicere Non sum
dignus ut vestes tante precii ossa
pauperum contegant Non sum dignus
ut mei memoria fiat et pro me
apud salvatorem intercedat Cum igitur
fleret vidit dominum Jhesum Christum indutum
sua veste dicentem sibi Consolare fra-
ter mi quia ego habui vestem tuam
eo in compaciendo impedisti tenebras
meas portavi et a morte spirituali te
liberabo ¶ Item ad idem legitur in libro
de vii donis spiritus sancti Quidam Alexander
papa in quodam sermone dixit Quod omnia
membra totius corporis insurrexerunt
contra stomachum et contra cor eo quod
videretur eis quod omnia alimenta retineret
sibi et ideo traxerunt se ne eis mini-
straret nutrimentum Tunc membra inceperunt
languere quod minuerunt stomachum
et cor nutrimentum prandendo et tunc ab
eo receperunt nutrimentum Proprie loquendo
spiritualiter Stomachus est ecclesia
Cor autem dans vitam est Christus Sed mem-
bra sunt potentes et divites huius mundi
Cum igitur compassio subtrahitur fidelibus
tunc sua beneficia retrahit Sed cum homo
impendit deus eciam augmentat
¶ Item ad idem ponitur fabula
Quidam mures ludentes cum leone unus
cecidit iuxta eum Cum leo eum arriperet
et devorare volens dixit mus domine
in vobis est summa compassio nec decet
ut intamini tam vili cibo Cum igitur illum
dimisisset et leo venaretur in nemore
in pedica fuit captus Quod agno-
scens mus accessit et dixit Domine pietatis
vestre et compassionis qua habuistis de me
liberabo vos et accedens ad cordulas illas

cum dentibus fregit et laxato instrumento
liberavit leonem. Leo est princeps inimicus
est principalis persona que in medio celeum
causa est capta perennis. Si ergo compatitur
in pedissequa mortis habebat liberatorem.
Si autem non compatitur capietur per demones.
¶ Tertio peccatum incipit. Refert Anglicus.
Quod semel fuit quidam sapiens qui ibat
per mare. Dum autem tempestas maris
irrueret unde invalescente mari iste
sapiens mirabili modo timere cepit
et flere. Transacta autem tempestate
unus nauta increpare eum incepit
eo quod timuisset. Tunc ille ait: Si ista
navis fuisset plena canibus compassionem
habuissem. Et ideo non est mirum si compassionem habui de animabus Christi sanguine
redemptis que ita apud vos viles
reputantur ut non sint digne dono
sed maledictione eterna; tunc illi ex compassione
viri sua peccata egerunt. ¶ Quarto angustiam
compassione inducit. Refert Eraclius. Quod
cum quidam Eulogius omnia bona sua
propter Christum cum magna compassione pauperibus erogasset vidit quendam infantulum privatum omni compassione membrorum
quod non remanserat sibi nisi loquela. Tunc
Eulogius dixit Deo: Domine, ut tua compassio et pietas me recipiat hunc accipio ut toto tempore vite mee ei serviam.
Cum autem per xv annos servisset illi
instinctu dyaboli eum cum tormine cum verbis
contumeliosis dehonestare cepit quod propter
hoc ut omittens servicium infirmus
furiose clamabat ut in platea poneretur.
Tandem in quam ductus ad beatum Anthonium
dixit ei beatus Anthonius: O infirme qui
ministrat tibi; et ideo nolite ab invicem
separari quia virtus compassionis preparat
nobis coronam in celis.

Accedens ad sacram communionem debet
habere has condiciones sequentes.
Primo enim debet esse contritus.
Legitur in libro de vita et institutione fratrum
predicatorum. Quod quidam frater bonum intraverat
quandam ecclesiam ut missam audiret. Unus
illorum vidit quod dum sacerdos illius ecclesie
se indueret in superpellicio erant plicati
duo serpentes. Cum autem celebrata missa
vestes deponeret apparuerunt tres dracones
ipsum cingentes. Cum autem ille bonus
frater horrore perterritus secrete et ad partem
hec sacerdoti indicasset, ille prostratus

ad eius pedes confessus est sibi quod habebat
peccatum invidie de quo non erat contritus.
Cui frater: Innocens fecisti cum ea. Cui
ille: Dixit. Tunc ille: Draco unus est peccatum
invidie quod commisisti. Secundus draco
est peccatum mortale quod est hodie sacrum.
Et sic contritus plenarie et confessus
Deo devote servivit. ¶ Item ad idem fuit
quidam religiosus qui adhesit cuidam
peccato mortali, licet confiteretur frequenter
tamen cum celebrare voluit presbiter
abstinere. Cum igitur uno die missam
diceret facta elevatione corpus Christi
disparuit. Et cum venisset ad agnus
quesivit eum per altare et non invenit
et conscius de sua malicia incepit
flere. Tunc vox insonuit de medio
altaris: Super dorsum meum fabricaverunt
peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.
Tunc sacerdos contritus et plenarie Deo
se humilians hostia ei apparuit et confessus
omnia peccata agens servivit Deo.
¶ Secundo debet esse confessus. Refert
Cesarius. Quod fuit quidam sacerdos
qui in nocte nativitatis domini de villa
descendens ad ecclesiam invenit mulierem
carnaliter peccavit cum ea. Cum autem dicto
matutinis se induisset ad celebrationem
misse propter verecundiam noluit hoc confiteri.
Cum autem post consecrationem ad quidam
venisset venit columba et corpus Christi
secum portavit. Cum autem presbiter
quod faceret timuit missam. Cum autem
sequenti die et tercia hoc accidisset postposita
verecundia cum maioribus lacrimis cuidam
abbati confessus fuit suum peccatum.
Cui iniuncta sibi penitencia ut in parte tu
sisteret et ibi per tres annos infirmus
serviret. Et nichilominus diu increpasti in
celebravisset ille in media missa incepit
et facta consecratione ecce columba
descendit et tres hostias in altari
posuit et tamen de liquore altari scilicet in
calice exposuit. Quidam ille in tribus
diebus de vino posuit in calice. ¶ Item
ad idem. Refert Cesarius. Quod quidam
sacerdos turpissime vivens ad celebrationem
misse accessit. Cum autem dispositione
tot serpentes exibat de sinu eius
quot sacerdotes assumpsit et tot serpentes
sicut exiverunt tot redierunt

cui vno maiori. Cum visione ei declaratis extitit multa peccata mortalia est confessus de quibus alias non fecerat mencionem. Tunc monachi qui visionem viderunt glorificauerunt deum. Item ad idem Refert vbi supra Quod in Colonia fuit quidam sacerdos qui immunde viuens rarissime confitebatur. Et ideo dum celebraret quadam die post consecracionem corpus et sanguis disparuerunt. Et cum quereret cum lacrimis suis quod eius missam audiebat vidit nubem descendentem de celo corpus et sanguinem accipientem et ad celum portantem. Tunc cum sacerdoti retulisset ille contritus emendauit vitam suam. Tercio debet esse deuotus Refert vbi supra Quod fuit quedam mulier que ex deuocione communicabat frequenter. Cum ergo tediatus sacerdos communionem semel negaret et ipsa cum lacrimis remaneret iecta deo se humiliter commendasset Subito vidit quendam sacerdotem et accepta pixide in qua corpus christi tenebatur ad communicandum eam accessit. Et percepta sacra communione sacerdos celum ascendit relicta muliere in maxima deuocione. Item ad idem legitur in libro de vita et passione fratrum predicatorum. Quod cum fratres non sacerdotes communicarent quadam die visa est multitudo magna angelorum a quodam fratre sancto quorum aliqui ducebant illos qui debebant communicare et alii tenebant lintheum deauratum coram eis. Quarto debet esse mundus legitur in quibusdam miraculis de corpore christi. Quod quidam homo immunde vite ad sacram communionem accessit. Tunc quedam sancta mulier vidit duos sacerdotes vnum enim sacerdotem parochialem et alium fulgidum sibi ignotum. Cumque prius sacerdos voluit eum communicare illum hominem immundum sacerdos fulgidus accepta hostia posuit in ore cuiusdam fidelis et sancti christiani. Cum ergo interrogaretur sacerdos ab illa muliere quare hoc fecisset Respondit Non est homo iste dignus et pone in carcere fetidissimo et obscuro et hoc dicto disparuit. Item fuit quidam qui

cum in die pasche appropinquans ad sacram communionem continue corpus christi resilijt et hoc ideo quia in illa nocte cognouerat vxorem suam et confessus cepit penitentiam et postea communicauit. Item ad idem legitur in libro de vij donis spiritus sancti Quod quidam sanctus episcopus suos subditos in die pasche communicabat et dum instaret apud deum ut sibi dignaretur ostendere quales peccatoribus essent vidit quosdam nigros sicut pix alios ignitos ut ferrum alios sanguinolentos alios fulgidos sicut sol. Cui apparens angelus dixit Nigri sunt luxuriosi. Igniti sunt auari. Sanguinolenti sunt iracundi qui non fuerunt digni tanti percepcione sacramenti. Sed huiusmodi sunt penitentes et mundi qui cauent a peccato. Quinto debet esse preuentus et purus legitur in gestis sanctorum episcoporum. Quod quidam ciues in die pasche sumpta communione dederunt se lasciuiis et ebrietatibus. Tunc ira dei descendit super eos. Nam de eorum ore exibat sanguis fetidus et reflexus ad anhelitum subito suffocabat eos. Ignis sine flamma sic redundabat ut dextras ponens eorum omnia viscera penetrabant. Aut sicut dracones pestiferos in via dimittit sic quod nullus poterat egredi sine morte. Cum autem quidam sanctus oraret ut deus placaretur huic populo vel saltem causam tanti flagelli aperiret ei angelus et proposuit ei questionem. Si quis accepit filium imperatoris et poneret in carcere fetidissimo et obscurissimo et hoc pro vili re quid deberet fieri de tali imperator. Cui bonus homo. Talis deberet interfici et cum talari membratim. Iste dixit angelus propono aliud dubium. Quis accepit pixidem in qua reseruatur corpus christi et in fetidissimo luto in platea multorum proiecit et abscondit. Quid ergo debet fieri de tali. Ait sanctus Cremari sicut hereticus. Tunc angelus dixit Tales sunt ciues isti quia ciuitatis Nam filium dei posuerunt in fetidissimo et obscurissimo carcere et vltimus proiecerunt

scdus

et corpa corum in quibus fuit positum et
consuatum corpus domini proiecerunt in luto et
in fimo fetidissimo civitatis vindicatum
enim non est mirum si istis vel maioribus
puniatur. Qui cum hec audisset apud
pontificem quendam agentes liberati sunt
Exemplum de eo quod credere legitur in gestis
beati Gregorii. Quod cum quedam matrona commu-
nicaret ab eo et porrigendo hostiam
diceret Corpus Christi custodiat etc.
Illa incepit ridere. Tunc statim manum
retrahens sub coniuracione requisivit
causam sui risus. Tunc illa: Heri ma-
nibus meis hunc panem feci. Et nunc
miror quod vos dicitis quod sit corpus domini
Tunc flens beatus Gregorius una cum
populo cepit deum rogare ut dignaretur
sua potencia demonstrare. Statim species
panis mutata est in speciem carnis
Quod videns mulier cognovit peccatum
suum et conversa est.

Confessio multa bona inducit in
nobis. Primo est peccatorum occultati-
va. Dicitur quod quidam miles
habuit scutiferum suspectum quod adul-
terium committeret cum uxore sua et ideo
duxit eum ad quendam demoniacum qui reve-
labat peccata occulta. Cum autem scutifer
hoc percepisset ut haberet sacerdotem cui confiteri
posset fuit confessus suo socio. Cum autem
requireretur demoniacus an illud nepha-
rium scutifer commisisset respondit: istum
non cognosco quia fortiter flevit. Exemplum Iste
ad idem fuit clericus quidam sancte vite
quem dyabolus accusavit de crimine ad
suum episcopum. Citatur per episcopum negat
Sed dyabolus assignat tempus et locum et
personas expressit. Ad hoc attendens cle-
ricus plenarie est confessus. Et cum
venisset ante episcopum nichil inventum
est contra eum et sic dyabolus reces-
sit confusus. Exemplum Item ad idem legitur
in miraculis beate Marie virginis. Quod
quedam vidua fuit in Roma que
habens filium multum sibi dilectum et
ab eo concepit et conceptum peperit
filium eum interfecit. Cum ergo per
multos annos in peccato mansisset po-
nitus inconfessa dyabolus eam ma-
liciose apud imperatorem accusavit
Et in signum veritatis diem horamque

et horam posuit et instrumento
publico et diem quo mortuus fuit
filius. Cumque ad diem assignatam cum
aliquibus suis compareret cum lacrimis
ad confitendum accessit. Cum ergo fuisset
confessa dyabolus protulit cartam
et nichil est inventum contra eam
et sic dyabolus recessit confusus
et domina fuit liberata. Exemplum Item ad
idem refert Cesarius. Quod cum quidam
monachus cum peccato mortali chorum
legeret dyabolus intravit et in eum
cunctis omnibus advenientibus sua peccata
dixit. Cum ergo quidam accedens fuisset
confessus per eum ille cum contricione
ad sacerdotem accedens confessus est
plenarie peccata sua. Et cum preteriret
ante eum et iterum a circumstantibus incitaretur
ut diceret quis esset. Respondit demoniacus
sanctus et iustus est. Cumque ergo
requireretur quare malum primo de
eo dixit. Respondit: nunquam enim
novi. Exemplum Secundo est demonis deceptiva
legitur in libro de vita et perfectione
fratrum predicatorum. Quod duo boni
fratres errabant in montibus Ymbrie Hibernie
qui viam invenire non valentes dum
aspicerent ante se viderunt quendam
hominem parve stature quem cum
vocassent fugere eos cepit. Cum ergo
eum secuti fuissent et attigissent
requisitam viam respondere noluit. Et
tunc inquirerent quis esset. Respondit:
xxx annis hic demonibus feci
homagium feci et sigillum in manibus
meis porto et quicquid precepit facio.
Cumque unus illorum predicaret ei
acerbitatem penarum inferni et vilitatem
peccati manifestaret et infinitam domini
misericordiam compunctus petivit quo-
modo posset salvari. Tunc frater: Confitere
integre peccata tua quia virtus con-
fessionis tanta est quod omnem potestatem
dyaboli frangit mitigat iram dei
et inducens omnem virtutem. Cum ergo
ille cum perfecta contricione esset con-
fessus sigillum demonis de manibus

sius est abrasum. Tunc fratres ut
cognoscatis magis plenarie ad(hu)c
virtutem confessionis scitote hic in ne-
more et si dyabolus cui fecisti ho-
magium venerit et te non cognoverit
deus indulsit tibi peccata tua. Qui
confisus de divina misericordia demonem
expectat et cum magnis equita-
turis venit et interrogavit hominem
si suum servum non vidisset. Cui iste
rndit Ego sum ille qui tenuta
annis servivi tibi. Tunc dyabolus
Mentiris numquam vidi te sed quero
illum qui sigillum habet in manibus
suis meum. Ille hoc audiens
accessit ad fratres et eis omnia
narravit Et postea servivit deo
perseveranter. Item ad idem legitur
in libro de septem donis spiritus sancti
Quod fuit quidam flagiciosus qui
erat deditus voluntati demonis
Cui demon in humana specie apparua-
ret Cum autem quadam die ipsum
invitasset ad balneum ut suffocaret
eum dum irent et ille inveniens
timeret invito dyabolo et prohibente
ingressus est ecclesiam invento
sacerdote cum magna contricione
confessus est peccata sua extra ecclesiam
expectante dyabolo Et quia demon
ingredi non audebat omnes qui
intrabant ecclesiam rogabat ut
suum socium festinarent Ille confessus
exiens interrogaret si invenisset
socium suum Cui inveniens ego sum
Tunc demon Mentiris Ita video
angelum dei iuxta te Tunc inveniens
stupens et se muniens signo
crucis demone remisit confusum
Tercio est membrorum exaudicio
Audivi a quodam predicatore fide
digno Quod semel duo predicatores
ibant per viam quorum unus erat
penitenciarius domini pape et studiosus homo
Et alter erat multum innocens
et pius Cum ergo venissent ad
quoddam castrum in quo erat mu-
lier que adulterium commiserat

cum quodam de parentela sua et propter
enormitatem et erubescenciam humana
videlicet annis absque confessione
retinuisset Cum vidisset istos fratres
extraneos in ecclesia celebrantes
dixit intra se Isti non cognoscunt
te nec umquam viderunt ad istos fratres
et ideo istis dicas peccata tua Celebra-
ta missa ad penitenciarium accessit statim
fratre ex opposito Et cum peccata sua
confitetur ad qualibet confessionem
cuiuslibet peccati unus buffo exibat
de ore eius et saltando exibat
Tandem confessis omnibus peccatis
cum venisset ad illud pre verecundia
noluit confiteri Et dum absolveretur
a penitenciario et ipsa vellet recedere
socius penitenciarii vidit quod illi buffones
qui exierant cum uno maiori et
enormis forme statim ingressi sunt
os mulieris et ventrem non confesso
peccato mulieris Recedunt fratres Et
cum per unam leucam ivissent Socius
revelat penitenciario visionem quam
viderat Qui contritus dixit
Certe aliquid celaverat in confessione
Et cum redissent ad eam invenerunt
quod erat mortua Qui contristati
modo mirabili cum ieiuniis et
oracionibus inceperunt implorare divinam
misericordiam ut deus dignaretur
ostendere quid significaret visio
Tercia die apparuit eis mulier equi-
tans super dracone et duo serpentes
crudeles cingentes collum eius
sugebant eius ubera duo buffones
erant terribiles super eius oculos
ac de ore eius ignis sulphureus
exibat duo canes devorabant manus
eius crudeliter et due sagitte ignee
emittebantur per aures eius In capi-
te eius stabant latte Quam cum
vidissent fratres territi corruerunt
Tunc illa Nolite timere amici
dei Nam ego sum illa maledicta
mulier que fui alia die vobis
confessa Et quia celavi in confessione
tale peccatum ideo sum adiudicata huic

pene perpetuo. Tunc penitenciarius: Adiuro te per deum vivum et per matrem eius ut informes me de duobus dubiis. Primo quid significant hec diversitas penarum. Tunc illa: Lacte capitis ista punitione ornamentorum. Bufones in punitione corruptorum affectuum. Sagitte ignite in punitione corrupti auditus. Ignis oris in punitionem diffamacionum cancionum et immundorum verborum. Serpentes sugentes ubera quia sustinui immundos tactus. Crudelitas tamen in punitione tactuum immundorum. Et quia multa bona dedi porcis de quibus poteram nutrire pauperes propterea nutrio super hoc dracone qui inexpressibili dolore cruciat et comburit omnes tybias meas et omnia viscera mea in punitione immundarum operacionum. Tunc penitenciarius: Rogo ut solvas secundum dubium meum. Que sunt peccata ex quibus homines magis ad infernum descendunt vel dampnantur. Tunc mulier: Homines propter omnem viam peccati ad infernum descendunt sed mulieres per quatuor genera peccatorum. Per peccatum luxurie per peccatum vani ornatus et picturis (picture) per peccatum sortilegii et per erubescentiam confessionis. Cum hoc interrogaretur si posset iuvari draco cum mirabili cruciatu subito eam elevans ad infernum portat. Item ad idem legitur in libro de septem donis spiritus sancti. Erat quidam iustus et honestus valde qui habens uxorem sterilem rogaverunt ambo deum ut si in fine eorum eis prolem concederet eam divino servicio mancipiret. Cumque exauditi a deo filium habuissent et transacto tempore monachum statuissent sanctissime suo creatori servivit. Et quia pater alium filium non habebat una cum uxore sua facultates suas sic distribuerunt pauperibus ut iam pres pauperum vocaretur. Cum autem quidam invidie fautor dei adamasset uxorem illius inclinata ad peccatum ab eo concepit filium et conceptum

occultat continuando et augmentando largicione elemosinarum dictarum. Tandem peperit filium et extinxit propriis manibus et sub lecto ipso sepelivit. Tandem moritur eius maritus quo mortuo plus libidini cepit vacare. Et eodem secundo concepit filium et extinxit propriis manibus sicut primum nec confitetur peccata alicui sed in multitudine elemosinarum confisa. Est mortua sine confessione et in infernum portata quae sperabat sine confessione salvari. Cuius morte audiens filius eius monachus instanter pro ipsa incepit orare ieiunare celebrare disciplinas recipere. Et cum quadam die devotissime celebraret vidit matrem suam inter se et duos dracones terribiles mamillas et totum corpus eius cruciantes. Cum autem filius interrogasset qualiter ei esset. Respondit flens et eiulans quod dampnata esset propter verecundiam confitendi quia nullum bonum proficit ubi virtus confessionis deficit. Tunc filius: Quid significant isti dracones. Tunc mater: Isti sunt quos nutrire debui propriis manibus extinxi et ideo sunt michi dati in pena eterna. Quarto est deo reconciliativa. Legitur in libro de septem donis spiritus sancti. Erat sacerdos devotus qui celebrata missa retro altare vidit dyabolum scribente in pargameno longissimo. Cumque pergamenum ei deficeret cepit cum dentibus ampliare modo sutoris ut maiorem posset recipere scripturam. Ad que attendens sacerdos in virtute ihesu christi dyabolo precepit ut in presencia totius populi dixisset quid ibi scripsisset. Respondit demon: Hic scripsi omnia mendacia detractiones aspectus impudicos cogitaciones immundas vanitates et omnia peccata populi tui que hodie in ista ecclesia commiserunt que facta in ecclesiis multum deum offendunt et letificant nos ministros dei

Tunc sacerdos assumpto pergameno et
lectis peccatis ipso nunciauit Cumque
ad monitorum sacerdotis perfecte fuissent
contriti et confessi tota illa scriptura
fuit deleta et demon recessit confusus
Item ad idem legitur quod cum sanctus
paulus simplex staret in foribus cuiusdam
ecclesie venit vnus iuuenis compositus
et ornatus super cuius humeros stabat
dyabolus ipsius facie(?) et cum fimo
et cum alijs spurcitijs implebat faciem eius
et eum totum Angelus autem bonus
sequebatur eum a longe confusus
tristis et verecundus Ingreditur iuuenis
ecclesiam et audit verbum prophete
lauamini et mundi estote Cum autem ex
hijs verbis premeditatus fuisset contritus
et confessus et egrederetur de ecclesia
vidit beatus paulus quod bonus angelus
amplectendo eum tenebat et cum
lintheo pulcherrimo tergebat oculos
faciem et tota membra Demon vero
sequebatur a longe verecundus et
confusus Tunc sanctus vocans iuuenem
requisiuit quid operatus fuisset in
ecclesia et cum sciuisset quod fuisset con-
fessus sanctus narrat visorum sibi
visum et sic seruiuit deo Item
ad idem legitur in libro de septem
donis spiritus sancti Quidam clericus
in diuersis peccatis implicatus deo inspi-
rante conuersus est et peccata sua scri-
bens iuit parisius ad sanctum victorem
Et quia pre nimio dolore non poterat
legere suam scripturam confessori
suo eam tradidit et etiam ipse
videret sic vel non Confessione
facta reuertitur de penitencia sibi iniuncta et
vocatis multis cum locellum aperuisset
inuenit totum deletum et pergamenum
mirum mundum et album ac si nunquam
ibi scriptum fuisset et rediens re-
nunciauit ei quia deus pepercit
Quanto est demonis inimica
Refert Cesarius Quidam doctor
vtilis fuit parisius de ordine
fratrum predicatorum cuius nomen sanctus
Thomas de aquino Cum ad infirmarium
et dyabolus cursiret per eius cameram
non valens ferre eius perfectam sanctitatem
Tunc sanctus Thomas vocauit eum
Tunc totus timidus stetit in angulo
tamen clamabat Dimitte me lucerna
veritatis quia nichil pro nobis Cumque
sanctus Thomas precepisset ei ut
diceret quid plus odiebat in religione
christiana et quid plus ei noceret Cogit
demon coactus dico sed inuita tua
cogit et ideo dico quia confessionem
plus odio quia plus nocet Nam
peccata mortalia prouocat iracundia
aufert beneficia tenet peccatores li-
gatos sed confessio omnia soluit Item
ad idem Refert Jacobus de vitriaco
Quidam magnus peccator cum infir-
maretur ad mortem dyabolus timens
ne confiteretur in forma sacerdotis ei
apparuit Cui confessus dum post
mortem ventum fuisset ad iudicium
demon allegauit eum non fuisse
confessum eo quod ipse deceptorem
audierat sed sancti angeli oppositum
asserebant eo quod contritus fuisset
et ex impositione demonis locum
sacerdotis tenentis alteri sacerdoti non fuisset
confessus Cum ergo iusticia diuina
mandasset ut ad corpus rediret
et confiteretur si vellet liberari demones
inceperunt clamare Traditus est
ei gladius iure impugnatione Item
ad idem Fuit vnus sacerdos immunde
viuens in Colonia qui suspendit
se Cumque eius concubina audisset
mortem eius terribilem monasterium
ingressa Cui dyabolus apparens
in specie sacerdotis infestabat eam ut
confiteretur sibi que remens(?) et
stupens cum venisset ad conuentum
fratrum predicatorum ut confiteretur Porro
demon clamabat per aerem nunquam
te temptabo solum quod non confitearis
quia hoc est verum venenum propter
hoc illa non dimisit sed confessa est
Porro dyabolus recessit confusus
et sic fuit soluta a seruitute dyaboli

Item ad idem legitur de vita et professione fratrum predicatorum. Cum quidam frater audiret confessionem cuiusdam peccatoris vidit in collo eius cathenam qua tenebat dyabolus in specie humana usque ad portam ecclesie, et confesso uno peccato cadebat unus nodus, et facta confessione cathena penitus est destructa. Cum autem dyabolus vagaretur de porta ecclesie ut unum nodum dimitteret, tunc frater dixit illi: Vade et dic illi homini qui stat in porta ecclesie quod si vult confiteri veniat. Cum autem dixisset ei, dyabolus clamavit volando per aerem: Maledicta sit confessio que de inimicis amicos facit. Item ad idem fuit quidam clericus qui diversa peccata habebat, et dum sermonem in domo predicatorum audiret fuit valde compunctus et per totam noctem revolvit peccata sua cum proposito confitendi. Crastinum illi fratri qui predicaverat iuit in aurora ianuis clausis; eo autem iam inducto in sua camera apparuit ei quidam senex album tenens crucem in manu, qui dixit ei: Pax tibi. Tunc clericus quesivit quis esset vel quid vellet. Qui dixit: Ego sum Christus, qui attendens ad bonum cogitatum tuum veni te informare de via salutis. Disponis confiteri illi iuveni qui heri predicabat, qui non habet scientiam iuvenis nec discretionem, licet ille sit lector. Consulo ut vadas Parisius. Tunc iuvenis: Non esset melius ut isti dicerem, quia timeo de morte? Non, quia iste audiens peccata tua ita terribilia deduceret te in desperationem. Nec oportet te dubitare de morte, quia ero tuus defensor. Cumque ille acquiesceret, senex putat ei crucem et dixit: Adora hunc deum qui est hic in trinitate. Iuvenis sicut didicerat ab illo fratre in quodam sermone flexis genibus dixit: Sic adoro Ihesum Christum deum verum et hominem de virgine natum pro nobis peccatoribus crucifixum, et in signum vere adorationis huius sue ymagini non tanquam deo sed tanquam ymagini genua flecto. Tunc senex hec audiens versus in colorem carbonis incepit clamare: Maledictus sit qui te docuit. Fuge via mea et adherere proposito destr[illegible]nico. Et dimissa camera cum horribili fetore tanquam fulgur evanuit. Ille dominus subito exiens et ad ecclesiam fugiens fratri generaliter est confessus, et facta absolutione ut cognosceret flagitia (fallacias) dyaboli apud curiam romanam eum misit ut cum magistris in theologia de suis peccatis collationem haberet, qui nichil invitantes in consilio dicti fratris, letus rediens deo ex corde servivit.

Cui senex

Sexto est confessionis probativa. Refert Vincentius. Cum quedam nobilis domina fuisset Rome, que ex viro suo filium habuit. Cum autem filium ipsum diligeret eximia dilectione, in lecto suo dormire faciat eunti viro suo ad peregrinationem ad sepulcrum domini. Hec a proprio filio impregnata, et malum malo coniungens, dum filium peperisset extinxit. Tunc facto vivo anno demon in specie clerici simulatio imperatori se obtulit et revelabat omnes latrones et maleficos occultos. Cum autem quadam die imperator pro tribunali sederet, clericus surrexit et sibi iusticiam fieri postulavit; exponit causam. Stupent omnes et dolent eo quod illa domina pro matre pauperum et castitatis nominaretur. Sed ne iusticia deficeret citatur ut ad obiecta responderet si posset. Cum ergo ad statutam diem venisset et dyabolus in specie clerici audacter proponeret, requisivit quod si verum esset quod ipse asserebat ipsa combureretur; si vero e contra non posset probare, ipse esset comburendus. Pro ea contendit domina, sed petiit breves inducias respondendi. Cum autem concesse fuissent ab imperatore, ipsa cum lacrimis ecclesiam beate virginis confisa intravit et eius [illegible] confessa est omnia peccata cuidam sacerdoti, qui [illegible] oratione ei iniungens eam humiliter beate virgini commendavit. Venit mulier ad diem statutam, et requisito clerico sibi verum et imposuit ut probet illa de quibus illam dudum accusat. Cui demon vel clericus hic dixit: Nunquam accusavi ego quam tante sanctitatis

N° specie

est quod beata virgo cum suo pallio eam
tenet coopertam. Tunc omnes pre
stupore signo crucis se signantes
viderunt clericam ad modum fulguris
ab eorum aspectibus avolare et sic domina
fuit liberata. ¶ Item ad idem. Refert
Cesarius. Quidam miles fuit
qui habuit uxorem ex ea suscepit
filium qua mortua cum quandam con
traxit que nullum potuit habere
filium sed sterilis permanebat. Cum
ergo hec domina videret puerum prime
uxoris proposito veneno interfecit
ipsum. Quo mortuo cum semel
audito sermone esset compuncta flevit
uberrime et doluit de peccato patrato
nec viro suo diceret quod ipse dispensatione
mortis filii sui lugeret. Sic ergo
peccatrix contrita fuit cuidam sacerdoti
confessa. Qui iniunxit sibi quod in
quartis feriis ieiunaret in pane
et aqua camisiam non portaret cin
gulum ferreum iuxta carnem
deferret et disciplinas cum cathenis
ferreis ter in septimana reciperet.
Cum illa humiliter acceptasset et con
tinuaret sine defectu dyabolo insti
gante sacerdos ille habuit iram cum
fratre illius domine confesse. Et quia
domina fratrem suum carnalem sustinebat
et non iniustas iniurias sacerdotis, sacer
dos attendens ad virum suum totam
confessionem per ordinem revelat.
Cui non credens miles dixit sacerdos
In signum veritatis invenies quod
ipsa complet per me sibi iniunctam
penitentiam et hec in tali die. Miles ergo
volens veritatem scire finxit se
ire contra ferra ad partes longinquas.
Eadem domina hora prandii se
genuisset in sua camera et verberasset
se usque ad sanguinem sine mappa
posuit se ad comedendum panem
et aquam portato per totam diem
cingulo ferreo ad carnem. Dum
ergo sic esset vir suus subito hos
pitium ingreditur portas camere

frangit et aspexit mensam domine et
vidit ibi mappas candidas carnes
delicatissimas vinum per optimum
et vocans eam dixit ut expoliaret
se ibi. Que confisa de misericordia dei
preceptum viri implet et carnes eius
apparuerunt ita albe et nitide sicut
carnes pueri et cingulum ferreum
fuit factum sericeum. Tunc domina ad
virum domine quid vult de me et cur
hec fecistis. Tunc miles. Talis sa
cerdos dixit michi quod tu commiseras tale
peccatum et ideo pro illo peccato faciebas
hodie talem penitentiam et ideo probare
volui et inveni quod falsum dixerat.
Tunc domina sentiens sibi gratiam factam
a deo hec revelavit cuidam sancto viro.
¶ Item ad idem ubi supra. Quidam
piscator esset adulter pessimus attendens
quod debebat in curia accusari confessus
est plenarie peccata sua. Et quia mos
erat illius terre ut negans accu
sationem acciperet examen candentis
ferri. Interrogato confessore quid
faceret. Audit confessor. Confide
de misericordia dei et de virtute con
fessionis cum ad examen fueris
deductus accipe ferrum quia bonitas
dei te adiuvabit. Qui se putavit
examinandum a ferro ignito non est lesus.
Cum rediret ad propria patria et a
quodam socio inquireretur quid possit
negare. Ille dixit socio unum scio
quod ita parum nocebit michi sicut ista
aqua. Et mittens manum ad aquam
arsit et totaliter est combusta. ¶ Refert
qui supra. Quidam miles suspica
batur de uxore et de uno sacerdote quod
occulte peccabat. Cum miles volens
veritatem probare ivit ad quendam
demoniacum cum sacerdote. Hoc attendens
sacerdos intravit in stabulum et
confessus fuit vitium suspecto venit
cum demoniaco. Cui dixit miles
si sciret aliquid de uxore sua et
sacerdote. Cui ille Nichil scio sed
in lingua latina subiunxit iusti
ficatus est. ¶ Contricio est dolor

in stabulo

mitigatiua Refert qui s(upra) q(uod) cu(m) fuit
quida(m) rusticus nomine henricus
qui cum infirmaret(ur) vidit sup(er)
se lapidem ignitum in aere Cum
tam ex eius ardore nimi(u)m clama(ret)
lapis qui iminet pavimento inde
totum incendit Vocatur sacerdos
et facta confessione repit q(uod) quenda(m)
lapidem mutaverat ad ampliandu(m)
suor(um) agror(um) Tand(em) facta absolucione
et satisfaccione liberatus e(st) ab illa
visione Et Ultimo e(st) tempestat(is)
elongatiua Refert qui s(upra) q(uod) cu(m)
multi peregrini transfretando essent
i(n) p(er)iculo tempestatis dum naute
desperarent Unus int(er) eos peccator
maximus surgens coram omnib(us)
dixit Credo carissimi q(uod) propter
peccata mea hec tempestas e(st) orta
ideo rogo ut omnes audiatis
confessionem meam Cum ergo
evomuisset talia peccata ut aures
humane horrerent audire statim
facta est tranquillitas ita ut sine
periculo venerunt ad portum Et acce-
pta terra deus de misericordia singulorum
illa peccata delevit ac si nunquam
aliquid admisissent Et Secundo
est mortis liberatiua Refert
qui supra q(uod) quidam clericus
iuvenis et pauper dixit cuidam
aurifabro q(uod) ad domum sua(m) venie-
bat quida(m) mercator qui volebat
vasa aurea et argentea diversar(um)
formar(um) eme(re) Cumque ille aurifab(er)
sua vasa p(ro)misisset venissetque ad domum
iuvenis Ille paratus in introitu
porte occidit ipsum et sorori sue
vasa tradens in cloaca proiecit
Cum aut(em) aurifaber tardasset venire
requiritur iuvenis et rapto scele-
re iuvenis et soror adiudicati combu-
stioni Cumque soror p(er)fecte contrita
fuit ab horrere sacramentu(m) confessionis (cum sequitur)
dum ambo essent ligati ad stipitem
ignis copiosus diffusus est et
iuvenem combussit subito sorore

remanente illesa Et Tercium ad idem
puer quidam in molendino existens
quotienscumque exibat veniebant multi
corvor(um) qui ei volebant extrahe(re)
oculos Cum aut(em) unus appareret
ibidem casu vocasset unum fratrem
predicatorem et ei fuisset confessus
sua peccata facta absolucione corvi
nunquam comparuerunt nec ei in
aliquo nocuerunt

Confessor debet esse p(er)fectus
istis condicionibus sequentibus
Primo debet esse tacens Re-
fert Vincencius q(uod) quedam fuit
pre lucidum qui de voluntate sue
uxoris unicam filiam cuidam tradi-
derunt et filiam et virum in domo propria
tenentes Invidia e(st) orta int(er) viru(m)
et matrem puelle eo q(uod) sibi videbat(ur)
q(uod) plus diligeretur a viro sua quam
ab ipsa tercia malicios(a)e suspicacio
ut ad eam sicut ad filiam accederet
p(ro) nephario actu Cum ergo iuvenis
semel dormiret in lecto pr(e)d(ic)tus sui
mirus socero accepto gladio eum
iugulavit et in lecto filie sue
collocavit Cum ergo appropinquaret
hora comestionis mater precepit
filie ut vocaret filia virum suum
Que ingressa cameram invenit
virum suum mortuum et clamans
et eiulans ac se ipsam distrupens
familiam convocavit Cumque premissis
multis exhortacionibus de terra
levasset et iuvenem sepelissent
Infecta progenita malicia sua
dolere cepit de scelere perpetrato
Et ad sacerdotem accedens sunt clam
confessa Tandem hec penitens sacerdote(m) inc
cum eo q(uod) nollet acquiescere
suis peticionibus ... Et tunc
admodica inivit confessionem integram
prodere domine revelavit Et tunc
capta et confessa dum fuisset sen-
tenciata ut sepulti die combureretur
Illa nocte illa cum magnis lacrimis
admirare cepit ipsum ut precincta
beate virginis et per virtutem
confessionis ipsam dignaretur

adiuvare. Incrastinum ad ignem
ductus et beate virgini se humiliter reco-
mendans dum attencius fuisset ignis in me-
dio stetit illesa. Cumque tota congeries
lignorum fuisset consumpta et ignis
extinctus in ea nullum vestigium
combustionis apparuit. Cum ergo
plurima ligna addidissent nec in
aliquo lederetur stupentes et visa vir-
tute dei et beate virginis penam absolutam
dimiserunt. Item ad idem. Refert
Cesarius quod fuit quedam matrona
que huius enormia peccata nolebat
alicui confiteri licet de eis multum
doleret. Cumque nutrivisset quendam
clericum et ille esset factus sacerdos
et eciam viveret de bonis sui hospicii
ex hoc assumpta securitate fuit
ipsi confessa. Cumque ille sollicitaret
eam ad actum immundum et illa perfecte
renueret ille turbatus confessione
eius revelando eam diffamare de-
crevit. Cumque per vicos et plateas
ipse narraret mala illius domina qui
adiutor est contulit sua cogitatione
credens dicere peccata et mala domine
dicebat omnes perfecciones et bonitates.
Cumque sacerdotes commendassent sacer-
dote quod tot bona diceret de domina
ipsa gracias deo referens cum magna
devocione servivit deo sed sacerdos
subito percussus a fulgure expiravit.
Secundo debet esse discretus. Refert
Cesarius quod quedam virgo confessa
fuit cuidam sacerdoti. Cumque ille in-
terrogaret de peccatis virgini ignotis
ipsa sic fuit sollicitata a demone de
illis peccatis quod fere propter noticiam
sacerdotis in illis est lapsa. Item
ad idem legitur quod quedam nobilis domina
relicta fuit infirma semel. Cumque
visitata fuit per medicum interrogat
eam in quo loco patet. Et ipsa
rudet nescio. Interrogat qua die
vendat. Rudit nescio. Et interro-
gavit per quem modum venisset infir-
mitas. Et ipsa rudit nescio.

Tunc medicus vos facietis unum
emplastrum bonum nescio de quo et
ponetis nescio ubi, cum eritis cura-
ta nescio. Unde confessor multum
debet considerare ac distincte causas
que sibi dicuntur. Quedam in diversis
peccatis in quibus fuit posita et coactione
ad confessorem generare dimittebat con-
fessionem. Rudit quia timebat
penitenciam facere quam meruerat propter
illa peccata. Tunc confessor dedit
sibi solum ordine divina de penitencia
et ipse eam multum devote duperat.
Et quia sacerdos peccatorum imposuit
de penitencia frequenter venit ad eum pro-
maiori contricione et prudencia
confessionis omnia peccata sua sunt
deleta. Unde multum debet cavere
confessor quod non imponat penitencias
graves quia melius est mittere
animas cum parva pena ad purga-
torium quam cum magna ad infernum.
Item ad idem quidam confessor con-
fessionem cuiusdam audiens incepit
spuere et obturare nasum. Quod
attendens ille qui confitetur peccata
sua retinuit et contristantes
sacerdote dimiserunt quia videbatur
eis quod per signa confessionem revel-
laret. Tercio debet esse cleticus
ut possit discernere inter lepram et
lepram. Legitur in libro de septem donis
spiritus sancti. Quidam cecus eundo
per viam ducebatur a quodam. Cumque
venisset ad quoddam flumen et
invenirent non esset ausus transire
propter obscuritatem aque. Cecus in-
stabat quod omnino transiret. Cum ille
negasset venit quidam rusticus et
dicit rustico pone te super collum meum
et dirige baculum meum et ego transibo
et socius meus remanebit. Cum ille
tamquam fatuus acquievisset dum esset in
medio fluminis ambo sunt submersi.
Flumen est enormitas peccatorum sed

Sz ille iuuenis discernens est clericus
qui peccata discernit et timet attende ad co-
fessorem ¶ Cecus est ignorans confessor
qui ex hoc quod non videt pericula
ingerit se ad transitum huius fluminis
et ideo peccator coniungens se tali sub-
mergitur cum eo ¶ Nam si cecus
ceco ducatum prestet ambo in fo-
veam cadunt ¶ Quarto debet esse
pius legitur in libro de vii donis
spiritus sancti ¶ Cum quidam pirati
tempestate gravati vouerunt quod si
liberarentur per deum confiterentur
peccata sua ¶ Cumque venisset ad terram
et unus navis fuisset confessus
cuidam heremite ¶ Ille sic dure
increpavit eum quod confitens iratus
ipsum occidit ¶ Idem fecit de secundo
confessore ¶ Cumque venisset ad
tertium ille cum mirabili reverentia
eum recepisset ¶ Ille compunctus humi-
liter penitentiam petit ¶ Tunc confessor nolo
quod faciatis aliquam penitentiam nisi quod
inventos mortuos sepelire et cogitet
quod debetis mori ¶ Cumque ille diu fecisset
sic fuit mutatus ex hoc quod mundo
dimittens deo serviit ¶ Iste ad idem
legitur in vitas patrum ¶ Cum quidam
monachus temptaretur diversis tempta-
tionibus ¶ Cumque confiteretur cuidam
seni ille acriter eum reprehendit
quod non erat dignus nomine monachi
¶ Qui desperans et ad seculum rediens
occurrit ei abbas ¶ Appollonius qui
cognita causa blande reduxit ad
cellam ¶ Tunc dimisit illum in crudeli
et attensius oravit ad deum eo
quod demon in specie ethiopis misisset
sagittas ignitas in eum ¶ Cum autem
venit ¶ Appollonius dixit ¶ Frater
decetero addisce compati xpi membris
et ordine facta liberatus est ¶ Ad
idem refert Cesarius ¶ Cum quidam
iuuenis de ordine Cisterciensi ad mo-
nitionem cuiusdam episcopi avunculi sui
cum esset professus et sacerdos
suadente dyabolo de suo ordine exivit
et iungens se multitudini latronum

detior est omnibus effectus ¶ Cumque
in obsidione cuiusdam castri
telo percussus ad extrema deve-
nisset voluit confiteri ¶ Cui deus
tantam contulit contritionem
ut frequenter impediretur con-
fiteri propter lacrimas ¶ Tandem facta
sibi voce ait ¶ Domine peccatum super
arenam maris ordine meo dimi-
si predonibus me coniunxi infinitas
interfeci virgines et uxores viola-
vi incendiis multa vastavi et mul-
ta alia enarravit ¶ Tunc sacerdos
dixit ei maior est iniquitas
tua quam ut veniam merearis ¶ Tac(e)
infirmus ¶ Inquantumque ingenium
erit peccator etc. ¶ Et ideo rogo
ut imponatis michi penitentiam
¶ Cumque sacerdos renuisset et asse-
reret ipsum dampnatum esse ¶ Ille
ait ¶ Confido de misericordia dei
¶ Sequo non vultis michi dare pe-
nitentiam ego assumam eam michi
ut anima mea sit in purgatorio
duo milia annorum ¶ Cumque petisset
corpus xpi et sacerdos negasset
rogabatur ab infirmo ut saltem
peccata sua scriberet illi episcopo avunculo
suo ¶ Cumque mortuus fuisset
et sacerdos misisset peccata sua
scripta illi episcopo ¶ Ille convocatis
omnibus sacerdotibus dyocesis incepit
missas et orationes pro eo ¶ Tandem
in capite anni defunctus ei apparuit
gratias referens quia per suffra-
gia liberatus erat a pena
mille annorum ¶ Tunc episcopus
per aliud annum continuans
in fine illius anni vidit eum
cum mirabili claritate ire
ad gloriam beatorum ¶ Quinto
debet esse secretus ¶ Refert
Jacobus de Vitriaco ¶ Cum
miles quidam vellet audire
confessionem sue uxoris accepta
stola et superpellicio capucio
induto posuit se in sede con-
fessoris ¶ Cui uxor confessa
est sua peccata que non erant

magna et ille sciebat audire maiora. Cumque uxor in modo loquendi eum cognovisset, dixit: Iuvenis fui et dilexi iuvenem virum; in iuventute existens dilexi militem; nunc diligo sacerdotem. Cum ergo ille inquireret an ille sacerdos viveret, dixit illa: Non, diabolus fecit sacerdotem. Nam dilexi vos in iuventute quia dum essem iuvenis et in milicia in perfectiori etate. Tunc ille confusus recessit.

Consiliarius ad hoc quod sit perfectus et bonus debet habere istas perfectiones. Legitur in hystoriis regum quod comes Tholosanus habuit quendam militem sibi valde fidelem. Cumque paupertate gravaretur et haberet duodecim filias, supplicavit ~~mili~~ comiti ut eum dignaretur iuvare. Ipse autem perplexus cogitare cepit quomodo posset militem iuvare. Et quia ibi erat unus consiliarius suus dives et potens, et cum interrogasset comes per quem modum provideret militi, dixit consiliarius: Domine, vos estis gravatus, nichil habetis, desperatis modo. Tunc comes consentiens ite tamquam iniquus consiliarius quia sic habeo. Ita habeo te servum iniquum. Et vocato milite dedit eum sibi et quod ipsum de carcere non educeret quousque haberet decem milia marcarum. Quod miles cum accipiens habita pecunia filias nutrivit. Item ad idem legitur in hystoriis regum Francie quod Philippus rex habebat quendam clericum bonum et dignum sed pauperem. Cumque vacasset quedam parrochia que valebat in redditibus quingentas libras et clerici misissent pro consiliis, ille pauper clericus hoc attendens intravit ad regem quem solum in capella invenit. Et cum se humilians dixit: Domine, tale beneficium vacat, precor conferatis michi quia pauper clericus sum.

Cui rex: Habeo consilium super hoc. Tunc clericus: Domine, iam clerici tui iverunt ad informandum consiliarios tuos. Et ideo si petas consilium nichil habebo. Tunc rex concesso beneficio ipsum dimisit. Cum convenissent ceteri clerici cum consiliariis proposito negocio, rex expressit cui dederat. Tunc cum illi eum assererent non esse dignum, dixit rex: Verum dixit clericus quod consiliarii eum impedivissent. Item ad idem refert Iacobus de Vitriaco quod fuit quidam febricitans qui intolerabili sitiebat et habito consilio a medico consuluit medicus quod biberet multa aqua commixtam cum vino. Cumque infirmus vinum appeteret sine aqua et non concederetur sibi a medico, dixit: Saltem bibam primo vinum et postea aquam. Concessit medicus. Cumque bibisset vinum et fuisset sibi data aqua, respondit infirmus: Non sicio. Infirmus est peccator, vinum sunt superfluitates mundi, medicus bonus est consiliarius iustus, sed aqua tribulacio, ut iusticia sumpta cum iusticia et tribulacio cum prosperitate. Sic homines peccatores mortem incurrunt. Item secundo consiliarius debet esse pius. Refert Helinandus quod fuit quidam imperator Rome pius et iustus. Et racione pietatis non poterat aspicere mortem malorum. Habito consilio de modo puniendi dixit unus consiliarius quod ipse advenit optimum modum. Fecit namque fieri unam vaccam eneam concavam et magna ianua, positi sunt sunt condempnati, supposito igne poterent interfici. Cogitata autem crudelitate ab imperatore consiliarium ipsum in illo tormento fecit poni. Vacca enea est bursa regum et principum quam mali consiliarii fabricant et supposito igne avaricie depredantur subditi boni et iusti, et ideo frequenter est ut tales consiliatores puniantur de mala servitute inducta. Item tercio

Tercio debet esse secretus. Refert Macrobius quod cum quidam consul romanus cum suo filio ad consilium accessisset, illius reversi sollicitavit mater filium ut revelaret quid in consilio erat dictum. Cumque puer renueret et mater infestaret eum, respondit puer: Ordinatum est ut unus vir posset habere duas uxores sive plures. Cumque illa iuisset ad vicinas et ille ad alias, tandem divulgatum fuit per totam urbem ut in crastinum facta congregacione omnes nobiles mulieres de tota urbe accesserunt ad consilium requirentes oppositum huius quod fuerat ordinatum, scilicet una plures viros haberet. Cum ibi fuissent consiliarii et inquisivissent causam, rei scita veritate iuvenem laudaverunt.

Quarto debet esse discretus. Refert Cesarius. Rex fuit quidam iuvenis multum et ideo consilio iuvenum uteretur. Unde de eorum consilio ordine fecit ut omnis homo sexagenarius interficeretur. Et quia in illo erat iuvenis qui habebat unum patrem sexagenarium ne interficeretur occultavit eum in camera sue uxoris. Et iste iuvenis omnia secreta consilia revelat patri. Et pater cum esset prudentissimus informabat quid responderet et tamquam prudencior honorabatur a rege. Tandem emuli instigantes regem contra eum, iuveni rex mandat ut accederet ad eum cum suo servo cum suo ioculatore cum suo amico et suo inimico. Qui habito consilio cum patre asinum pro servo adduxit, filium pro ioculatore, canem pro amico, uxorem pro inimico. Quod illa aspiciens statim incepit clamare: Sic esse inimicus vir octo anni sunt quod fuissetis suspensus eo quod patrem vivum contra preceptum regis vivum. Vide domine mi rex iam apparet quod inimicus meus est. Tunc rex sciens

veritate quod a patre sene iuvenis filius tam bona consilia habuisset iussit ut senes viverent et consilijs ponerent.

Item ad idem. Fuit quidam miles qui uxorem habuit familiarem cuidam sacerdoti cum ex hoc haberetur suspecta vocavit miles scutiferum suum ut interficeret sacerdotem. Tunc scutifer respondit: Vel uxor vestra est bona vel mala. Si est bona interficiatur iuste sacerdos. Si est mala isto mortuo adherebit alteri et illo mortuo alteri et sic in infinitum. Tunc miles hoc audiens noluit ut interficeretur sacerdos.

Consuetudo mala potandi multa mala inducit in nobis. Primo est nature destructiva. Refert Cesarius quod quidam puer fuit statim post nativitatem proiectus in nemus et lactatus a lupa recte ambulabat et comedebat tamquam lupus qui fuit magnus effectus. Non minus est status potandi et ideo in loquendo comedendo ambulando ipse tenet comparacione potandi.

Item ad idem disputatio fuit semel inter quosdam sapientes quis eorum maior deberet esse vel natura vel consuetudo. Et ostensum fuit quod consuetudo. Unde circa hoc ficta fuit fabula. Semel fuit quidam dives qui porcum suum sibi nutrivit delicate ut non comederet nisi furfur. Cumque leo fecisset convivium omnibus animalibus et cum dedisset fercula maiore nobilitate et porcus non fuisset, preparaverunt ei animalia sollempniore festivitate. Tunc porcus cepit inquirere si fuerat ibi furfur et audiens quod non contempsit et derisit festum. Ille porcus est potator assuetus per dyabolum ad delectacionem immundorum vilium et terrenorum et tamen dedit se istis

propter quod recte contempsit vitam eternam et omnes
status perfectionis quia non sunt ibi de-
lectabilia carnis. Ad idem fingitur
fabula. Quod lupus semel considerando
mala que fecerat primo voluit fa-
cere et ideo accessit ad montana
mire altitudinis et posuit se in
spelunca. Cumque audivissent oves
et arietes eius honestam conversationem
quodam festo venerunt ad consolandum
eum cumque exhortati fuissent eum ad
perseveranciam primum lupus petiit
veniam de malefactis perpetratis. Et
cum oves et arietes pertransissent
et vellent recedere ipse posuit se
in loco in quo singillatim transeuntes
videret et dum transiret unus pinguis
aries cepit eum et clamavit. Non
mireris nisi decipiam si pro prandio
meo istum arietem recipio quia
tantum delector quod vix possum abstinere
et ulterius non credo petere elemosinas
Per lupum intelliguntur principes et
barones huius mundi qui semper
consueverunt vivere et ditare de preda-
tionibus et interdum fingunt quandam
bonitatem et restitutionem faciunt sed faciunt
ut sub illo pallio possunt mala plura
facere et extorquere plures rapinas
Item ad idem. Dum lupus semel
confiteretur de rapinis et malis suis
cumque vidisset gregem ovium infe-
stabat confessorem ut expediret
eum. Cumque reprehendit eum. Ait
Consuetudo dedit in hoc. Secundo
est divine gratie expulsiva. Legitur
in libro de vii donis spiritus sancti
Quod semel quidam rex vocavit qui-
dam sapientem ut ostenderet sibi quid
erat id quod plus exhibebat re-
ceptionem gratie quam aliquid aliud
Dixit iste quod consuetudo peccandi
et hoc declaravit tribus exemplis
Balsamum difficilius ponitur in vase
in quo continue fuit corruptio
et turpitudo quam in illo in quo
fuit tutior (?). Sic consuetudo pec-
candi lutum peccati continue
servat immediate ergo hoc maxime
prohibet adventum gratie dei. Secunda

racio sua fuit ista. Difficilius ymo
ut in pluribus numquam arbor antiqua
et ideo raro aut numquam ad bonum
flectitur. Tercia racio fuit ista. Diffi-
cilius dicitur qui bona propria consumpsit
et bona patris quam qui consumpsit
propria tantum. Sed assensu effectus in peccatis
consumpsit bona propria virtutum. Et
patris bona dei scilicet innocenciam vir-
ginitatem et sic de aliis. Et ideo diffi-
cilius venit ad divicias paradisi
Tercio est dampnacionis prenunciativa (?)
legitur in libro de septem donis spiritus
Quod quidam vir sanctus videbat
quandam mulierem infirmam stantem
super quendam furnum ardentem et hec
tenebat unum tubulum infra quem
erant multe persone non valentes
exire. Cumque interrogasset quid esset
Respondit quod ipsa esset porta inferni
Et requisito nomine dixit quod vocatur
consuetudo peccandi. Cumque quesivit [illegible]
ille sanctus quid est ille tubulus. Ait illa
Ille tubulus est ardor peccati infra
quem teneo adherentes mihi. Et sicut
homo existens in puteo profundo
clauso desuper non potest exire et ignis
non potest mitti in aquam nec infirmi-
tas infra medullas ossium potest
curari. Sic nec assueti in peccatis
Consolari debent omnes isti
desolati sequentes (?) amicos
per mortem parentes. Legitur
Quod semel fuit quidam rex habens
unicum filium. Cum iste esset strenuus
et prudentissimus rege existente
sene mortuus est. Cum dolorem
non valens portare pater tamquam
fatuus solus existebat in camera
nec poterat consolari per aliquem
amicorum. Cumque audivisset unus
hystrio ad eius curiam accessit et
requirebat ut regem videret. Cumque
repelleretur a ianitoribus suis dixit
eis. Venio de paradiso locutus filio
regis et sibi de eo porto rumores
Quod cum rex audisset precepit ut
introduceretur et salutando regem
dixit domine ego ivi ad paradisum
ad recipiendum eum et dixi sibi

Sed non sciebat regem mundi. Et fecit
unam racionem fortissimam contra eum
sic dicendo. Unus erat in uno regno
et ille vilificavit et vituperavit totum
genus suum et ponet in malis
operibus hereditates parentum et mors
non tanget istum. Erit alius qui
examinabit totum genus suum esse
destructus et bonus et statim mors
veniet et perdet ipsum. Si nos pe-
tamus plurima vos dabit plurima.
Et si petimus sanitatem vos dabit et
vos sanitatem non regem mundi. Tunc
rex dixit hystrioni. Quid videt
deus. Tunc hystrio: deus interrogat
me si ego habeam aliquam possessionem
Et ego vidi sibi quod sic ego habebam
ortum in quo erant multe arbores
et diverse. Cui deus. Sunt ne omnes
fructus illarum arborum boni in eodem
tempore. Ego vidi quod non. Unum aliquando
circa festum beati Johannis. Aliquando circa
festum beati Augustini. Aliquando circa
festum sancti Michaelis. Tunc
dixit deus. Ortus meus est mundus
in quo sunt homines tanquam arbores
Et ideo omnes fructus eorum non sunt
boni in eodem tempore nec michi grati
Sed aliquando in puericia. Aliquando in
iuventute. Aliquando in senectute. Et
ideo vade et dic regi quod ego de viri-
dario meo accepi filium suum tanquam
pomum odoriferum et si plus remansisset ibi fuisset fetidum et corruptum. Et hec audiens rex consolacionem
accepit. Item ad idem debent
consolari quia sunt irrevocabiles.
Refert Vincencius. Quod fuit quidam
imperator qui habuit unicum filium
et primum dum debet ire ad plura
omnes nobiles civitatis voluit
et filium tradidit eis sic quod in morte
pueri esset mors eorum et in vita
vita eorum. Fecit imperator puerum
diligenter custodiri sed post tres
menses deo volente puer mortuus
est. Quo mortuo nobiles domi-
num scirent imperatorem venturum

congregaverunt se ad habendum consilium
quomodo evaderent et quomodo mortem possent
evitare. Tunc unus sapiens dedit
tale consilium. Consilio quod de omnibus
bonis civitatis et hominibus eius quatuor
turmas faciamus et ponamus eas
in via per quam imperator debet venire.
In prima turma ponemus omnia
animalia cum omnibus iocalibus et divi-
ciis nostris. In secunda omnes dominas
et iuvenculas pulcras. In tercia
omnes iuvenes ad bellandum proba-
tos. Et in quarta omnes senes et
sapientes magnos. Cumque impera-
tor ad primam turmam venit et
interrogavit quid sibi voluit
divicie iste. Diximus(?) Statuta
a nobis domine in civitate illa
erat unus lapis preciosissimus
mirabilis virtutis et mirabilis
excellencie cuius nobilitate fuit(?)
unus alius rex maioris potestatis
et maioris nobilitatis quam vos
sitis venit et voluit habere istum
lapidem. Cum ergo putaverimus fuisse
ei omnes istas divicias ut dimit-
teret noluit. Putavimus uxores
noluit. Voluimus sibi resistere
per potenciam et non potuimus quia
fortior nobis est. Voluimus autem
resistere prudencia et acquiescere
noluit eo quod esset sapiencior nobis.
Tunc imperator interrogabat
sapientes quis esset ille sapiens
et quis esset ille lapis sic tam
preciosus. Et nos videbimus domine
ille rex potentissimus est deus
qui omnes creaturas in diviciis
in sapiencia in honore in potencia
excellit. Sed iste lapis preciosus est
filius vester hunc voluimus resistere
dare omnes divicias uxores
filios et filias et tamen ipse(?) Vo-
lebamus bellare contra eum et non
potuimus. Voluimus superare tunc
nec valuimus. Cum ergo omnia ista
fecisset ex disposicione eorum imperator

fuit consolatus et remisit mortem
subditi sui. Item ad idem con-
solacionem debemus recipere de mortuis
quia non plangimus eos sicut propter utilitatem
nostram. Legitur in libro de septem
donis spiritus sancti. Quidam sanctus
vir fuit rogatus ut iret ad visi-
tandum uxorem cuiusdam principis mor-
tui. Qui cum accessisset ad eam
dixit sibi duo exempla. Primum
quorum fuit illud. In monasterio
meo fuit asinus quidam optimus
et utilis nobis. Et accidit quod quidam
princeps magnus venisset ad
monasterium nostrum et audivisset
bonitatem asini omnino voluit eum
habere. Et quia eramus illi mirabiliter
coniuncti negare non potuimus do-
nacionem asini. Omnesque fratres de eius
absencia mirabiliter doluissent
et semel revertente principe ad mo-
nasterium vidissent asinum esse factum
portatorem vestium principis inc-
eperunt enim plus plangere. Tunc
dixit eis unus sapiens. Quare
plangitis vos sic asinum. Respondebat
quia portabat onera nostra similiter
et humiliter talia. Tunc sapiens. Vos
plangitis dampnum non asinum. Ita
modo melius comedit sat quiescit
minus laborat et ita plangitis dampnum
et non diligitis asinum. Ita domina dico
vobis. Vir vester erat asinus vester
et portabat omnia onera hospicii
et providebat de omnibus necessariis. Eum vero
rex celorum voluit enim habere. Ut nunc
sit in maiori quiete et habeat locum
immortalitatis et habeat cibum vite
et nichil laboret vos non doletis
nisi de dampno vestro et non propter
dileccionem quam ita eum habetis. Secundum
exemplum quod induxit ad con-
solacionem domine fuit illud. Fuit
quidam miles qui habuit uxorem
filios et filias dilectos. Fuit infirmus
ad mortem. Cum ergo uxor et filie
et filii stantes iuxta eum plangerent
et isto planctu similiter ostenderent

sua nativitate. Miles resumens vires
dixit uxori: Ego dimitto vobis fratres
consanguineos et parentes possessiones
divicias redditus magnos omnia
ista et plura alia dimitto filiis
meis et attendi ad planctum meum
et filiorum meorum et nullus vestrum
plangit me nec plangat quia vado
ad terram in qua nullum scio me
habere amicum nec consanguineum in qua
nullam possessionem habeo nec divicias
nudus recedo et solus nescio de
quibus ero interrogatus nec cum quibus
potero habere consilium nec in quo
hospicio reclinabo. Et ideo cum plan-
gitis me propter dampnum vestrum et non
propter meum et lugeatis propter vos non
propter me plangam me ipsum et vocato
notario destruxit testamentum suum
et medietatem omnium bonorum suorum
statim dedit pauperibus. Item ad
idem consolacionem debemus recipere quia
a natura habemus mortem nec est aliquis
qui possit vitare hunc passum. Un-
de refert Vincencius. Cum quidam
magister accederet ad regem Philippum
qui perdiderat consanguineum et ad con-
solacionem eius usus est tali fabula.
Domine, cum milites vestri cum equis et
canibus et avibus venissent ad quoddam
nemus propter venacionem leporum me-
se lepores habuerunt consilium ut
irent ad mare et se precipitarent
ibi. Cum ergo venissent et essent in
ripa maris audiverunt delphines
fugere qui fugabantur a piscatoribus.
Et vocato uno delphine interroga-
bat quare fugerent. Respondit delphinus
quia habebat timorem quia insequebantur
eum. Cum ergo starent in istis verbis venit
canis currens et festinans. Cum fuisset
interrogatus quare fugiebat. Dixit
quia fugabatur. Tunc lepores dixerunt
stultum fuisset si precipitassemus nos
propter insecucionem quia hec non solum
nobis non competit sed eciam aliis creaturis.
Ita dico vobis pro simili. Mors non
habuit ortum a vestro genere nec

timabit in eo nec est clericus princeps
vel dominus iuvenis vel senex qui preualeat
a morte. Et ideo stultum est precipitare
se ipsum et gestare multum si mors ve-
nando in nemore putans vite venerit
aliquem virum. Item ad idem consolatoz
recipe deinius quia irrevocabilis
est. Nam agnoscam sancto viro in quadam
visione mortuorum audivi talem
fabulam. Semel vulpis ibat per viam
et venit ad viridarium cuiusdam principis
in quo erat tilia cum racemis
pulcris. Et quia erat alta turbabat
vulpis et turbabatur quia non poterat
attingere ad capiendum racemos. Et cum
quod diu laborasset et nichil habuisset
dixit nolui quia acerbi destruerent
michi dentes. Ita dico vobis dominus
benedictus habet unum viridarium in
quo est tilia pulcerrima sue beatitudinis
et in qua sunt racemi electi qui
insensibiliter cum de hoc mundo reces-
serunt. Nos autem sumus vulpes. Et
ideo cum impossibile sit nobis ergo
sunt in gloria eos reducere quod nos con-
solemus sicut vulpis faciebat dicentes
quod nolumus eos habere propter hoc. Item
ad idem consolacionem dominus recipe
quia timantur [illegible] legitur in
libro de vii donis spiritus sancti. Quod cum
semel quidam religiosus contristaretur
de morte cuiusdam fratris sui deus misit
sibi angelum suum sub specie cuiusdam
[illegible] qui cum hac similitudine
consolatus est enim. Domine dixit
angelus, Ego habeo duas domi-
cellas sub regimine meo et sub
ordinacione mea. Una est pulcra
leta et cum maximis diviciis et cum
magna dote. Sed suum genus habet [illegible]
quod propter invitatores comedunt eos et
omne hospicium in quod intrat deducunt
ad mirabilem paupertatem. Et quanto
plus homo moratur cum domicellis
illius tanto plura infortunia
et plures dolores eveniunt sibi.
Secunda domicella est turpis et
nigra et paupera sed hanc graciam habet

mulieres sunt eius quod cuicumque
coniungitur cum bonum hominem facit deducunt
eum ad mirabilem prosperitatem. Sunt
enim a bono dolore omne bonum
ei adducunt vel inducunt. Sed qua
[illegible] vos si vobis cu-
petet vel quam duceret nepotem vestro
Audiens religiosus dicta cum migrasset
angelus pulcra dixit ipsa est vita
presens cuius finis sunt vincens de paupertate
perdicio gaudij et virtutis. Secunda nigra
est mors que liberat a corrupcione
mundi dat hereditatem celi corrobo-
rat in amore dei et a bono dolore
perpetuo. Cum ergo hanc dederitis — liberat
vestro fratri in uxorem contra deum
murmurat et hec dicens evanuit.
Item ad idem fuit quidam imperator
habens unicum filium misit eum ad bel-
lum. Cumque fuisset interfectus et hoc
fuisset notificatum patri pre letus
posuit coronam in capite et dixit
Gracias ago deo qui filium meum
deportacione fini dimovit ac de
servitute supina et libertate eterna
cum corona probitatis donavit. Cumque
omnes mirarentur dixit imperator
homo unicus sunt quatuor [illegible]
interioribus [illegible] eum mota se
quatuor [illegible] supra se [illegible]
elementa. Intra se in quatuor honoribus
iuxta se diviciis nobilitati honori
et cupiditati. Supra se [illegible] potentibus
et [illegible] nichilominus
interdum nolunt expectare. Item ad
idem Refert Valerius Quod cum
Anaxagore fuisset nunciatum quod
filius suus erat mortuus Audiens
Nichil [illegible] accidit [illegible] nec
aliquem [illegible] natum sciebam esse
immortalem. Item ad idem Refert
Valerius quod fuit quidam Comes
habens unicum pulcerrimum viridarium
dedit enim cuidam militi et suis
successoribus cum tali condicione
quod principalis in illo genere quod vetere
fructibus illius viridarij teneretur
in carcere. Cum ille moreretur magis

pinquus Cum aut vnus esset mor-
tuus et filius eius horribili clamore
fleret quidam interrogatus quare sic
gestabat: tunc iuvenis non ploro
quia mortuus est sed quia succedo in carcere
Carcer est tribulacio Viridarium est
mundus Miles est homo cui mandatum
datum est ut in sudore vultus sui
vescatur pane suo Multi ergo flent
mortuos quia succedunt in tribulationibus
et non quia sunt expediti de vita
¶ Secundo debent consolari infirmitates
legitur in libro de vii donis spiritus sancti
Cum quidam morbo afflictus rogaret
quendam religiosum ut oraret deum
pro eo et liberaretur a morbo Cum
religiosus dicit ei in quo statu
melius recognoscis deum vel in inf-
irmitate vel in sanitate Respondit quod
in infirmitate Cui religiosus Tunc
rogo deum ut conservet te in infirmitate
continua et habeas afflictionem continuam
ut continue ad amorem dei aspires
¶ Item ad idem legitur in libro de vii donis
spiritus sancti Cum dum duo sancti viri
ad predicandum irent quedam sancta domina
eos recepit cum mirabili gaudio
et multis diebus in hospicio suo
eos pavit Cumque recessissent de
illo loco tempore pluvie venerunt
ad quoddam castrum cuiusdam
militis qui sic eos recepit vili-
ter ut cum porcis iacerent et de cibo
porcorum ministraret eis Cumque
recessissent mane et sederent ad
umbram cuiusdam arboris Apparuit
eis Christus dicens Socius vester
sum et in prosperitate et in adversitate
et ideo attendite iudicium meum
Mulier illa huius caritatis pro premio
gaudium vixit dolorem acutum
habebit in capite Sed miles ille
quandiu vixerit nec infirmitatem nec
adversitatem habebit Cumque illi
mirarentur et rogaret ut mu-
lieri illi que eos bene receperat
daret bonum et militi malum

Dixit Christus Illi mulieri suo vita
et militi maledictionem eternam Item
ad idem Cum beatus Ambrosius iret
romam et fuisset hospitatus in domo
cuiusdam militis et vidisset ibi ma-
gnas divicias et magnam familiam
Interrogavit eum quomodo se haberet
de deo Tunc respondit dives Optime
numquam fui infirmus numquam perdidi
prolem nec animalia tempestates
nec numquam nocuerunt nec fui mo-
lestatus per aliquid Tunc beatus Ambrosius
surgens dixit Amice deus habet
unam vestem quam portavit eo tunc
in carne vivens in terra mortuus
et in sepulcro inclusus Et similem
(zalla) raubam induunt omnes qui sunt de
suo hospicio Ista vestis est tribulacio
quam habuit in mundo tempore vite
sue et ideo cum hac non fuistis indutus
veste tu non es de hospicio dei sed
de hospicio demonis et ideo plus hic
non remaneam tecum Cumque recessisset
nubes magna involvit hospicium suum
terra vero scissa est et aperta est et simul
dives cum omnibus cognatis suis ab eo
ad infernum descendit Tercio consolandi
sunt penitentes Legitur quod quedam peccatrix
fuit in Alexandria que erat rethe
demonis ad capiendas animas Cumque
accessisset quidam sanctus vir ad quem
cum visus est tali astucia finxit
eum se peccare cum ea velle Et cum
fuisset ingressus hospicium secretum
locum petiit Cumque fuisset ad ca-
meram introductus secretam sedem et iterum
secretiorem petiit Tunc cum fuisset
introductus ad secretiorem locum dixit
meretrix hic nullus potest nos videre
nisi solus deus Tunc vir sanctus ergo
tu credis deum esse presentem et ego hoc
sumpta via predicandi convertit eam
que accepto consilio ab eo heremum
petiit et totum cor suum in triplici
meditatione distinguebat primo quod con-
siderabat beneficia accepta a deo sicut
beneficium creationis incarnationis passionis
et resurrectionis ascensionis et mis-

sionis spiritus sancti. Secundo considerabat
quid deo soluerat pro tantis beneficiis
et tunc distrahebat per horribilia peccata
que fecerat et de occasionibus datis
aliis et tunc maxima et mirabili eru-
bescencia flebat. Tercio consideravit
examinacionem iudicii divini et de quibus
fuerat et tunc recurrebat ad magnam
humilitatem ad misericordiam dei. Cumque post trennium
sic vixisset visio fuit narrata cuidam
discipulo beati Anthonii in qua videbat
celum apertum cameram lectum infini-
te pulchritudinis. Cumque quesivisset
cuius esset ille lectus fuit sibi responsum
quod illius paratus est qui in memoria mortabitur [illegible].
Cumque ille miraretur eo quod tam
parum fuisset in penitencia dixit sibi an-
gelus coram maiestate dei sunt tres
domicelle mirabili modo dilecte
a deo. Prima vocatur beneficiorum confessio.
Secunda depetrat peccati pro peccato contricio
cum verecundia. Tercia vocatur profunda
humilitas et quia hec continue mo-
rabatur cum eis ideo paratur sibi hunc
lectum. Iste ad idem legitur in libro
de vii donis spiritus sancti. Quedam cum
quedam mulier recognoscit suis peccatis
frequenter consolaretur a deo et careret
semel consolacione optata allocuta
est suas virtutes theologicales sic
dicens: Fides vade et ascende super
omnes angelos et adduc mihi Christum
benedictum amatorem meum. Caritas
curre per omnia volumina Christi per thesauros
sue misericordie per cameram sue pietatis
per thesaurum sue bonitatis per aulam
sue potencie et apporta mihi vinum
amoris et unguentum doloris potum
consolacionis. Gaudium devote ordinis
qui sunt primi ipsa penitencie. Quarto
consolandi sunt tribulacionum pacientes.
Audivi a quodam sancto viro in predicacione
quod mundus iste erat tanquam arbor.
Nam arbor habet folia et habet fructus
et de utraque facit utilitatem suam
dulcis arbor quia in foliis habet
prohibicionem ab aere nocivo, sed ex
fructibus dilatacionem et saturitatem.

Similiter in arbore mundi sunt folia
tribulacionum et fructus consolacionum
et hec cognicione retribucionis eterne.
Iste ad idem legitur fabula. Quidam sel
quidam mercator cum asino suo ibat
ad forum et quia cupiebat ibi
esse pro tempore cum aculeo et cum
fuste stimulabat asinum. Cumque ipse
asinus attendens ad tanta afflictionem
mortem desiderabat. Cumque venisset
ad forum et videbat ibi quod pelles
asinorum mortuorum ducebant et
pedes quod percuciebat cum baculis
quod stimulabat et dixit intra se
melius est vivere in tribulacione
quam mori et sustinere plures dolores.
Iste asinus est peccator pressus tri-
bulacionibus qui desiderat mori
ut illas possit evitare. Sed si vidisset
quod gravamina illi qui sunt in
purgatorio ista essent dulcia sibi.
Iste ad idem legitur de vitis fratrum
predicatorum. Quidam dum conventus quidam
in quadam tribulacione esset propter cer-
tarum malicia et letaniam in
omnibus horis diceret. Tunc visa
est beata virgo coram filio prostrata
et dicere sibi: Exaudi eos quia ad-
vocata tribulatorum sum ego et
maxime illorum qui pacienter
dolores sustinent. Iste ad idem legitur
ubi supra. Cum quidam molestaretur
ab amicis temporalibus et amicis
inferioribus et ab infirmitatibus ad
crucifixum accedens dixit: Domine
ihesu Christe qui omnem tribulacionem
in tuo corpore pertulisti esto consolacio
mea quia amici mei propter me [illegible]
eius intra me in [illegible] me
in rebus temporalibus [illegible] in hono-
ribus consolacionem non invenio. Tunc
vox de celo audita est: Talium adiu-
tor protector et consolator ego sum.
Et ideo veni ad me ut consolacionibus
impleare. Et recepto corpore Christi
migravit ad Christum. Iste ad idem
cum quidam religionem ingrediens uxorem
duxisset et filios procreasset dum

infirmaret et apparuit beatus Andreas
et beatus Gregorius ipsum crudeliter verbe-
rantes in omnibus membris. Unde clamabat
infirmus modo verberant me quia
dimisi monasterium. Modo quia duxi
uxorem. Modo quia septem nummos
a quadam vidua recepi. Et surgens
de lecto accepta quadam cruentatis
veste venit ad ecclesiam et per verba
corporalia et dei gratiam liberatus sum
a spiritibus et audito eius in pace requievit
Contemplacio celestissima
multa facit in nobis primo
illuminat. Refert Valerius quod
quidam fuit semel qui ut dicitur fuit
pater naturalis Alexandri et ille
habebat duas tabulas eburneas liga-
tas et unitas simul. In qualibet earum
erant septem stelle auree. Quibus
vires statim proportionabat et cogno-
scebat omnes motus celorum et non
solum ipse sed eciam qui in eis studere
volebat loquendo spiritualiter. Iste rex
est deus. Tabula eburnea est vita
contemplativa in qua sunt due pecie
prima est cognicio operis creacionis
secunda est cognicio operis iustificacionis
In prima sunt vii stelle prima est
produccio materie. Secunda est cognicio
pulcritudinis formarum. Tercia est
effectiva cognicio nature. Quarta
est cognicio humane industrie
Quinta est cognicio instinctus cogno-
scibilis anime. Sexta cognicio sub-
tilitatis racionis. Septima cognicio
effectus voluntatis. In secunda tabula
sunt alie septem tabule prima est
cognicio beneficiorum sumptorum ex
unione ad carnem. Secunda cognicio
gracie expulsiva culpe. Tercia cognicio
gracie confirmativa. Quarta cognicio do-
norum. Quinta cognicio virtutum. Sexta
cognicio sacramentorum. Septima cognicio
maiestatis divine. Secundo ditat
legitur in libro de vii donis spiritus sancti
Cum quidam homo cum duobus filiis
venit ad quendam regem errantes
in via nemus magnum intraverunt
et preoccupati nocte pater dixit filiis
Sic hac nocte dividemus nobiscum
Ego vigilabo in prima parte et custodiam
In secunda parte vigilabit minor filius
et custodiet nos. Cum filii noluissent
ut pater vigilaret propter senectutem
sed ipsi dividentes noctem in duas
partes laborem voluit sustinere dum
iunior vigilaret et fratrem et patrem
dormientes custodiret venit serpens
et voluit iuvenem devorare qui cum
gladio ense et percusso serpente eum
interfecit et carbunculum capitis in
sua pera abscondit. In media no-
cte surgit frater maior qui fratrem
iuniorem cum parte custodiret in ista
parte noctis venit avis terribilis
forma accessit ut devoraret eos
qui eum percussit cum lancea et
illa ignem per nemus sparciet dure
persequitur ab isto. Iste vidit turrim
cum lumine clare qui cum accessisset
et in pede turris vidit canem ferro
assignum et interfecit eum ingressus
est turrim in qua infirmitates civi-
tatis reperiens vidit ibi filiam regis
et dato sibi ab illa anulo ad patrem
et ad fratrem est reversus incolumis.
Iste miles est liberum arbitrium
Iunior filius impugnatus a
serpente in prima parte noctis est intellectus
practicus qui impugnatur ab accidia
et ociositate. Maior filius impugnatur
ab ave que est intellectus specu-
lativus qui impugnatur ab ignorancia
et iste accessit ad turrim contemplacionis
in cuius pede inventus est canis
invidus error. Et in ista turri
fuit ascensus sine gradibus. Primus est
cognicio visibilium ac corporalium ad invisibilia
Secundus est de invisibilibus deduccio. Tercius
est invisibilis cognicio [illegible]
Quartus est racionis affirmacio. Quin-
tus est per intelligencias devenire
ad cognicionem dei. Latera autem huius
scale sunt quatuor sive turris
Primum maiestatis divine omnium pro-
ductiva. Secundum est cognicio iusticie
divine omnium examinativa. Tercium est
cognicio bonitatis divine omnium pla-
cativa. Quartum est cognicio sapiencie
divine omnium sperandorum collativa

Insita aut hanc turrem stat rationalis
aia cu imitabilibus armamentis sz
cu nobilitate cognitionu agilitate
ymaginationu ingenij acumine disc̃
tionis gemine cu capacitate memorie
cu vivacitate intelligentie et cum
affectione voluntat̃ In hac turre
custodit̃ se in bonis apibus caritates
mundi solatorij desolatorij gratie humiles
clerici pacientes proximos diligentes
ffenestre turris sunt obedientia caritatis
separatio bona consuetudo amor informatio
recta perseverare z iuste sequi
iudicium rationis Anulus datus est
amor sive caritas perfecta vel
sciencia beator

Contricio perfecta multa bona
inducit nobis primo a morte
liberat Refert Cesarius
Cum cu quidam predicator in quodam
sermone pctā acriť reprehendisset
Surrexit quedam mulier z in publica
populo interrogavit si concubine sacerdotum
poterant salvari Tunc
ille pc̃ si transirent per furnum ardentem
et quia per furnum iste intelligebat
contritione pime Illa vero audito hoc
tamquam simpliciter licet contrita accessit
ad furnum ardente z immisit se inter
flammas Cumque ibi diu stetisset sine
lesione aliqua nullum vestium incendium
in ea apparuit propter contritionis
virtutem Secundo deum placat Refert
Cesarius Cum cu quedam mulier de
suo proprio filio filium habuisset z ad papam
pro penitentia accessisset Innocentius sibi
iniunxit ut in eadem veste in crastino
coram eo appareret in qua actu debat
ad filium dum committebat peccatum hoc
sit penitentia tua Et quia aliquis murmurare
cepit cum interpretavit dixit papa
si non iuste fecit dyabolus intret in me
Si iuste fecit dyabolus vexet vos
Cumque statim illi fuisset arrepti
a demone contriti liberantur a manu
dei Item ad idem Refert Jacobus
de vitriaco Cum cu quidam mulier corrupta
in sermone in publica tacuit populo
velle confiteri sua peccata prohibent z
a predicatore iussit ut ingrederet z
ecclesiam z ibi enim expectaret quem
vadens z item appropians dum cu
nimia contritione osculatur per
magnitudine contritionis emisit
spiritum Tunc populus vidit splendorem
tantum resplendente ab ecclesia ad
pedem eius invenit mulierem mortuam
nulla alia pena ibi inventa
Item ad idem legitur in libro
de vita z passione sancti predicatores
Cum cu quidam frater predicaret verbum
dei z inter alia commendaret misericordiam dei
diceret quod maior esset misericordia dei omnibus
peccatis Una mulier corrupta per
sermone est ei confessa que pre
nimia contritione ibidem loquela
perdidit z spiritus exalavit Tandem
revelatum est fratri illi quod virtus
contritionis absolverat illam
z ad gloriam perduxerat beatorum Item
ad idem Refert Cesarius Cum cum
quidam iuvenis Canonicus professus
delicate vixisset z timide de suis
peccatis in infirmitate fuisset confessus
et sumpsisset viaticum post morte
apparuit cuidam avunculo suo et
significavit quod erat dampnatus
et causam assignavit quod licet fuisset
confessus z abstinere non proponebat
Sed vincet confessio non habuerat
virtute z in signum huius corpus
meum invenietis adustum Cumque
illi aperuissent sepulchrum invenit
sicut dixerat Item dilatio confessionem
retardat Refert Cesarius Cum
in anglia fuit quidam iuvenis
clericus qui allectus ad quandam
iuvencula viduam filia cuiusdam
Judei polliciatione cepit de peccato
mundo consentiente illi ordinavit
ut in die pasche conveniret
sed quia illa die per minus ad
venisset de ea adveniente die

[Marginalia: left margin beside "lesione aliqua": virginem; left of first line of right column: vel; right margin beside "et causam assignavit": fuisset; small mark left margin: [illegible]]

iuuenis clam hospicium ingreditur
ad lectum puelle se ingessit et
dum simul nudi essent in lecto
Judeus ingressus cameram filie
dum vidisset scelus ait O in-
felicissime christiane ubi est fides
tua Et cum vellet eum occidere
eo quod erat nepos episcopi decrevit
hoc notificare avunculo Et in
vigilia pasche dum episcopus officium
faceret Judeus ingreditur cum
magna turba ecclesiam Clericus autem
clericalibus indutus ad legendum epistolam
et sciens causam eorum adventus
contritus et plorans deo promisit
ut si eum a confusione liberaret
et eriperet ei in mundo finiret Cuius
contritionem deus non despiciens dum
Judei coram episcopo venissent virtute
divina muti facti sunt et ora eorum
nullum sonum resonancie emitte-
bant Cum vellet fuisset egressus
de ecclesia iuuenis attendens ad gratiam
a deo sibi factam episcopo confessus est
peccatum et religionem intravit Christo
iudicio excusatus Refert Jacobus
de vitriaco Quedam iuuencula
fuit que peccavit carnaliter cum patre
suo reprehendebatur a matre Cumque
interfecisset matrem et hoc sensisset
pater ac ipse hoc molestaret cum
dum dormiret interfectus est a
filia et facta est meretrix publica
Cum venisset semel ad quendam
sermonem et ibi audisset quod infinita
erat misericordia dei Interrogavit predica-
torem si ita esset sicut ipse affir-
mabat in sermone Cumque ille
idem assereret Confessa est omnia
peccata sua et propter enormitatem
peccatorum confessor vellet deliberare
super penitentia imponenda Illa dixit
forte quia desperetis de salvatione
mea Tunc ille Non facio sed
ut sciam quomodo eritis obediens
preceptis meis impono ut usque

post prandium in cellarium me expectet
Tunc cum gaudio accepisset et certam
cum dolore mirabili conteretur
de fine peccati divisum est cor eius
et mortua est Cumque predicator cum
populo advenisset et omnes sic orarent
pro ea vox de celis intonuit Non in-
diget vestris precibus sed ipsi cum existis
in conspectu dei non indiget vestre
Iste ad id Refert Cesarius quod
cum quidam iuuenis ordinem Cistercii
dimisisset et in quadam ecclesia firmatus
fuit sacerdos de concubina filios et
filias multas cepit sive genuit
et inter ceteros unum mutum Cumque
beatus Benedictus hospitatus fuisset
in claustro illius ecclesie sacerdote illo
absente dixit beatus Benedictus
puero muto Vade et dic domino
tuo ut ad recipiendum nos veniat adhuc
locum Puer iuit et a deo est restitutus
verbo que sibi fuerat iniuncta nun-
ciavit Tunc sacerdos miratus ex
miraculo festinasset veniens ad
hospicium cognovit beatum Benedictum
sed non est cognitus ab eo et prosternens
se ad eius pedes cum lacrimis sibi
expressit quod fuerat suus monachus
et volebat converti cum eo Tunc
beatus Benedictus Vade aliquantulum festina
et dum rediero ducam te mecum
Tunc sacerdos domine quid fiet dum
mortuus fuero interim Respondit
beatus Benedictus deus respiciet contritionem
tuam Recessit beatus Benedictus et
post paucos dies mortuus est sacerdos
in habitu clericali sepultus Quod
audiens beatus Benedictus dum redisset
ad illum locum cum clericis iuit ad
sepulcrum sacerdotis defuncti et illo aperto
inventus est cum habitu ordinis proprio
monachi tante fragrancie ut totus
populus mirabatur Tunc omnes bene-
dixerunt deum quod virtute contritionis
visa [illegible] est dampnacionis

impeditiua. Refert Cesarius ut
cum quidam miles subito esset pre-
ventus ab inimicis et vulneratus
ad mortem dum mori inciperet cla-
mauit cum contricione magna
domine miserere mei. Cum quidam
obsessus a demone esset tunc illo
mortuo inde diabolus interrogatus
de causa. Audit demon: Multi
congregati fuimus in morte talis
militis et quia unica contricio
abstulerunt eum nobis volo me
vindicare in isto. Tunc vir: Adiuro
te per deum vivum ut dicas quid ille
dixit in morte sua. Tunc demon:
letantur angeli et archangeli letificantur
ex eis. Item ad idem refert
Jacobus de Vitriaco. Cum in
quadam religione quidam princeps
latronum haberet tante malicie
tante infelicitatis erat ut omnes
transeuntes iugularet. Hoc audiens
quidam sanctus abbas cum bono equo
et cum bonis indumentis ad locum
ubi morabatur perrexit et capto statim
ductus est ad principem latronum.
Et cum interrogasset eum quid vellet
Audit latro: Equum et vestes vestras.
Tunc abbas: Iustum est id quod petis
quia ista dei sunt et quia sunt. Et
ideo cum multis annis fuerimus usus
iustum est ut et vos utamini. Sed
volo ut dicatis michi quid facietis de
eis. Audit latro: Vendemus et ememus
victum et vestitum. Tunc abbas: Fili
quare cum tanto labore et dolore
et periculo acquiris cibum et vestem.
Veni mecum et omnia necessaria
tibi ministrabo. Cumque ille veniret
coco iussit ut non posset comedere fabas.
Et tunc dixit abbas: dabo tibi car-
nes et pisces et vinum electum et
panem optimum et lectum et ideo
sequere me. Cum acquiescentes
essent in monasterio servitorem ei statuit
qui quotidie ministraret ei omnia
promissa et postquam longo tempore comedisset
monachus in penitentia illius de man-
dato abbatis comedebat panem et
aquam et requisita causa tante
penitentie a latrone Audit monachus:
Non propter peccata que fecerim hanc facio
penitentiam sed ut habeam deum propicium in
morte et iudicio hoc facio. Tunc
latro compunctus cum contricione dixit:
Ergo miser et infelix qui tot
furta tot homicidia tot adulteria
sacrilegia feci nunquam ieiunavi
Quomodo deum propicium habebo? Et provolutus
est cum lacrimis ad pedes abbatis
et sic se affligebat in pluribus ut omnes
in penitentia superaret.

Converti debet peccator ad deum
propter rationes sequentes. Refert
Cesarius. Clauch. Cum fuit
quidam sacerdos qui implicitus in
peccatis diversis ad quoddam monasterium
Cisterciensium est adductus. Cumque
ingredi proponeret et committi ad ordinem
modo differebat. Tandem
infirmatus graviter incepit clamare
ad priorem: Pater ora pro me quia duo
dracones ad devorandum me veniunt.
Cumque illi cum lacrimis orassent
et ille fuisset liberatus rogavit
eum ut impleret promissum
per suscepcionem habitus converteretur
ad deum. Qui verba eorum contempneret
post paucam horam incepit cla-
mare: Ignis me occupat. Videntes
opponentes coopertorium per orationes
fratrum liberatus est. Nec propter hoc cura-
vit adimplere promissum. Tunc
post paululum raptus est et repenti-
nam sue dampnacionis audivit.
Et ideo ad se rediens clamavit:
Ecce duo demones veniunt ad
me cum sartagine magna
ut figar in ea in inferno.

Cumque quereretur causa Respondit
via penitendi incepi cum haberem
breve tempus et longam viam
et difficilem duos me expectantes
donec clauderet porta paradisi
salvacionem meam et nunc elevavit
me et posuit in Carthagine Et
ut cognosceret quod vix dico videte
carnes meas que sunt devorate
usque ad ossa pro una gutta sanguinis
et nunc vivit in Carthagine Et hec
dicens evanuit Item ad idem
legitur in libro de vii donis spiritus sancti Quidam
quidam rusticus vaccam et vitulum
ducebat ad forum Cumque periclitaretur
in transitu cuiusdam fluminis promisit
deo et beato Michaeli pro sua liberacione vaccam et vitulum Cumque esset
iuxta ripam incepit dicere intra
se domine deus et sancte Michael
sufficiat vobis quod vos habeatis vitulum et ego habeam vaccam Cumque
autem esset opertus aqua totaliter
dixit de certo nec vaccam nec vitulum
habebitis Tunc subito venit fulgur
et interfecit eos Iste rusticus est
peccator vacca est corpus vitulus
est infirmitas in qua homo offert
duo scilicet corpus et animam promittendo confessionem Sed cum incipit
curari subtrahit deo corpus et
adhuc promittit deo servire quantum
ad spiritualia sed cum est plene
curatus subtrahit sibi omnia
scilicet corporalia et spiritualia Quod
deus attendens fulgure dampnacionis
eterne talem percutit Ubi oculi habebunt
tenebras aures planctus et voces
terribiles nares fetorem terribilem
sulphuris et cadaverum os famem et
sitim manus et pedes vincula
ligantes sensus tactus glaciem
et flammas acutissimas habebit Item
ad idem Refert Iacobus de Vitriaco
Quod fuit quidam clericus indisciplinate
viventi in visione senex apparuit
in manu librum vite tenens in quo
erant scripta nomina salvandorum

Et quia iste conversus religionem
intraverat diu in libro legeret
nomen suum ita frequenter rasum
invenit quod vix poterat sustinere
pergamenum Et petens ab angelo
causam ait proposuisti plures correpcione et tunc erat scriptum et resiliendo deletum et nisi modo religionem intrasses dampnatus
fuisses Item credo debet peccator cum continue
spiritus eius ad infernum trahatur
legitur in libro de vii donis spiritus sancti
Cum essent duo clerici multum
se ad invicem diligentes unus illorum
infirmatus confessus fuit et recepit viaticum quia promiserat socio
suo post mortem redire In crastinum
mortis sue apparuit et ei denunciavit
quod esset dampnatus Cumque clericus
miraretur eo quod esset confessus Ait
mortuus sociis quo ad corpus sed
quo ad animam suscepi magnam
virtutem licet Et quia toto tempore vite
mee excepta puericia fui obsessus
a demone nec contricionem habui tamen propter
amorem sed propter timorem ideo dampnatus
recedo Item ad idem legitur ubi
supra Quod fuit quidam qui in iuventute
sua et totum tempus suum expendebat
ad vituperium dei Cum infirmaretur
et videret magnam multitudinem
demonum astantem incepit clamare
date mihi inducias obsecro saltem
usque mane Tunc unus demonum
respondit In loco fetidissimo peccatorum fuisti
et cum posses surgere stare ibi voluisti et cum haberes aquam extinguere
neglexisti de cuius promissione primo inviolabili cartas
scripsit in sua carne et cum suo
sanguine te vocaverat et tu totaliter
contempsisti malum elegisti Et
Illud verbum in omni creatura peccator
quantumcumque rudis accipere
debet diligendi deum et declinandi
exemplum

pari. Cum ergo venisset ad nemus
et super baculum suum se appodiasset
vidit iuxta aures bufonem maiorem
Tunc ait intra se videam si hoc est
verum quod hodie predicatur dixit
Et tunc incepit ymaginari conditiones
bufonis. Dixit intra se illud animal
est vilissimum et plenum veneno feto-
citate et corruptione sed tu es homo
habens sensum et rationem ergo plus teneris
deo quam illud animal. Illud animal
comedit terram et fugit alia animalia
Sed tu habes panem vinum inter tuos terre
sine timore animalium. Illud animal
est deforme sine manibus sine pedibus
cetera et tu fortis et pulcher te fecisse deus
Cum ergo non fecit magis es obliga-
tus deo. Illud animal nunquam peccavit
nec deum offendit nec transgressus est
eius preceptum sed sic vivit sicut regulam
sibi datam a deo. Sed ego vilis peccator
nunquam unum preceptum suum omnibus
diebus me exposui et sua sacramenta
credidi me non recepi. Iste laudat
deum propria voce ego nec per orationem
Et dominum se meditare contritio et
fletus maximus traxit enim et
informatus per quendam fratrem predicatorem
in sanctitate deo finivit. Exemplum ad idem
legitur in libro de vii donis spiritus sancti
Cum fuit quidam Comes sceleratus
et malus et quia habundabat in
humana sapientia non volebat doctorem
audire qui de sua conversione questione
ipsum monuerat. Tunc quidam senex
homo accessit ad eum et proposuit
hanc parabolam. Asinus et Miles
questionem ad invicem habuerunt et cum
ad iudicium venisset. Miles venit
cum principibus cum clericis et cum
armatis. Sed asinus venit cum illis
cum quibus fuerat nutritus scilicet cum
porcis cum herbis cum malis cum
canibus etc. Et optima narrata questione
asinus obtinuit factum. Tunc
quero a te o Comes an talis

Miles multum debuit esse confusus
Audit Comes et ait quod si ego
fuissem loco eius nunquam homo
postea me vidisset. Tunc senex
O vere tu es ille Miles et ego
sum asinus et heu quomodo dum
vacare vanitatibus deliciis et post-
sit malum. Tu cum omnibus tuis
vis obtinere quod non ego quod scilicet
Et ideo sumus vocati coram domino
iudicio. Tu venis cum militibus
cum potentia cum nobilitate ego
cum creaturis. Et respicias omnes
creaturas omnes laudant deum
et non sunt inobedientes ei respi-
ce terram celum et omnia que in eis
sunt. Respice astra et omnem
naturam cum suis actibus et qualitatibus
et dispositionibus et sine linguis et
oculis deum cognoscunt et pacem
fugiunt laudant herbe flores
laudant aves etiam cognoscunt
nam ova fovent et pullos nutriunt
ex precepto dei pulli statim sequuntur
matrem et agni quam cito nati sunt
ad balatum matrem cognoscunt
et sequuntur porci nati currunt ad
ubera quilibet ad suum secundum diem
nativitatis sue. Canes se fideles
dominis suis et se opponunt volen-
tibus nocere. Cum ergo omnis
creatura quantumcumque vilis conditionis
existit suo obedit creatori nec
in aliquo suum transgreditur preceptum
Ergo una cum eis lucrabimur
in die iudicii contra te non obstan-
te sapientia et nobilitate. Tunc
Comes illa prosperitas exist
verbis conversus ad propriam suam
vitam plenissime emendavit
Septimo debet committi ne pe-
stilentia infligatur. Legitur in libro
de vita et professione fratrum predicatorum
Cum quidam magister quereret fratrem
Jordanum que esset causa quod
ex quo predicatores et minores

fuerat in mundo non fuit bonu(m)
seculo. Audit fr(ater) deus mittit
temptaciones et dolores s(ecundu)m q(ua)ntita-
te(m) et enormitate(m) peccator(um). Et q(ui)a
post adventum p(re)dicator(um) grat(ias)
agentes deo plus eu(m) c(on)p(re)fert
Ideo plus puniunt(ur). Iste ad id(em)
legitur ubi sup(ra). Cu(m) cu(m) quidam
frater corde habet convertere
ad xp(istu)m quendam scolare(m) delicatu(m)
intrat ad domu(m) eius qui videns
p(re)venit eum ne loquat(ur) de deo.
Tunc frater consensit solum
q(uo)d in fine posset dice(re) duo verba
co(n)tumaciter (margin). Frater voluit recede(re).
Et dixit: inveni duo v(er)ba mea di-
cto. Nunc scitis vos quale lectu(m)
habuit in alio seculo qui noluit
penitere in hoc seculo. Audit
Juvenis non. Tunc frater
ysaias sic dicit: Subter te
sternetur tinea et operimentu(m)
tuu(m) erunt vermes. Qui revolvens
in corde diligenter ad p(ri)mam
est deductus. Octavo debet
conv(er)ti ad xp(istu)m ne acrius pu-
niat(ur). Legitur ubi supra. Cu(m)
cum quereretur a fratre Jordano
quare plus penitent rustici
quam clerici et frequencius conv(er)-
terent(ur). Respondit: Facilius in-
ebriant(ur) rustici qui aquam co(n)-
sueverunt bibe(re) quam nobiles et
cives qui non reputant, quia
usum habent. Item ad idem
legitur ubi sup(ra). Cu(m) fuit interro-
gatus idem frater quare peccatum
diceba(tur) porta inferni. Respondit:
homo qui stat in porta videt(ur)
affectare ingredi domum et quia
peccatores continue mori(untur) in peccatis
ideo videt(ur) q(uod) affectant in penis
inferni esse, quare peccatum porta
est. Item ad idem legitur in
collacionibus fratrum. Cu(m) fuit parisius
quidam campsor qui de lucro
suo quotidie conspecto viatico

denarios in suo marsubio reco(n)-
debat aliquorum summam denarior(um)
tam. Cumque audivisset q(uod) in quadam
civitate remota contencione pro
denarii donarent(ur), sumptis
instrumentis ad illam civitatem
p(er)rexit et incipiens operari p(ri)ma
die magnas pecunias lucratus.
Et veniens ad vesperam dum misisset
ad viaticulum pro emptione ciborum
invenit cibaria esse in magno
precio et exegit vires totius lucri
sui sine diminucione alicuius
denarii. Erat namque pondere. Tunc
ad se reversus dixit: confiteor fuit
acquisicio denariorum quam solidorum.
Ita in p(ri)mis implebam bursam
et splendidissime victum habebam.
Sed nunc vino pessime et nichil
superest (?) in se omnia consumunt(ur), et
reversus est ad locum primum. Iste
campsor est homo, iste due ci-
vitates sunt status p(ri)me et status
peccati. Licet in p(ri)mo homo lucratur
necessaria in hac vita et p(re)mia
eterna, in alia scilicet in statu peccati licet
homo plus habundet et lucret(ur)
de divicijs et honoribus delicijs
et vanis gaudijs, nichilominus omnia
consumunt(ur) et homo stabundus et
famelicus remanet. Ut p(ro)pt(er) hec
bonis spiritualibus ditat(ur). Si homo
etiam consideraret quam care emit(ur)
ista et cum quantis oneribus sive
etiam doloribus, credo q(uod) cum p(ro)pria
curitate peccati homo rediret ad
locum p(ri)me p(re)mie. Item ad idem
Fulco Massilie cum esset oculator
et solus in quodam lecto delicatissimo
iaceret, cepit considerare si esset sibi
magna pena non posse recedere ab eo
cum expediret, attendens arbitrium
quam magis p(er)petue se dedit. Legi-
tur li. de vi. s. f. p. Cu(m) quidam ju-
venis illud religionis ingressus sollicitar(etur)
a parentibus ut exiret q(ui)a non
posset sustinere quia si dixit..

Corea multa mala inducit in nos
Primo enim demoni facit solacium
Legitur in libro de vii donis spiritus sancti
Quod quidam iuvenis monachus in pur-
gatorium patricii. Et dum appropinquasset
terribilia et horribilia tormenta inter
alia vidit unum. Vidit enim campum plenum
acutissimis clavis et super illos vidit
corizantes incedere super ipsos pluebat
continue ignis sulphureus et pau-
latim dracones qui in medio coree
erant scindebant viscera eorum et devora-
bant. Tandem in fine campi erant duo
lupi crudelissimi corrodentes brachia
illorum qui eos in corea sulphureo ignito
et sal immittebant per desolaciones. Cumque
ille quesivisset ab angelo qui eum
ducebat talia patiebantur, respondit Isti sunt
corizantes. Nam corea est tamquam
gladius scindens ante retro a dextris
et a sinistris abstractus de vagina
quia expoliant se in coreis et quid
inhonestatis sunt et attractionis ad
malum ibi ostendunt luxuriatur et
uadunt est per compositionem et orna-
menta varia. Et ideo non est mirum si
tales tali conditione pene affliguntur.
Cumque ille monachus exiuisset et
vidisset corizare aliquos clamabat
Fugite fugite quia corea ignis est
ad quem calefaciunt se immundi. Unde
specialiter ignis non datur sine igne sic
et nunc corea placabilis est sine mu-
lieribus. Secundo est deo opprobrium.
Legitur in libro de vii donis spiritus sancti. Quod dum quedam
nobilis filium suum amotum a lacte
dedicasset et filius in religione pro-
fecisset. Instructus a quodam sancto
abbate dum semel tota nocte deum
oraret oravit sibi intimare quid esset
quod plus ad peccatum alliciebat et in
quo deus plus offendebatur sive
vituperatur. Dum ergo sic in lacrimis
perseveraret orans vidit quendam
iuvenem pulcrum et cum eo corizacio
magna et in tristens iuxta altare
faciendo unum circulum quem dicebat
unum circum super clavos crucifixi.
Dum autem facerent secundum circulum cum
manibus percutiebat vulnera manuum

crucifixi. Cumque fecissent circulum tercium
elevantes coma de capite inter pedes
conculcabant. Sed in quarto circuitu
planctus eius deridebat. In quinto
circuitu in faciem eius spuebat. In
sexto circuitu latus eius perforabat.
In septimo eum blasphemabat. Cumque
iuvenis de oracione surrexisset et
vellet meditare tot vituperia que
in eius presencia impendebantur crucifixo
Ille qui inducebat coream apprehendit
eum dicens desiste aliquantulum et
audi me. Tu rogasti deum ut tibi
dignaretur ostendere quid esset
illud quod plus alliciebat iuven-
tute ad peccatum et in quo deus plus
vituperatur. Et ideo ex precepto dei
ego sum princeps inferni et cori-
zantes procuro veni huc cum ministris
meis ut exponam tibi omnia mala
corizacionis quo sub pulcro pallio
facio vituperare Christum. Nam in co-
rizacione primo est ibi motus pedum
et ostensio calciamentorum et hoc
fit in vituperium clavacionis pedum
Christi et quot saltus faciunt tot ictus
ad firmandum pedes Christi in cruce
quantum eis interest dicunt. Secundo est
ibi extensio brachiorum et cognicio
digitorum et hoc fit in vituperium
brachiorum Christi. Tercio est ibi corona
aurea ut herbarum et hoc geritur
coma Christi. Quarto sunt ibi cantus
in vituperium ~~cantus~~ Christi planctus. Quinto
sunt ibi ornatus et isti spernunt
Christum. Sexto est ibi leticia cordis et
isti aperiunt latus Christi. Septimo est ibi
tristicia et hoc fit in derisione Christi.
Quare in corea plus multum vitu-
peratur Christus et in ea utor omnibus
annis meis scilicet tactu visu locucione et cetera.
Item adhuc legitur ubi supra. Quod in
quadam civitate consuetudo erat ut
in quibusdam festivitatibus duceretur
corea per villa et iuvenes cum lascivis
turpissimis starent super equos ligneos.
Cum autem quidam predicator hoc reprehen-
disset eo quod die dei ponerent diei
mundi et labore requiei dum propter
eius predicacionem non desisterent et
in platea civitatis in quodam festo

corizaret Venit quedam mlta de dogmi
in spe invenit et mulieres corizando
et quiverunt se corizantibus illis de illa
civitate Tunc unus incepit cantare
et dicere Myselb que nu an amat am
my ferande sondraz demon ioc
ancez ysar pro vnellz ques iacz pagaz
Et tunc aperta est terra et flamma eos
involvit et omnes ad infernum deducti
Item ad idem Guillermus in libro
in hystoria sua refert Cum anno domini
mo viij Heynrico sedo imperatore
et benedicto papa Clum presidente in
quadam villa Saxonie ubi erat ecclesia
magni martiris in vigilia natalis domini
Robertus presbiter primam missam de nocte
inchoaverat et in cimiterio oblati
quadam nocte cum xviij sodalibus Cum
feminis corea inducens et cantilenas
seculares perstrepans ita sacerdotem
impediebat ut ipsa verba corporis inter
sacrata missarum solemnia intus re
sonaret Sic mandat eis ut taceant
Quo neglecto impacatus est deum dicens
Placeat deo et sancto magno ut
ita cantantes permaneant usque ad annum
Verba itaque pondus habuerunt et ita
per totum annum permanserunt Filius
presbiteri sororem suam cantantem per bra
chium arripuit et statim illud a corpore
avulsit sed gutta sanguinis non venit
Illa vero toto anno cum ceteris permansit
coreas duces et cantans pluvia non
cecidit super eos non calor non frigus
non sitis non fames non lassitudo eos
afflixerit Indumenta corporum vel calciamenta
non sunt attrita sed quasi vectoribus
cantabat primo usque ad genua deinde
usque ad femora terre demersi sunt
Fabrica tecti sive aliquis super eos
erigebatur nutu dei ut pluvias
arceret Anno revoluto Herbertus
Coloniensis episcopus eos absolvit a nodo
quo manibus eorum ligabantur et ante
altare sancti magni reconciliavit
Filia presbiteri cum aliis duobus continuo
extincta est Ceteri autem continuis tribus
diebus et noctibus dormierunt quidam post ea
obierunt et mirabiliter ut fertur clarue
runt quidam valde penituerunt Ceteri
penam suam corporis tremore prodiderunt

Tercio est dampnacionis inicium Refert
Jacobus de vitraco Cum fuit quedam domicella
multum lasciva quantum ad corizaciones
Nunc dum fuisset mortua cuidam sancte
moniali apparuit et ducebat coream
symearum maxima Aliquotiens a
ductione coree tardabat eam symee
et devorabat oculos eius et cetera
membra capitis et cum maxime clavis
confingebat manus eius et pedes ad
ligna et supposuit ignem et pice et — supposuerunt
in veru ad ignem acutissimum circumvolue
bat eam Cum illa sancta monialis
causam quereret tormentorum Illa respondit
Corea est causa tanti doloris Ratio
hoc frangit pactum dei firmatum in
baptismo recitat cantus dyaboli
condempnatos coram me et est causa
fractionis matrimonii et porta inferni
et mercatum dyaboli est fructo pug
est ignis accendens tenta dixit et
venenum mortiferum Quinto est fatuitatis
indicium Refert Jacobus de vitraco
Cum fuit quidam nobilis qui habuit
filiam valde castam et multum se
retrahebat a coreis et a lasciviis
mundanis Cumque increpata fuisset
a patre quod gaudiis non adherebat et
vanitati huius mundi Illa respondit
patri fatuissime est ducere coreas
in hac vita et hoc ostendo per multa
exempla Primum fuit tale princeps
huius veste pulcra utitur sed vel
dat alteri principi et non hystrioni quo
usque sit antiqua Princeps cum duobus
vestibus est comparandus hystrio est
mundus et ideo non debeo dare florem
iuventutis mee hystrioni Secunda
racio fuit hec Cum perdidit castrum
pulcherrimum et hereditatem infiniti valoris
certatum vel gaudere non potest et quia
nos perdidimus hereditatem celestem
ideo etc Tercia racio fuit istud
Quia tristis est et vinctus dum moratur
inter inimicos letari non potest Et quia
sumus vincti dampnis peccatis et inter
inimicos ideo etc Item ad idem
Refert Cesarius Cum quidam iuvenis
audivisset quod corea erit porta
inferni et ipse asseret quod erat porta

beatudinis leticie et consolacionis du
duceret coream sub quodam portali lapis
molaris cecidit et ipm comprimens et
interficiens ambo simul sunt absorpti aterna

Correccio ad hoc quod sit virtuosa
debet habere condiciones sequentes
primo debet esse dulcis unde
Anshelmus refert Quod quidam abbas
fuit cum mirabili duricia qui nutriret
pueros et corrigeret nec ex hoc multum
virtutes augmentabat et ideo Requisivit
Anshelmum que esset causa Tunc
Anshelmus Ymmo de hominibus facitis
bestias Et quod hoc sit periculosum ostendo
tali exemplo Si aliquis plantasset
virgulam et circumcingeret eam ex omni parte
ut dilatare posset Alterum duorum esset
vel esset inutilis vel ramata et refle-
cteret se ad yma Sic proveniunt
iuvenes dum per austeritatem correctio-
nis circumcingunt nec exemplum pietatis
non aspiciunt sunt inutiles ordinem
dimittendo vel consumant et reflectunt
ad yma id est ad pravas cogitaciones eo quod
non possunt habere consolacionem exteriorem
Secundo debet esse caritativa legitur
in libro de vij donis spiritus sancti Quod quidam iuvenis
fuit qui religionem ingressus non
solum erat viciosus in se sed eciam scan-
dalum ministravit aliis Cum aliquando
sancto viro fuisset pro ista correctione commissus et ille
ad eius monicionem fuisset corruptus
Quocienscumque videbat fratres flebat
et cum lacrimis hoc asserebat ac videbat se
vallatum in absequiis fratrum tamquam quorum
pedum pulvis sibi debebat esse ve-
nerandus Tercio debet esse vera legitur
in libro de vita et perfectione fratrum predicatorum
Quod cum frater Jordanus fuisset requisitus
a fratre Imperatore quid de eo diceba-
tur in mundo Respondit domine vos
mittitis nuncios per universas mundi
partes et totos rumores de vita
vestra auditis Sed video quod non facitis
sicut Christus qui sciens omnia que
dicerentur de eo in mundo nichilominus interroga-
bat discipulos suos Et ideo dico
vobis quod de vobis dicitur quod ecclesias
gravatis spiritualibus contempnitis agminis
intenditis iudeis et sarracenis

nimis favetis consiliariis non acquiescatis
vicarium dei dehonestatis Quarto de-
bet esse iusta legitur ubi supra Quod cum
papa Gregorius correctionem quorundam
monachorum commisisset quibusdam fratribus
et illi non servato iuris ordine iustam
correctionem fecissent Respondit ad papam
respondit frater Jordanus Pater sancte
Michi frequenter accidit cum vellem decli-
nare ad aliquam Abbaciam Cisterciensem
quod invenirem aliquam viam communem que
ducit ad portam ita longam et tortuosam
quod tedium est in tantum tenere cum Abba-
cia esset ipse ante oculos meos sed
aliquando unum per prata et sic cicius perveni
ad portam Crudelis fuisset portarius
si repulisset me attendendo per viam
communem et si super hoc me gravasset
Ita dico vobis in proposito Via iuris
longa est et tortuosa sed hec correctio
et deposicio iusta fuit et brevis
et ideo gravare non debetis si brevem
viam eligimus dimissa longa

Corpus Christi esse in sacramento
altaris ostendunt omnino omnes
creature sequentes primo apes Refert
Jacobus de vitriaco Quod cum quidam
sacerdos deferret corpus Christi per viam
et custodiret nobilem ipsum perdidit
cum pixide in qua portabatur Et
quia iuxta iter erat alucaria apum
omnes exeuntes de suis cavernulis
circumvenerunt pixidem Et tunc edifi-
caverunt thabernaculum in modo
ecclesie nec aliqua res audebat
appropinquare illi thabernaculo
sed statim quando accedebat animalia ab api-
bus vilit repellebatur Cum hoc
fuisset denunciatum ecclesie et sacerdos
illuc cum devocione venisset tunc apes
se dividentes per medium per quoddam
foramen illius thabernaculi illi sa-
cerdoti pixidem ostendebat Qui
recordatus de perdicione pixidis
cum fletu corpus Christi recuperans
apes ad suam alucariam redeunt
Iste ad idem Refert Cesarius
Quod fuit quedam mulier que alucaria

apum hijs ut melius vinceret et magis
multiplicaret et dixit quod corpus christi
poneretur in medio apium scilicet et
quod optabat. Tunc semel recepta
communione et abscondita in alveario
apium posuit. Tunc apes omnes
alveariam exeuntes et ad flores
virides advolantes unam ecclesiam
cum altari cum fenestris cum campanili
fecerunt et super altare corpus christi
collocaverunt. Cumque columpna lucis
de nocte staret supra alveare in-
gentes miratur cum devotione al-
veare aperuit et in parva ecclesia christi
de alveario sine fractione illa
ecclesia extrahitur et corpus dominicum
in altari videtur. Hoc facta vilitate
a muliere cuius erant apes reportato
corpore christi cum illo tabernaculo
ad aliam ecclesiam tante devotionis pos-
itera illius tabernaculi ut ignem
exposita non timeret. Secundo
cognoscunt enim animalia. Refert
Cesarius. Cum fuit quidam sacerdos
qui dum ad quendam infirmum distante
deferret corpus christi in pascuis aca-
lum cecidit. Tunc omnia animalia
oves et boves asini et equi circulum
rotundum facientes circa eum cum mira-
bili rugitu circa corpus christi flexis
genibus stabant. Et dum pastores
stupentes venissent in medio hostiam
albam vidissent dum vellet inde
nullo modo poterant. Et ideo ipsi e-
compuncti de suis pectoribus prostrati
et flendo laudabant deum. Cumque
sacerdos venisset ad infirmum et
corpus dominicum non invenisset cum
dolore et reverentia venit corpus
christi omnino illesum et recepto hono-
rifice animalia ad pascua recesse-
runt [illegible] se non posset
Iste aliud accidit in dyocesi in
civitate [illegible] ut dum quidam
sacerdos ad communicandum infirmos
accederet et quendam locum quem
transiret obvius fuit ei quidam
iudeus absque omni reverentia vellet
transire. Equus genua flexit

et cum lacrimis suo supplicat creatori.
Tunc cum iudeus cum calcaribus et ver-
beribus compelleret ad surgendum amovendo
non potuit donec corpus christi retinen-
tem transiret. Sed vox huiusmodi fuit
audita et narrata. Agnosco creatorem
meum quem tu negas de virgine natum.
Et iudeus compunctus ex tam evidenti
miraculo credidit christo et baptismum
suscepit. Tertio ipsum confitentur
pisces. Accidit in provincia Narbonensi
ut quidam hereticus informaret seu
doceret quendam piscatorem per quem
modum posset in captura piscium ha-
bundare. Cui requirenti modum respondit
hereticus. Recipe corpus christi in sua
ore et ad domum tuam porta et in
ore primi piscis pone corpus christi
et extunc quotquot pisces volueris
retinebis. Cui in complens audita
nichil ex hoc ditatus per vecordia
per xx annos sine confessione stetit.
Accidit ergo ut ille hereticus qui hec
docuerat converteretur ad christum et [illegible]
modo induceret [illegible] ad suscipiendum et
ad reverentiam sacramenti altaris. Quod
audiens piscator prima ductus con-
fessus est hoc peccatum et non absolutus
a sacerdote monitus fuit ut agnosceret
[illegible] quousque absolutionem [illegible]
Cum mirabili modo compunctus ad locum
in quo commiserat peccatum accessit
et flens et dolens dum elevasset
caput in alia parte fluminis piscem
stantem in ore corpus dominicum
ostendentem et ad eum directe accedens.
Ipse vero non audens accipere currens
celeriter sacerdoti intimavit. Et ve-
nientes ambo dum non viderent
ceperunt cum magnis lacrimis rogare
deum. Statimque piscis apparuit
et in ore tenens corpus christi et ad eos
directe veniens in manu sacerdotis illud
reposuit. Cum corpus christi et piscis
recipiens hoc miraculum populo
publicavit. Quarto demones [illegible]
dum quidam [illegible] demones
et sacerdos cum corpore christi transiret
per [illegible] demon [illegible]

in signum reuerentie Cumque fuisset requisitus
ab inquisitore quare hoc faciebat
Dixit demon quia ibi fuit creator
suus in cuius potentia celum angeli
demones et infernus sunt posita
Tandem redeunte sine corpore xpi ge-
nua flexit dyabolus Et cum interrogaretur
quare hoc fecerit cum ibi non esset
corpus xpi Dixit quia est locus in
quo mansit ubi debet attendere xpianus
quantum precioso sit ut corpus quod recipiunt
in luto voluptatum proiciat Iste le[gitur]
ad idem Cum frater Jordanus ordinis fratrum
predicatorum duceretur ad quandam ecclesiam in qua
erat demoniacus venisset coram
multis astantibus demoni imperavit
ut ab obsesso exiret Qui renuit
tunc Et ideo frater Jordanus ad
fenestram ubi erant hostie non conse-
crate accessit et unam accipiens in ore
demoniaci posuit precipiendo ut
in virtute dei qui ibi erat exiret
Tunc demoniacus cum dentibus destorquens
hostiam subsannando quasi ego exibo quia
ibi non est xpus Tandem unam con-
secratam accipiens dixit hic est xpus.
Verum est et ideo cuius presenciam non
possum ferre et recedo ab isto Iste
ad idem legitur in miraculis beati petri
martiris de ordine fratrum predicatorum Quod
cum quendam hereticum convertisset Et ille per
alios hereticos fuisset perversus accidit
ut beatus petrus ipsum visitaret pro
conversione fratrum Qui respondens eius
consortium et amiciciam et similiter hospitium
interdicens Beatus petrus interro-
gavit causam rei Tunc hereticus
decepisti me cum tuis fallaciis Tunc
beatus petrus Quomodo constaret tibi quod
decepi te Tunc hereticus fratres
mei duxerunt me ad quoddam templum
mire altitudinis et pulcritudinis
in quo vidi xpm et matrem eius virginem
cum celesti curia in cathedris aureis
residere a quibus sum iam confirmatus
et ab eis audivi quod tu falsitatem
et errorem et non veritatem doces
Tunc sanctus petrus Si ista vera sunt et
hec cum tuis in omnibus potes vobis

ad hec ego et quod predico revocabo Qui
accedens ad alios hereticos et factum
explicasset Gavisi valde crastina
die statuerunt ut sanctum adducerent ad
locum prefatum Tunc sanctus mane con-
surgens missam celebravit et duas
hostias consecravit unam assumpsit
et aliam reverenter in pyxide secum por-
tat et ad locum predictum una cum heretico
processit Qui videns claritatem pallacii
et pulcritudinem fulgore resplendentem
in thronis et pulcritudine assistentium
subridere incepit Tunc illa que ab
hereticis videbatur et credebatur mater
dei dixit sancto Tu maledicte petre
cum falsitatibus tuis decipis et corrumpis
creaturas et redemptos per meum filium
Tunc sanctus Quis estis vos que talia
dicitis Tunc illa Ego sum mater dei
et hic est ihesus filius meus Et isti sunt
angeli servitores mei Tunc sanctus
corpus xpi tunc extrahens ait Si
vos estis mater dei et isti sunt servitores
vestri exhibeat reverenciam filio vestro
qui hic est verus deus et verus
homo Statim fulgura ceciderunt
et cum flammis et fetoribus illa illusio
evanescit et invenerunt se omnes
in quodam loco fetidissimo et corrupto
et tanto miraculo conversi sunt et
fuerunt xpo Iste ad idem Accidit
in partibus theotonicis ut dum esset unus
hereticus pessimus ductus ad ignem
et fuisset in medio maximi ignis
Incepit clamare deus adiuva me
Tunc ignis immediate divisus et
tanquam dispersus ei non nocuit Hoc
attendit inquisitor quod cum pietate dum
clamasset sicut pius angelus maior
de celo descendit et ignem extinxit
Cumque vellet populus eum liberare
et inquisitorem comburere Inquisitor
accepto corpore sancto processit ad
locum in quo erat preparatus copiosissimus
ignis et extrahens corpus xpi in
presentia omnis populi sic dixit domine
ihesu xpe qui precepisti zizania
colligere et in ignem mittere Rogo
per hoc sacratissimum corpus tuum

quod hic est ut ostendas potenciam
tuam super illud membrum dyaboli quod negat
quod tu non es hic in hoc benedictissimo
sacramento. Cum igitur hereticus fuisset pro-
iectus in ignem et clamaret deus meus
adiuua me. Demon respondit Non
possum quia verus deus et verus homo
est in illa hostia qui non solum meum
posse abstulit sed expellit me ne hic
plus valeam morari. Et inualescente
flamma hereticus est combustus. Item
ad idem fuit quidam incantator qui
habens demonem inclusum in quodam anulo
cum quadam die loqueretur cum eo
demon incepit clamare dimitte me
obsecro ut fugiam paululum et reuertar
statim ad obsequium tuum. Cumque ille
concessisset et demon reuersus fuisset
inquisiuit causam recessus et timoris
et doloris. Cumque demon recusaret
dicere et ille constrinxisset eum ait In
sacramento altaris est verus deus qui
creauit celum et terram et ideo fugi non
potui eius presenciam quia tunc portabatur
per carraynam ad infirmum. Cumque sic
loqueretur et sacerdos iam reuerteretur
Incantator in virtute ihesu christi sibi pre-
cepit ut non recederet. Cum tremens
et dolens diu tenuisset sacerdos ait
demon Adorabo locum in quo steterunt
pedes eius et prostratus iacuit quousque
transiuit. Item Cristo confitetur et cogno-
scit eum ibi esse peccatores et infideles.
Mulier quedam per multos annos in
temptacione manens in dominica corporis sacro
dubitabat de quo dolens affligebatur
et consilium a viris sanctis petebat.
Tandem Romam adiit et dubia ad-
huc rediens ecclesiam in qua missa
erat celebranda intrauit et deuote
rogauit ut deus hanc dubitacionem
sine dubietate aufferret. Tunc in
eleuacione corporis christi vidit christum
in forma hominis et carnem a certitudine
curauit. Item ad idem In partibus
vltra marinis dum quidam scismaticus
sacerdos celebraret missam et an-
te recepcionem sarracenus intrasset cum
ipse subito sanguinem assumpsisset et
corpus christi in manu teneret. Cum
credentes quod pecunia esset intrangebat

quid esset. Tunc ille Caro christi est.
Et aperiens manum visa est pecia car-
nis. Item secundo dixit lux dei est et
statim apparebat in figura lucis. Et
quociensque diuersificabat nomina per
sacratum exprimeret statim in illis speciebus
monstrabatur. Et tunc tres sarraceni
fugerunt. Item ad idem Soldanus babi-
lonie in die pasche vocauit aliquos
christianos captiuos qui in die illo commu-
nicauerant. Et interrogauit eos quo
ibat corpus christi post assumpcionem. Et quia
erant simplices et ignorantes nec
scirent quid responderent. Vnus illorum
ait domine ad caput. Et statim ex
precepto Soldani illi caput aperitur.
Et statim diuiso capite in medio in-
uenta est vna candidissima hostia
que in figura pueri conuersa cum magna
claritate celos ascendit. Tunc Sol-
danus perterritus omnes christianos a
seruitute liberauit. Item Sexto insti co-
gnoscitur. Frater Sextus de Campis magister
in theologia de ordine predicatorum de sacramento
altaris dubitabat et de dubitacione
dolebat. Quare in missa rogabat deum
ut ipsam temptacionem aufferret. Tandem
apparuit christus ei in missa in forma
iuuenis pulcerrimi tenebat eum in
facie cum manibus dicens Noli amplius
dubitare ego sum. Et sic temptacio
illa recessit. Item cum Parisius omnes
doctores commisissent de sancto Thoma
de Aquino ordinis predicatorum ut ipse
materiam de corpore christi scriberet et omnes
assentirent sentencie sue. Quibus predictis
hoc attendens in quibusdam quaternis
omnia scripsit. Cum autem ad legendum
deberent accedere cum maioribus lacrimis
deum rogauit dicens domine deus propter
caritatem qua dilexisti humanum genus
impedi linguam meam ut non possim
proferre illa que sunt scripta in istis
quaternis de sacramento altaris si sit
ibi aliquid contra fidem. Et tunc statim
christus stetit super quaternos cum magna
claritate et ait Thoma recta sunt et
vera. Et cum hoc socius suus videret
et pro priore perspexisset et
alijs reuelassent vna cum predicto
suo socio viderunt cameram plenam

claritate et sanctum thomam per duas pal-
mas a terra elevatum. Item ad idem
legitur in hystoria lombardica. Quod cum
hugo de sancto victore in infirmitate ultima
iaceret nec quidquam cibi retinere posset
Corpus dominicum cum magna instantia
postulabat. Tunc eius fratres turbati sed
timentes simpliciter hostiam ad instar
corporis domini detulerunt sibi. Quod
ille in spiritu cognoscens ait Misereatur
vestri deus fratres quia me deludere voluistis
Nam iste quem portastis non est deus
meus. Tunc currentes ad corpus christi
detulerunt. Quod ille videns cum fletu
ait Ascendat filius ad patrem et spiritus
meus ad deum qui fecit illum. Et
hec dicens emisit spiritum corpore dominico
disparente. Item ad idem refert
Cesarius. Quod quidam monachus de
ordine Cistercii in die natalis in quodam
altari celebraret cum lacrimis stetit
tum sub oratione non iam speciem panis sed
infantem pulcherrimum vidit. Cuius
amore succensus et pulchritudine delecta-
tus amplexus est eum. Et dum sic
super corporale posuisset formam sacra-
mentalem reassumpsit. Septio cog-
scit ipsum cum puer esset quidam fami-
liaris erat cuidam viro nobili domum
eius frequentabat et filium eius unicum
pullum diligebat. Et quia puerilia
iocalia ei offerebat puer sequebatur
ubique eum. Et cum ad ecclesiam cum
fuisset secutus ubi frater quidam missam cele-
braret. Statim puer iuxta fratrem
vidit manifeste in elevatione corpus christi
puerum in manibus dicti fratris. Vidit
post fractionem et sumptionem et ideo fugit et
abscondit se in turri. Quesitus et
inventus nullo modo venire volebat.
Cumque frater ille iussisset ut eum duceret
puer clamabat Salvate me salva-
te me quia vult me comedere sicut
comedit hodie unum pulcherrimum
puerum. Inquirentes vero causam dicti
invenerunt quod de sacramento altaris hoc
vidisset. Vitriacus probat ipsum ibi esse. Item
legitur in miraculis. Quod fuit quidam
puer filius iudei ductus ad ecclesiam

christianorum cum aliis quibusdam accessit.
Cumque ad patrem innotuisset eum in fornacem
ardentem proiecit. Quod aspiciens mater
tanquam furiosa civitatem tholosanam
vocibus dolorosis implevit. Concurrunt
christiani et incendia ab ore fornacis
hinc et illuc dispergi aspiciunt et dissi-
pato igne invenerunt puerum quasi
super flammas mollissimas distributas (confectas)
et abstractum illesum. Inferebat quod mulier (mulier)
illa in cuius basilica panem acceperat sedens
in cathedra cum proprio filio me cum
suo pallio ne ignis michi noceret operuit.
Et tunc intromittentes patrem in
fornacem consumptus est in momento.
Item ad idem. In bolonia fuit com-
busta quedam cella. Et cum corpus
christi esset in pyxide aurea in bursa
linea combustis omnibus et lignis facta
pyxide aurea bursa cum corpore christi
in medio flammarum stetit illesa.

Crux christi in multis virtutes in nobis
operatur primo contra demones fu-
gativa. legitur in vita beati
longini. Quod cum immundus spiritus
venisset ab ydolis intraverunt
gentiles et dum fuissent requisiti cum
his dixerunt ubi non est christus
nec signum eius ibi est habitatio mea.
Item ad idem legitur in vita Cypriani
et Iustine virginis. Quod quidam magus
ad mortem Iustinam nec precibus nec
promissis nec minis vellet consentire
ei vel eius coniugio copulari violenter
voluit eam rapere. Cumque ille Cypriano
incantatori dedisset duo talenta ut
per maleficia eam haberet demonem quoddam
urgentem dedisset diabolus ad quod
sequebatur magna temptatio facto
signo crucis demone confuso et victo
fugavit. Cumque fuisset vocatus fortior
et dedisset medicamentum fortius
et signo crucis ipsum abiecit. Tandem
vocatur princeps demonum qui ipse
mulier in virginis se transfigurans
dum ipsam inflamaret ad coniugium
et rediret ad se ipsum demone con-
fusum emisit. Cumque demon fuisset

conuratus a cypriano per quem uinctus
coactus Dixit per cuius que inferni
claustra confregit Item ad idem legitur
in libro de vii donis spiritus sancti Cum ad quendam
intrasset corpus cuiusdam iuuenis mor-
tui factus cuiusdam episcopi famulus Et ad
strenuissime seruiret factus est camera-
rius eius Cum autem iret ad cenandum
lucente luna et ipse portaret lumen
Quesiuit episcopus quanta esset luna
Dixit ille xxiiii Et episcopus ait Quando
tu scivisti ita cito ad nescias litteras
Dixit seruitor Prima ego vidi quando
facta fuit et postea semper continuaui
eius cursum Tunc episcopus stupens
signauit se signo crucis et demon
cadauere relicto sicut fulgur euanuit
Item ad idem legitur in libro de vii donis
spiritus sancti Cum quidam homo fuit
qui ut dicebatur de nocte ibat cum
bonis dominabus Cumque reprehenderetur a
quodam sacerdote eo quod videbatur esse
sciens Dixit homo Si vultis
hac mecum illa nocte ostendam vobis
veritatem rei Cui consenciens dum
in primo sompno mundum resurrexisset
venit ante hostium suum trabem in qua
demandato illius ascendit Et inhibuit
ne signaret se signo crucis Tunc
subito rapti et portati ambo ad
quoddam cellarium maximum viderunt
ibi maximam multitudinem dominarum
psallentium Et quia ibi erat lumi-
naria et mense posite dum omnes intra-
rent in mensam ad comedendum ut sacerdos
conspexerat cibaria benedixit Tunc
subito luminaria illa euanuerunt et
demones cum maximo impetu
fugierunt et sacerdotem illum in lombar-
dia solum dimiserunt Item ad idem
legitur in libro de vii donis spiritus sancti Cum fuit
apud Toletum quidam maximus nigro-
manticus Ad quem accedens quidam
scutifer propter diuicias se ei manci-
pauit Cum autem quadam die vna
cum nigromantico domino suo ad nemus cum
canibus venaticis venisset fuit ibi
visum scutifero quod ad ripam cuiusdam
fluuii venerit vltra quod erat

castrum mirabilis structure Cumque requi-
siuisset nigromanticum cuius esset illud castrum
Dixit domini mei est et tu eo procedas
et para te ad faciendum homagium sibi
Cumque incepissent ambo transire flu-
uium Speculator clamauit quis esset
qui fluenta transiret Dixit nigromanticus
Ego sum amicus domini regis Tunc
porte aperiuntur et pons tornatilis in-
clinatur et ipsi iuuenes in torna-
tili eis occurrerunt et eam milites
inclitis Cumque introducta fuisset pal-
lacium et rex descendisset de aureo
solio inclinat se populus et rex
suscipit causam sui aduentus Tunc
nigromanticus Ego ideo veni ut dites seruum meum
et ab eo recipias homagium Cumque
pro homagio fuisset requisitus ut ab-
negaret patrem et filium et spiritum sanctum
Tunc iuuenis stupens et dextram
manum eleuans signauit se signo crucis
et ait Ego reddo me patri et filio et
spiritui sancto Tunc subito tota cura
illa cum nigromantico illo in abyssum descendit
solo iuuene perito remanente Item
ad idem legitur in libro dyalogorum Cum
cum quidam iuuenis Iudeus de Campania
veret Romam nocte adueniente intrauit
templum Apollinis in quo pertimescens
signauit se signo crucis Tunc circa me-
dia nocte vidit malignos spiritus con-
gregatos coram quodam presidente Et
cum retulissent que mala contra bonos
fecerant vnus inter alios surrexit et
dixit Cum inter alia mala quod induxerat
erat quod quendam episcopum amore illicito
cuiusdam monialis induxerat intantum
quod eam cum palma retro percusserat
Tunc exhortatus a presidente ut com-
pleret peractis singulare gloriam ab
tinuit Tunc Iudeus palpitans pre
timore intuetur a principe Et cum
misisset ministros ut eum raperent
Cumque venisset ad eum Clamauit
ve ve vas vacuum sed signatum Tunc
omnes cum magno impetu discedentes
nec nocere valentes Iudeus postmodum re-
cedens omnia innunciauit episcopo et baptismum
ab eo deo dante suscepit Item ad idem
refertur Cum quedam scius nocte in
tres partes diuideret vnam in clamoribus

providendis. Alia in consideracione operis
retractacionis. Tercia in meditacione crucis
et passionis. Quadam nocte occupatus
a meditacione crucis cessavit propter
brevitatem noctis. Et illa nocte tunc
fuit vexatus a demone quod fuit mirabile.
Et admirans demonem quare illa
nocte tanta potestate super eum habuerat
audivit hoc sibi provenisse quia non
vacaverat devocioni et meditacioni
crucis. Secundo crux est infirmitatum
curativa. Legitur in tripartita hystoria quod in
thebaida in ermopoli erat arbor persi-
lis noctu plantata ut dicitur que persida.
Et est tante virtutis ut portantes eius
folia comedentes eius fructus aspi-
cientes eius florem ab omnibus infirmitatibus
curarentur. Et hec ut ibidem dicitur christo se
inclinavit descendenti in egipto. Hec
arbor est crux christi de qua colligitur
triplex vita nature gracie et glorie. Folia
huius arboris sunt scilicet opera verborum vero
et virtutum christi. Flores sunt opera pietatis.
Sed fructus ex una parte sunt isti. Huma-
nitatis est restauracio angelorum. Gloria
redemptorum. Redempcio captivorum.
Inflammacio aliquorum. Consolacio tribula-
torum. Refugium naufragatorum. Refeccio
reproborum. Restitucio peccatorum. Vita ger-
minat. Iocunditate fructificat. Odorem
salat. Balsamum fundit. Fructus autem
alterius partis sunt isti. Summe dileccionis
representacio. Christianitatis consignacio. Divine
pietatis participacio. Dampnatorum salvacio.
Mortuorum suscitacio. Inferni spoliacio.
Civitatis celestis restauracio. Unde est
arbor quam vidit Daniel que habet
situs liberalitatem quia in medio terre. Alti-
tudinis sublimitatem. Magnitudinis dignitatem.
Fortitudinis infragilitatem. Rectitudinis
congruitatem. Pulcritudinis speciositatem.
Fructuum ubertatem. Umbre serenitatem.
Liquoris iocunditatem. Iste ad idem
legitur in hystoria tripartita. Cum quidam
paganus fuisset conversus hoc solum
videbatur sibi abhominabile esse quod
crux christi adoratur in qua deus sic
fuit vituperatus. Cum autem periculosa
infirmitate fuit fuisset gravatus angelus
sibi apparuit dicens. Impossibile est ut

curetis nisi crucem cum devocione ado-
res quam veneratur omnis angelus. Qui
et adoravit quam hec est medicina ang-
tiosque languoris. Quod cum iste fecisset
statim curatus surrexit. Iste legitur
in hystoria tripartita quod cum quidam christianus
mansisset iuxta synagogam iudeorum
inmutato hospicio recessit ubi manserat
reliquit ymaginem crucifixi satis composita
quam adorabat in secreta oracione. Cuiusque
iudei venisset convocatis multis aliis
inclusum ac super quoddam vas viaticum
reliquerunt illam ymaginem clavis
novis confixerunt et alia passionis
sua innovaverunt. Cum autem venisset
ad lateris apposicionem cum lancea statim
exivit sanguis et aqua. Tunc re-
cipientes in vase stupefacti infir-
mos suos illo liquore inunxerunt.
Tunc omnes curati sunt. Hoc videntes
christo baptizati ab eo synagogam
in ecclesiam dedicaverunt. Requisitus vero
christianus unde talem ymaginem sic
composita habuerat. Audivit Nicodemum
morientem reliquisse eam Gamalieli.
Gamaliel Zacheo et iste Iacob et
ita per diversis successiones ad eum
venerat. Item ad idem legitur. Requiritur
in gestis anglorum. Cum enim Odvar-
dus rex anglie factus fuisset christianus
et multos apostatas a fide interfecisset
dum insurrexisset. Barones contra
eum in medio congregatus. Tandem exivit
in cuius pede ortus est fons cuius
aqua omnes equos et homines vulnera-
tos salvavit. Et habita plena victoria
magnificatur christum. Tercio crux christi
est vivificativa. Legitur in ecclesiastica hy-
storia. Cum quidam letitia erat in Alle-
xandria quod gentiles sacramentum
vocabat huius signum crucis et hoc
vocabat vitam venturam. Cuius virtus
contra actum bellorum erat mirabilis
et mediam vulnerati ad mortem cura-
bantur per eam. Hec leticia est crux
christi in lecto helye et baculo helyzei
habet mansiones suas una in altam
iamua apiens. Alia in alto brachia
extendens. Alia in profundum demone
devincens. Iste ad idem legitur in

hystoria tripartita quod cum helena ne-
sciret discernere inter cruces inventas
de cruce christi posita fuit super mortuum
statim suscitavit eum. Quarto est
crux christi in periculo confortativa legitur
in passione galliani martiris. Nam cum
quidam gentilis vellet habere constanciam
virginem in uxorem illa affirmavit eius
conversionem. Concessit post reditum belli.
Cum autem ille in prelio deficeret vovit
deo ut si eum dignaretur liberare christianus
efficeretur. Tunc statim apparuit sibi
quidam iuvenis pulcherrimus habens signum
crucis in brachiis et gladium in manu.
Cum dixit ei Sequere me. Cum per me-
dium hostes eum duxisset ad regem
ligatum regem ei tradidit. Tunc cum
victoria rediens baptizatus postea
martir effectus est. Iste ad idem
legitur in hystoria tripartita. Nam cum
quidam portaret vexillum crucis timens
impetus hostium illud tradidit socio
suo ad portandum ex quo securus est
quod dimittens vexillum occisus est.
Et ille qui portabat vexillum itaque
ubique telis et sagittis impulso est
lesus sed signum omnia ista tela et sa-
gittas infixas recipiebat nec fuit
lesus quicquam. Quinto est malorum
revocativa legitur in hystoria tripartita.
Nam cum Iudei recepissent licenciam
a Iuliano apostata reedificandi
templum quod Titus fodiat invenerat
inanem repletum. Et cum congessent
multa milia egipti subito apparente
vento totum est insufflatum. Magna-
que violencie vellent edificare fun-
damenta aliquos occidebat aliquos
comburebat. Et tunc subito visum
est signum fulgidum in celo ad instar
crucis et vestibus eorum cruces magne
indelibiles apparuerunt. Tunc
timore perteriti aliqui sunt conversi
reliqui vero fugierunt. Iste ad idem
legitur in passione beati Quiriaci qui
alio nomine Iudas fuit vocatus
qui invenit crucem domini. Nam cum Iulia-
nus apostata eum compelleret ad
negandum nomen christi et ille nollet
hoc facere proiectus est in foveam
plenam durissimis serpentibus.

Qui igitur sedo collum bullientem plenam
oleo fuisset proiectus facto signo crucis
sine aliqua lesione mansit. Quod pa-
ciens meditator qui serpentes vocat
ad ipsum est conversus. Sexto est
mortis retardativa legitur in libro de vii
donis spiritus sancti. Nam fuerunt duo scilicet vir et
uxor in sanitate et pace vincentes con-
stati vero admonere voluntate habuerunt
ambo finiendi vitam suam per suspendium.
Cuius autem ex hac temptacione impba-
cogitacione importuna tantis efficeren-
tur semper in tempore nec comedere possent
quia erat alter ab altero causam sue esse.
Audivit vir. Nam super omnia magnam vo-
luntatem se suspendendi habet mulier
audivit similiter. Consencientes ambo
laqueos coaptaverunt. Tunc mulier
ait viro suo. Domine consulere ut
prius bibamus de illo vino quod
fecimus de quo nondum gustavimus ut
inebriati suavius moriamur. Placet
hoc viro. Vinum defert quod cum vellet
bibere statim convertit illud signavit
et bibit reddit uxori. Cumque ambo
gustassent sic temptacio ab eis re-
cessit ut cum confusione ad confitendum
statim irent. Iste ad idem refert
Gregorius. Nam Iustinianus imperator
factus amicus Tyberius a romanis
constitutus est imperator. Cum cum
semel quadam die per pavimentum
pallacii deambularet in quodam
lapide vidit signum crucis impressum
et elevans ipsum cum reverencia dixit
Crucem adorandam non conculcandam.
Cum ergo illa fuisset amota sub ea in-
venta est tabula cruce habens et sub
illa thesauri infiniti. Primus lapis est
prima Secundus est caritatis. Tercius est
passio christi sub qua infiniti consistunt
thesauri. Septimo est elemosinarum
donativa legitur in hystoria Antiocena.
Nam quidam peregrini pertransientes mare
refugiebant tunc statim. Et ideo Constantinus
de duobus clavis christi fecit fieri ferrum
ut esset invincibilis de quo fecit fieri
crucem quam proiecit in mare adriaticum
quod erat vorago naviganciam. Nec
ex tunc ibi tempestates fuerunt. Iste
ad idem legitur in vitis patrum. Nam cum

mare videtur cooperire totam superficiem
terre. Beatus hylarion tres cruces
posuit ac mari in virtute crucis precipit
quod ultra non procedat. Tunc mare se colli-
gens et ad modum muri se erigens re-
versum est ad locum suum nec ultra redijt
Unde crux est virga ad cuius tactum mare divi-
ditur pharao submergitur et israhel
liberatur. Octavo est cordis confortativa
legitur in libro dyalogorum quod cum Sabi-
nus lumine oculorum pre senio amisisset
Quidam archidyaconus eius ambiens
episcopatum per puerum fecit ei dari poculum
venenosum. Tunc sanctus hoc agnoscens dixit
puero Bibe tu primo de hoc quod
ministras. Tunc puer veritate coactus
bibere voluit poculum venenosum. Quod
attendens sanctus dixit Noli hoc facere
fili. Ego venenum bibam sed dominus cuius
hostis non erit. Et facto signo crucis
cum illud bibisset ei non nocuit sed Ar-
chidyaconus mortuus est statim ac
si ipse venenum bibisset. Iste ad
idem legitur in vita beati Ignacij quod cum diversis
tormentis cruciatus continue fortior
inveniretur tanquam granum sinapis. Tunc que-
sivit ab eo tyrannus quare in eo et
in alijs christianis erat tam mirabilis
fortitudo. Cui respondit Ignacius Quia
sanguis agni armat et fortificat
elephantes ingerunt sanguis christi
et quia in corde meo et christianorum
est impressa crux christi et fides crucifixi
ideo tanta fortitudine habemus. Quod
cum tyrannus experiri vellet eo inter-
fecto fecit extrahi cor et id scindens
inquantum particula sua de corde eius
videbatur depicta ymago ut in speculo
crucifixi. Nono est deo reconciliativa
legitur quod cum quidam gentilis fuisset
baptizatus et post baptismum fuisset damna-
tus. De spiritu inventa aquondam sancto
viro requisivit per quem modum posset
deo reconciliari. Cui sanctus Recurre
ad signum crucis quod est signum re-
conciliacionis et ideo ponitur inter lay-
cos et clericos in medio ecclesie quasi
arcus federis inter deum et homines et
angelos. Est signum conviccionis
et ideo ponitur in capella templorum in
capite lecti morientium et eius mor-
tuus resurgat. Est signum liberacionis
et ideo est signum Thau in fronte et
in postibus hostiorum. Item ad idem
legitur in hystoria Antiocena quod cum
Sarracenum cepisset quendam militem
christianum et super terram duxissent
compellebat eum ad dicendum hoc verbum
Effugite superati quod videlicet laborat
Quod autem ille continue clamasset
amputato eius capite fluxus sanguinis
crucem fecit et caput passum ridens
dicebat Sacrificium laudis honori-
ficabit me. Decimo est homini
signativa legitur in libro de vij donis spiritus sancti
Cum quidam predicaret de cruce inter
alia hoc dicebat Crux christi est sicut
pons quem christus fecit nobis in quo
fecit tres arcus. Primus est summa
penalitas. Secundus est summa paupertas.
Tercius est summa liberalitas. Primum est
contrarium concupiscencie. Secundum contrarium
superbie. Tercium contrarium avaricie.
Secundo crux est tanquam navis victo-
riis portans opera benedicta dans
inmortalitatem dans divicias et acci-
piens paupertatem dans honores
et accipiens contumelias dans quietem
et accipiens ignominiam. Tercium quod
dixit est. Quod vestigium crucis est impres-
sum in homine et precipue in capite
in quo est vita et omnis sensus. Nam
a pilis usque ad summitatem nasi est
altitudo et profundum crucis supercilia
oculorum sunt brachia crucis. Item a
naso usque ad mentum est altitudo
et profundum crucis labia medium
faciunt ut vita hominis sit in cruce et
vivat in cruce qui vult crucifixum
perfecte vigere. Undecimo est sicut
scala quam vidit Jacob quia est
sicut porta celi. Unde in signum huius
post mortem summi pontificis re-
dibant exules ad suas hereditates.
Est sicut clavis regia. Est sicut
paxillus in medio civitatis in quo
recuperant amissa. Est sicut sigillum
summi regis. Est tanquam moneta
perfecta. Cum autem hec et plura predicata
fuissent fratri subito crux fulgida et

lucida in medio omnium apparuit de cuius
circumferentia vox audita fuisse narratur
lignum vite est hijs qui apprehendunt
eam et qui tenet eam beatus erit
Cruce signati diuersa priuilegia con-
sequuntur a deo Primo est demonum
liberacio legitur in libro de vii donis In
diocesi Carnotensi tempore beati lodowici
quidam miles ibat per siluam cum tribus
scutiferis in qua audiuit terribiles
planctus demonum dicencium ve ve nobis
quia omnia nostra amittimus et iam
pro magna parte amisimus propter crucis
signacionem et susceptionem Ita tales baro-
nes et tales nominabat eos suis nominibus
quos diu possedimus amisimus Quod
audiens miles perterritus corruit
sed a scutiferis confortatus sed cum fecis-
set crucem de folijs et eam assumpsisset
cum voto demones horribiliter cla-
mauerunt dicentes maledicte cur nos
fugas de hac silua Nonne sufficie-
bat tibi quod essemus eiecti de castris
principum et baronum et hijs dictis reces-
serunt de loco Item adhuc legitur
de vita et institucione fratrum predicatorum Cum
cum quidam frater predicator exerceret
officium predicacionis crucis clericum
diuitem et delicatum in voluptatibus
et honoribus cruce signauit Qui
volens fratri confiteri consuluit ut
differret usque ad crastinum quod esset in
ecclesia ubi erat hostel sua Cum autem a-
scenderet illa nocte lectum intraret
dyabolus ei apparuit sic dicens Quid
est hoc quod fecisti Ego omnibus diebus
vite tue fui tibi prouidens tibi in
diuicijs in delicijs et honoribus mun-
danis et tu me primus mutas et vis to-
taliter me dimittere sed certe non effu-
gies manus meas Tunc clericus
timens de bursa subito extrahit signum
crucis et super ventrem suum ponens ait
Certe in mea potestate hic non potes quia
ecce scutum et arma defensionis mee
contra te extendo scilicet signum
crucis Quo viso dyabolus disparuit
statim et ipse liberatus quieuit Item
ad idem miles quidam magni valoris
crucem in remissione suorum peccatorum re-
cipiens iter arripuit Et dum in via
infirmaretur venit dyabolus ei apparens
multis racionibus probat quod debet esse

suus Sed miles econtrario allegabat peccato-
rum suorum confessionem factam crucis assumpcionem
et firmum propositum perficiendi votum et
ideo inchoauerat viam Tandem exhaustis
exemplis non possens prouincia demonis a
liberari Accepit frater tunicale suum in quo
erat signum crucis consutum et ait Ecce
signum crucis quod accepi ad defensionem
meam contra te quo viso demon recessit
Item adhuc frater predicator in villa
predicans de cruce nichil proficit eo
quod ciues iuramento firmauerunt quod
nullus cruce signaretur Tunc frater
in principio unius sermonis sic ait
Omnes facite signum crucis in frontibus
et in pectoribus ut dyaboli cicius insidie
procul sint a vobis Quod cum illi
fecissent ait Modo certe sunt plurimi
qui iurauerant se non signari quia modo
sunt omnes signo crucis signati Tunc
multi compuncti et signati vel edificati
signum crucis acceperunt Secundum
priuilegium est mortis euitacio legitur
in hystoria transmarina Cum quidam
Episcopus cum multis peregrinis cruce signatis
mare transiens eius nauis est scissa
subito Tunc Episcopus scala ascendens
cum nautis peruenit ad ripam Et quia
unus famulus suus saliens in undis saliens
marinis fuerat inuolutus Quem Episcopus
veniens ad litus sanum suum reperit
seruum protectum a cruce et a virgine beata
Item adhuc peccator enormis desperatus
temptatus se frequenter in aquis submergere
aut laqueo suspendere Cum attenderet
ad predicacionem et audiret tanta virtute
crucis contra hostem cum proposito absti-
nendi de ceteris crucis signum assumpsit
statim amor vite accessit et temptacio
demonis recessit Tercium priuilegium
est dampnacionis exclusio legitur
in miraculis beate virginis Cum una nauis
crucesignatorum fuisset submersa quot cruce
signati erant tot columbe candidissime
vise sunt volare ad celum Quartum pri-
uilegium est eterne glorie possessio legitur
in libro de vii donis Cum cum quidam de cruce
in platea predicaret gentibus visa est
est beata virgo in medio corporum conspici
et suum filium cruce signatis in pectus

et i primum eis dare. Item ad idem legitur
ibidem quod quidam miles gallicus cum sepius
deum cuncta loca sancta et christi vestigia vi-
sitasset et devenisset ad montem Olive-
ti ait O domine qui pro humano genere fudisti
tam preciosum sanguinem in hac terra satis
quantum valui vestigia sancta tua sum secutus
Modo vero quia ad te ut avis volare ne-
queo quia alas non habeo Rogo te ut
in pace suscipias spiritum meum et statim
ad gloriam est assumptus Item ad idem Cum
miles probissimus diu impugnasset sarra-
cenorum aciem sic allocutus est equum
suum O bone matelle per multas dietas
portasti me velociter ad torneamenta
ad guerras contra deum et usus infini-
Modo emendo in ut portes me ad pa-
radisum et hoc virtute crucis Christi que erat
super lignum Tunc equus ita virtuosissime
fecit impetum contra inimicos Christi ut
quot tangebat tot mortificabat Finaliter
equus interficitur cum domino suo et in morte
eius visa est columba lucida in eius
capite Crux illius militis portabat et
ad eternam gloriam cum magna comitiva secum
Item ad idem legatus quidam cum magna
comitiva magistrorum clericorum predicabat crucem
et cum non posset nec ipse nec per socios nec
per religiosos fructum facere petiit si esset
ibi qui posset vel sciret proponere verbum dei
Et cum putaret quidam sacerdos simpli-
cissime litterature qui parochianis suis
predicabat de legendis sanctorum et reputa-
bat eum ipso ut predicaret evangelium
Rogatus a legato et coactus per virtute
sancte obediencie surrexit violenter
et sine gracie aliqua sacre scripture
populum alloquitur in hunc modum Est ne
aliquis de villa mea Surrexerunt
multi dicentes Ita domine nos sumus
hic de loco vestro Tunc sacerdos proposuit
tale questionem Quero a vobis Quid
est maioris laboris vel bladum ven-
tilare vel flagellare Audiunt de
flagellare Ita unus homo ventilaret
una die plusquam decem flagellarent
Tunc sacerdos verum est Ita isti clerici
scientes sacram scripturam habentes ma-
ximam fortitudinem flagellaverunt
vos per totam diem sacre scripture et
verbo dei et ipsi sciunt me esse debilem

inepte elegerunt me ad ventilandum
quia nescio flagellare sicut ipsi Et
ventilare nichil aliud est nisi mittere
granum ad unam partem et paleam ad aliam
partem adiuro vos per patrem crucifixi
et per effusionem sanguinis eius quem
effudit in cruce pro peccatis nostris salvandis
ut omnes qui voluerint tamquam triticum
electum poni in paradiso in horreo dei
veniant colere et accipiant crucis =28
signum palee vero vadunt et procedunt
in ignem eternum Item aliud privilegium est
infirmitatis curatio legitur in libro de vi-
do ss Cum frater Iordanus semel devo-
tissime predicabat crucem frustra et cum
nichil proficeret licet diu predicasset
surrexit mulier habens manum aridam
et omnino inutilem Et accedens cum ma-
gna devocione crucem assumpsit post cuius
assumpcionem statim manus est perfecta
et sanata Item ad idem miles quidam
Arito cum vidisset multos crucesignatos
et eis multum esset infestus Cum in
quodam festo ad recipiendum non compareret
loquelam amisit Cum vero videns divinam
ultionem cum digitis signum fecit et
humiliter supplicavit ut signum crucis
daretur sibi Cum cum magna devocione
fuisset signatus statim vocem recepit
Item tercium privilegium est penarum pur-
gatorii diminucio legitur in hystoria
transmarina Cum cum quedam navis
ex tempestate suborta perisset
lapides preciosi et fulgidi qui fuerunt
elevari de mari et cum a flamma
exeuntes in aere retardarentur illi
lapides ex suo fulgore igne perito
extinxerunt et in palacia celi visi-
biliter sunt recepti Item ad idem
dum quidam frater predicaret crucem in
quadam civitate inter alia dixit in
suo sermone Quod quilibet poterat
ledere participes sue indulgencie
suos parentes et assignare patrem et
matrem in pia peregrinacione Quod
audiens quidam filius qui iam patrem
suum multum affectu eo quod esset nuper
mortuus accepit signaculum sancte crucis
cum intencione ut animam patris sui a
penis purgatorii liberaret Cum
tum esset sero in lecto vox ad eum

venit dicens dormis ne fili Cui in-
venis Quis es tu Ego inquit pa-
tuus sum fili et benedicta sit hora qua
te genui in hoc mundo quia per signum quod
hodie recepisti liberatus sum a penis
purgatorii magnis Septimum pri-
vilegium est peccatorum relaxacio legitur
in libro de vita et conversatione fratrum predicatorum
Cum dum quidam frater predicator predicaret
de cruce inter alia proposuit talem pa-
rabolam Mulier quedam fuit que a viro
suo filium concepit pulcherrimum cum se
pregnantem abortum paraverunt et occidit
fetum Nunquid tales digni sunt suscipere
mortem utique dignissimi Verum est
quia ista filius est propositum suscipiendi
crucem Et ideo illi qui extinguunt
hoc propositum sunt digni dampnacione
eterna Cuius verba audiens quidam concepit
propositum suscepcionis crucis extinxerat
et perterritus ad domum suam venit et
non valens dormire causam uxori
interrogati explicavit Qui autem con-
solatus ab uxore et inductus ad
suspendendum crucis dormiret vidit in
sompnis quod esset indutus immundissimis
fetidis et spinosis vestibus que ei nimium
displicebant et audivit vocem viri
talibus exui et albissimis indui Cui
volo Vade inquit vox ad fratrem
Jordanum qui exuet te hiis indumentis
et per signum sancte crucis induet te
mundissimis Cum surgens ad eum accessit
Et facta confessione plena fuit ab
eo cruce signatus Item ad idem dum
semel in quadam platea crux predi-
caretur Quidam frater religiosus
vidit beatam virginem stantem iuxta
predicatorem cum suo filio qui singulis
accedentibus ad crucis signaculum
cum lintheo pulcherrimo deaurato
abstergebat omnes maculas et immun-
dicias ipsorum unde dicebat filius
cuilibet Remittuntur tibi pecca-
ta protector tuus et merces tua
Item ad idem Cum quidam miles stre-
nuissimus in quodam conflictu vidisset
cruce signatos perterritus ait Ve volo
modo esse in paradiso Aliis autem mirantibus
suum dictum explicavit dicens Si
modo essem in paradiso modo essem sicut

confessor nunc vero per virtutem crucis
ingrediar ibi ut martir Octavum
privilegium est remuneracionis augmen-
tacio legitur in hystoria antiochena
Cum miles quidam habens pulcherrimos
filios signum crucis accepit Et cum
esset in domo sua plures in lecto
pueros ad se vocabat et eos deoscu-
lans et amplexans inter brachia
detinebat Cum autem quereretur ab eo
quare hoc faceret cum eos in brevi re-
linqueret Respondit ideo facio ut ostendam
domino ihesu christo ut eos ad quos corporaliter
affectio pro eo derelinquo ut mihi re-
tribuat in futurum Item ad idem Mulier
paupercula unigenito filio suo mane
ad opus suum egredienti sic benedi-
cebat semper per vias quibus deus incessit
incedas fili dilecte Mortua matre
et factus adultus cepit inquirere per
quas vias christus ambulasset Et cum
didicisset quod in bethleem statim
assumpta cruce ad sanctam terram accessit
et perambulatis omnibus locis in quibus
fuerat christus mortuus est in loco
sui ascensus Item ad idem Nobilis
quidam de Almania cruce signatus
impeditus ab amicis a via et voto
acquievisset Cumque venisset ad maxillam
infirmatus decessit et traditus se-
pulture post multum tempus venerunt
parentes et amici ut corpus ad patriam
reportarent effodientes invenerunt
eum cruce signatum et rubeum unde indutum
habente bardone et pera ad humerum
et alia signa peregrinationis licet nulla
posuissent ibi



Detractio sive dolus mul-
ta mala inducit in
nobis primo est vicio-
rum plena Refert Petrus
Alphonsi Cum quidam
iuvenis haberet domum
iuxta divitem nec volebat ei vendere
pro voluntate sua et ideo hoc attendens
dives dolea posuit in hospicio iuve-
nis quorum quedam erat plena oleo
et alia quedam semiplena aqua implevit
Dives pauperem accusavit de furto

dolose

olei Tunc pauper ducebat secum quendam
philosophum qui dixit pro eo in hunc modum
commensurentur fetes olei sicut oleum
mensurat. Quod cum factum fuisset
inventa est legalis mensura et ideo
exiit proverbium. Qui habet malum vicinum
non habet quietem neque pacem. Secundo
deceptio est amicalis et vicinalis deceptio.
Refert vitas. Quod tres homines incedebant
per desertum non habentes nisi modicum
farine de qua fecerunt panem. Quem
cum coxisset duo volentes decipere eum
qui simplicior videbatur inter se con-
cordati dixerunt. Ponamus nos omnes
tres ad dormiendum et qui sompni-
maius fecit illius sit panis. Cumque
dormiret simplex finxit se dormire
et scitebat. Et alii duo dixerunt
ad invicem. Tu dices quod sompniasti de
paradiso et ego dicam quod sompniavi de
inferno. Et cum nichil maius posset
excogitari habebimus panem. Tunc cum
vidit quod dormiret surrexit et come-
dit panem. Et cum surrexisset evigilati
et narrassent sua sompnia dixit
simplex. Ego sompniabam quod tu eras
in paradiso et tu eras in inferno. Et quia
illi qui sunt in istis locis nunquam redeunt
surrexi et comedi panem. Iste adiungitur
fabula quod mus voluit transire
flumen et ideo petivit subsidium
a rana. Que cum illa dolose consentiret
pacavit per lignum quod unus fuit ligatus
in ligno et alia pes rane. Cumque procedit
rana et teneret lignum super quod erat
mus et esset in medio fluminis rana
ad fundum descendere voluit et sub-
mergere murem et tunc mus hoc pro-
hibebat. Cum ergo sic litigarent ex oppo-
sito venit milvus et assumens
murem traxit ranam et comedit eos.
Ideo dicitur proverbium. Quod unde dolus inde
reg[r]editur dampnum. Unus est deceptio
officialis vel principalis. Sed rana
fuit mota et fautores eorum quorum
preparatione deceptiones fuit. Et ipsi
dum videt locum suum non parcent eis
quando deperdant corpus bona et capiat
quantum possit. Sed milvus inferni

utrumque devorat. Iste adiungitur
fabula. Quod cum animalia et aves
bellum adinvicem fortissimum haberent.
Cumque animalia superarent aves hoc
attendens vespertilio quod indifferenter
se habebat vel faciebat cum animalibus
pacem firmavit. Tunc subito venit
aquila et sustinens partem avium
victoriam de animalibus habuerunt.
Quod attendens vespertilio recessit
ab animalibus et adhesit avibus. Tandem
firmata pace inter aves et animalia
audita est deceptio vespertilionis
data est sententia ut plumis avium privaretur
et luce fugeret et inimicicias
cum omnibus haberet. Sic accidit deceptoribus
qui dolose utrique parti volunt
favere. Tertio deceptio est mort[is]
adiudicativa. Refert Petrus Al-
phonsus. Quod cum quidam magnam pecuniam
cuidam tradidisset seu viam in regressu
eam negat. Tunc accedit ad unam
senem et dicit sibi Obsecro ut im-
pleat decem ollas arena coopertas
tradas illi prohibito sine preposito.
Tunc ego superveniens et ipse timens
ne perdat tuam pecuniam quod apparet
maior restituet tibi meam. Quod cum
omnia facta essent et iste cum aliis
loquitur creditori dicens appareas
satis dixit amice nimis dimisisti
pecuniam tuam apud me et accepta
et cophinus recessit. Tandem attracti sunt
deposita et de aliis deceptionibus vilibus
est suspensus.

Decimo debet solvi a nobis
multiplicia solutione primo propter
fructum ultime. Refert Ce.
Quod fuit quidam miles qui bailivum
suum preponebat ad recollectionem
decimarum predicens. Nunquam in
terris meis erit tempestas bene
solvens tempestatum decimas. Et ideo
si in possessionibus meis cadat tem-
pestas signum est quod male solvisti
et de mercede tua restitutus. Cum
ergo bailivus optime complevit
preceptum domini aliis possessionibus

vicinorum lesis sua iniquia ledebat.
Item ad idem. Quidam miles erat qui fuit
qui mirabilem devocionem habebat ad solu-
cionem decimarum. Cumque vindemiasset
suas vineas et quia de gracia plus
dedisset quam debuisset deum quadam die
ad spaciandum cum sociis ad vineas
iuisset invenit eas plenas racemis
ac si nullus fuisset amotus

Delicie carnis et mundi multa
mala inducunt in nobis. Primum est
penarum aggravacio. Legitur in libro
de vii donis spiritus sancti. Quidam iuvenis
delicatus in deliciis nutritus ingressus
est ordinem predicatorum. Cumque eius parentes
et amici instarent ut exiret ordinem
eorum quia finaliter non posset pati
labores. Tunc iuvenis respondit. Ymmo econtra
intravi quia sciebam me esse delicatum
et nichil asperitatis posse sustinere. Et
quia cogitavi quod in inferno erat acer-
bissima pena cum sit ibi maxima
frigus insuperabile, ignis inextinguibilis,
tenebre palpabiles, vermis immortalis,
fetor intollerabilis, fallacia cedencium,
horrida visio demonum, confusio
peccatorum, desperacio omnium bonorum. Et ideo
elegi magis hanc penam ordinis sustinere
quam illam que tanta est quod comprehendi
non potest. Item ad idem dicit quidam
predicator de deliciis. Quidam iocula-
tor cuiusdam principis fuisset in huiusmodi
presencia militum et baronum proferens
talem parabolam. Ego sicut videtis sum
deditus vanitatibus mundi et deliciis
nichilominus in nocte iacens in lecto
delicato cogitavi in corde meo hanc
consideracionem. Si aliqui venirent et loca-
rent se in isto loco et cohiberent me-
rores per xx annos nonne omnem
vanitatem et delicias dimitterent
ut possent liberari. Certe sic. Quid
ergo facies de suppliciis eternis infini
si te contingat illuc demergi ubi
erit fletus et stridor dencium, a-
dustio lignorum, plangor et desperacio,
blasphemia creatoris et tanta ve-
hemencia doloris quod inexcogi-

tabilem alibi fieri non potuit. Item
ad idem dicitur quod fuit quidam vir pinguis
qui deridebat quendam iuvenem maci-
lentum et dixit sibi. Videtur quod venis
de inferno. Audit iuvenis. Domine si
ego habeo faciem redeuntis de inferno
vos qui estis pinguis habetis faciem
euntis illuc. Unde delicacio et pinguedo
carnis ignem inferni accendunt et corrumpunt
tamquam cibum [illegible] etiam. Item ad
idem. Quidam peccator accedens ad quendam
sanctum virum rogavit eum ut daret ei
penitenciam sed brevem. Tunc sanctus dixit famulo
suo. Vade duc eum ad vallem vicinam
et dic primo quem inveneris ut faciat sibi
brevem penitenciam sed tu redibis statim. Cum
autem fuisset acceptus per illum qui custo-
diebat vallem incepit clamare et
lamentare et statim reductus est ad
virum dei. Cum autem vir dei licenciaret
ipsum ut recederet dixit peccator. Ab-
sit hoc a me. Nam custos vallis
duxit me ad horribilem locum penarum
et plenum. Ex visu pre timore corrui quasi
mortuus et hoc tamen subaudivi quod
illa penarum quia ubi alios serrabant
aliquos plumbo liquefacto sufflabant
aliquos igneis cathenis ligabant
et dabant pro deliciis in hoc mundo
dilectis. Secundum malum est corporis punicio.
Refert Petrus Damiani. Quidam
dux habet uxorem sic delicatam quod in
rore celi se balneabat cum scutellis
aureis ministrabat sibi cibaria et
in lecto delicatissimo quiescebat. Tunc
divino iudicio percussa undique tantus
fetor ex suo corpore exalavit ut nullus
posset ferre eius fetorem. Vermes eciam
scaturiebant ex toto corpore ut vix
una ancilla habebat et sic punita
in sua miseria mortua est. Item ad idem
legitur in libro de vii donis spiritus sancti.
Quidam episcopus consecrare voluit
quandam ecclesiam et quia in ea sepultus erat
quidam Comes qui delicatissime vixerat
apertum est sepulcrum ut expelleretur
extra. In suo corpore reperti sunt duo
bufones maximi super faciem eius

et ideo illos volo comprehendere et facere
penitenciam tecum

cancri rodentes et alii infiniti vermes et serpentes horribiles scilicet ad pectus ossa et totum cadaver avidissime devorarent. Tunc filius comitis hec audiens attendit et visa facie patris vermium cupiditate et horribilitate plena dixit: Levati sunt amici nostri quos mutant delicie. Hos tegamus vestibus deauratis, hos quiescere faciamus lectis mollibus, thalamis pictis et augmentamus cupiditatem seculorum. Melius est ergo ut extinguatur contra per penam discordiam pauperem et molestetur per venenum ut infesti a nobis non oriatur in morte. Et tunc dimisso comitatu habitu vilissimo induto Romam venit. Et factus carbonarius. Ad statum suum cuidam cardinali revelavit. Tandem mortuus receptis sacramentis etiam que in eius morte omnes campane de Roma sine tangente sunt audite. Item malum est dei indignacio. Lectio xli de vii donis.

Quidam rex fuit qui habuit viridarium et illud tradidit ceco et claudo contracto ad custodiendum. Claudus vero contractus non poterat attendere ad fructus arborum rogabat cecum ut elevaret eum a terra et dividerent sibi fructus perceptos. Cui acquiescens. Et cum elevasset eum arbores destruxerunt. Tandem venit rex ad viridarium suum. Et cum vidisset arbores destitutas interrogavit contractum quis hoc fecerat. Audiens dominus cecus fecit quod ego non possum me movere. Econtra cecus dixit ymmo contractus quod ego non possum videre. Tunc rex percipiens quod ambo fuerant corrupti amborum interfecit. Iste rex est deus viridarium est perfectio virtutum bonorum operum et spiritualium et donorum dei in quo sunt tot arbores quot creature ad fructum hominum destinate. Ecce custodes sunt anima que est cecus et corpus quod est contractus. Anima corpus portat secundum corpus destruit ordinem deliciarum et ideo utrumque fit dampnacionis eterna. Item ad idem legitur ubi supra.

Quidam fuerunt duo fratres unus prudens et alter stultus qui ad longinquam regionem accedentes dum errassent in via a pastoribus sunt edocti quod duas vias haberent unam asperam scilicet strictam aliam planam scilicet latronibus plenam. Tunc cum sapiens elegisset asperam viam et stultus planam et delicatissimam victus sapiens precibus stulti una cum eo per planam viam incessit. In qua dum fuissent capti a latronibus vulnerati et spoliati et ducuntur ad mortem. Dixit sapiens stulto: Maledictus sis tu qui duxisti me per hanc viam. Tunc videt fatuus. Tu sis qui scivisti cur me cum sciveris me esse fatuum. Et sic ambo perempti a latronibus perierunt. Isti fratres sunt corpus et anima. Unde anima est tamquam sapiens frater. Corpus vero est tamquam stultus ambo accedunt ad patriam vel ad regionem vel peregrinacionis eterna. Et quia docentur eis due vie scilicet paupertatis et penitencie et amoris dei que est aspera et deliciarum et diviciarum et honorum que est lata et plana in qua morantur latrones infernales pastores consulunt ut incedamus per primam et desperamus secundam. Tunc corpus quod est frater fatuus diligit pulchritudinem ornamentorum vanitate deliciarum et religiositatem diviciarum sine lascivia elegit viam planam deliciarum. Et tamen suis affectionibus suis monicionibus sic animam attrahit ut ducat eam secum et tunc sunt spoliati omnibus virtutibus omnibus nudi sanctorum omnibus suffragiis ecclesie et sunt vulnerati per infinita peccata dum trahuntur ad divinum iudicium anima maledicit corpori et corpus anime et sic ambo iudicantur dampnacionem eterne. Item ad idem. Clericus quidam carnalibus deditus penitenciam facere contempnebat. Cui apparens Christus in nocte in ea forma qua in cruce fixus

est Ondit ei vulnera sua cruenta dicens
ei Maledicte cur non attendis gra-
vulneraciones quas conaciones et laceraciones
sustinui pro peccatis tuis cur preponis
ornamenta tui capitis coronacioni mee
Cur audis vanitates cancionum et non
attendis ad planctus lamentabiles meos
Cur non consideras sotulares tuos
et clavos pedum meorum cur aug-
mentas lucium in facie mea et absque
contempnis Necesse est ut qui
amplectitur divicias et meis doloribus
eas preponit ut acquirat hiis quibus
acquisivit per tuos dolores sepeliatur
et deducatur ad dolorem eternum
¶ Tercium malum est labor attumul-
Re. Ja. de vi. Cum pulex et febris sol
in quodam loco convenirent simul et invicem
sollicitarentur de hospitibus pulex dixit
ego hospitatus sum in lecto cuiusdam
Abbatisse in quo erant duo linthiamina
albissima et culcitra mollis Cumque
cepisse carnes illius pungere tendere
clamavit Candela accendatur Ego
fui insecuta et ego de tota nocte que-
scere non potui Febris respondit Ego
pessimum hospicium inveni Intravi cuiusdam
mulieris pauperrime quievi que de
media nocte surgens fecit lixivium
et pannos ad lavandum assumpsit in
aurora ad aquam frigidissimam
accedit pannos percutit et sic ego
fatigata de tanto labore recessi
Tunc pulex dedit consilium vade
tu ad Abbatissam et ego ad mulierem
pauperem quod cum fecissent et in
crastinum convenissent quelibet mali
non commendabat dominam suam Unde
ita videmus manifeste quod qui plures
delicias habent minus vivunt et fre-
quencius infirmantur ¶ Quartum ma-
lum est extrema dampnacio Refert
[illegible] quod fuit quedam maledicta
vivens mobilis deliciis que cum
quadam die cognosceret se imminere
mortem vocavit filios suos ait
illis Rogo vos per matrem vestram

ut statim cum mortua fuero consuatis me
in corio cervino et inducatis in sepulcro
lapideo et coopertura eius coniungatis
ferro et plumbo tribus cathenis magnis
totum sepulcrum ligate Et cum tribus
diebus ibi pro me fuerint misse si
in quarto me invenietis in terra me
sepelietis Cum omnia fuissent comple-
ta primis duabus noctibus demones
cum mirabili strepitu irruentes circa
sepulcrum duas cathenas fregerunt
media integra remanente Tercia
nocte circa galli cantum advenit ad-
venit cum magno strepitu hostium et
templum a suo fundamento visum est
moveri Et unus demon terribilior
aliis accessit ad sepulcrum clamans
Surge maledicta et accipe male-
dictionem in tuo corpore a deo eo quod totum
corpus tuum et cor tuum dedita sunt
deliciis vanitatibus honoribus et pompis
Cum illa respondisset de sepulcro non
possum quia ligata sum vinculis Ille
accedens ad sepulcrum cathenas et
ligamenta ut stupam confregit et
eam extrahens de sepulcro super equum
igneum posuit et in presencia omnium ad
infernum portavit ¶ Sextum malum
est cadens decepcio Refert Barlaam
quod quidam timens fugiebat a facie
unicornis et dum fugeret cecidit
in baratrum cuius ~~pedes duo mures~~
~~rodebant sed de eius~~ et cum caderet
extensis manibus arborem apprehendit
cuius pedem duo mures rodebant
sed de eius summitate stillabat paululum
mellis Cum autem inferius respexisset
dracones quatuor in fundo putei
vidit paratos ad devorandum eum Tunc
iste deceptus a dulcedine mellis
nec considerabat ferocitatem unicornis
nec maliciam draconum nec casum arbor-
Loquendo spiritualiter Unicornis fugiens est
homo puteus est mundus Unicornis
est mors Arbor est vita ~~currens~~
chures rodentes dies Quatuor dra-
cones quatuor elementa sed deterior
draco est diabolus qui omnia contempnit
propter delicias mundi ¶ Iste adhuc fingitur
fabula quod carnis venit ad fontem
imaginem et clarissimum et suam ymaginem

aspexisset summe diligebat sua cor-
nua propter pulcritudinem sed suas tybias
et crura summe odiebat propter turpitudinem
Quando autem cornua aspiceret et attenderet
eorum pulcritudinem cornuum et delectaretur
in eis Interim venit venator cum
canibus et eum insequerentur Cum velo-
citer cervus ingressus est nemus
et discurrens inter arbores per ramos
arborum retentus est per cornua
Et ideo accedens venator accepit
ipsum Tunc cervus intra se dolens
dixit Cornua inducentia me in morte
dilexisti et laudasti sed crura que
liberant te a morte contempsisti et
vituperasti et ideo iusta est capcio tua
Loquendo spiritualiter iste cervus est homo vel
mulier sed crura sunt paupertas et humilitas
ymmo reputantur viles ac contempnuntur
ab aliis sicut pauperes et humiles diligit
diligit tamen cornua id est divicias et ho-
nores et in istis gaudet et continue
letatur Sed finaliter venit iusticia
dei que est venator et eum peccator fugit
et credit salvari in virtute tibiarum paupertatis
et humilitatis Cornua deliciarum et
diviciarum ipsos capiunt in culta
affectionum peccati Et ideo dum videt sibi
mortem iminere etiam dicit Ve michi
quia dilexi quod erat morti
et contempsi quod donabat vitam
Ad istud legitur talis fabula Erat
nobilis fuit qui habebat canem optimum
qui fidelissime custodiebat res suas
Quadam autem die dum canis iret ad
spaciandum invenit lupum in via macilentum
et debilem Cum canis quereret cur sic esset
macilentus et tenuis Dixit lupus
discurro nemora perambulo montes
studeo circa decepcionem omnium comedo
minimus avide Sed tu dixit lupus cani
Quomodo es ita pinguis Dixit canis
Ego in domo delicatissima domini mei
fidelitate fruor et ideo dat michi panem
ossa et carnes ex quibus impinguatus
sum Tunc lupus possum ne esse
socius tuus Dixit canis Ita si
fideliter feceris ea que ego facio Cum
irent per viam lupus attendens vidit
cathenam aculeis plenam in collo
canis et dixit sibi Quomodo hec cathena
sibi faceret Tunc canis hec est potencia
mea ab hostibus meis Tunc lupus
magis volo esse macilentus et non
portare hanc cathenam quam tu pinguis
et me portare talem Tunc dimittens
canem cum laqueis est in silvam Spiritualiter
loquendo dominus est deus Canis est iustus
impinguatus virtutibus graciis et donis
spiritus sancti lupus est peccator qui totum
tempus suum ponit in corruptibilibus
et deliciis et vanitatibus mundi in quibus
est maior labor et maior afflictio
quam in servicio dei et omnes prudencias
et totum ingenium et subtilitatem ponit
ad decepcionem proximorum Et ideo qui
considerant se privatos omnibus bonis spiritualibus
tunc volunt sequi viam iustorum sed quando
percipiunt quod cathenam preceptorum obediencie
dei tenere est in collo omnis iustorum
hec non valentes pati sequuntur delicias
in quibus decipiuntur et deducuntur
ad dampnacionem

Desperare non debet peccator propter ma-
gnitudinem peccati propter penitencie efficaciam Unde legitur
quod quidam delicatum vocavit
eum quod nulli peccato quantumcumque enor-
mi umquam se negavit filiam propter
matrem non dimittebat nec ecclesiis
nec prioribus umquam pepercit Cum autem
appropinquaret morti fuit vocatus quidam
sanctus heremita ut eius confessorem audiret
Tunc iste Vado quia maior est iniquitas
mea quam misericordia dei Tunc sanctus fili
carissime noli sic dicere quia tanta
est virtus penitencie et confessionis ut si
doleas de peccatis tuis omnia dimittentur
tibi a deo Tunc peccator Magnum est quod
dicis Tunc heremita Verum est hoc quod dico
Ego spoliabo omnibus meis meritis
et tu spoliabis te omnibus peccatis tuis
et sic non oportet te dubitare Et cum ma-
leficus consensisset et ambo fecissent
cambium dixit heremita malefico
Tunc narra michi que mala fecisti ut
sciam de quibus habeo facere penitenciam
Et cum infinita peccata expressisset et
nullum peccatum secum retinuisset Ait
heremita Vis istis credere quod hec sit
sacramentalis confessio tua Respondit
maleficus sic Tunc heremita Et
ego te absolvo Cum autem mortuus
fuisset et post mensem heremite apparuisset

dixit quod in via saluacionis esset. Cum autem
heremita requireret quid esset de multis
suis de quibus spoliabatur, sunt mor-
tuus. Deus ea tibi restituat duplicata
quia abstulisti dispensatorem mea et
signum magnae caritatis tenuisti.
Item ad idem legitur quod dyabolus apparuit
beato Martino quod cum predicasset beatus
Martinus, Audite dyabolus Impossibile
est quod sim saluus. Tunc beatus Martinus
promitto tibi ex parte dei quod si velis habere
penitenciam veram indulgenciam consequeris.
Secundo propter merita passionis Christi hun-
danciam. Legitur quod cum quidam propter multitudinem
peccatorum desperaret, apparuit ei beatus
Dominicus cui erat devotus et ait:
Cur desperas de multitudine peccatorum
cum in Christo sit infinitus dolor pro me-
dicina tuorum peccatorum. Considera
nobilitatem medicine et non te terrebit
magnitudo morbi quia minima gutta
sanguinis Christi est efficax ad ablucionem
scelerum tuorum. Tunc ille ad se rediens
confessus est penitenciam egit. Tercio
propter petentis misericordiam.

Detractio multa mala inducit
in nobis. Primo est dei odiativa.
Legitur in vitis patrum quod cum frater
culpabilis esset adductus ad abbatem
Moysen qui tollens secum sportam
vetustissimam implevit eam arena
et portavit eam. Cui illis vero admiran-
tibus et requirentibus quid hoc esset,
ait: Ista sunt peccata mea post me currencia
quibus totus plenus non video illa, et quo-
modo possum videre de aliis peccatis et
incusare decus cum ea nostra discutere.
Secundo est proximi lesiva. Unde
legitur in vitis patrum. Cum vir quidam quereret quid
esset maximum peccatorum, Audit sonus:
Comedere animas hominum. Tunc mirabatur
inveniens de hoc verbo dixit: Quid
est dictum? Tunc sonus: Detractor
est similis porco et serpenti qui tor-
tilose incedens primo volutat et
post mordet. Detractores ergo
comedunt animas hominum quia vel
occulta mala publicat vel publica
auget vel falsa imponit vel bona
occultat vel bonum in malum vertit.
Tercio est mortis inductiva. Legitur

in vita sancti Amandi quod cum predicasset
fuit quidam ioculator deridens eum
et detrahens verbis eius. Tunc ad modum
fulguris dyabolus super eum fuit et
clamavit: Veni dapifer meus ut sen-
tires flammas inferni quia dilexisti
detractiones bonorum.

Dyabolus multa mala facit
in nobis. Primo est vindicte
illativus. Dicitur quod quedam mulier
habebat puerum quem diligenter nutriebat
cum etiam unicus puer eius filius erat
quem tamen frequentius maledicebat
et demoni committebat. Accidit autem
quod quidam latro preter eum porcum volens
furari dyabolo volenti filium accipere
obviabat. Cui dyabolus: Quo vadis?
Audi latro: Vado ad hospicium talis
mulieris ad furandum talem porcum.
Et ego ait dyabolus illuc propero ut
eius filium interficiam quem in frequentius
commendavit. Ambo igitur concorditer
venientes hospicium intraverunt, puero
igitur flente mater inquit: Tace ma-
ledicte, dyabolus te suffocet hac
nocte. Dyabolus hoc audiens manu
elevata volens ipsum suffocare, latro
igitur cum furaret porcum et audiret
dicere puerum nominari dyabolo, se
signo crucis signavit et dyabolo potestatem
suffocandi puerum virtute signi abstu-
lit. Cui indignatus ait: Reddam
tibi vicem pro vice. Dum autem latro
porcum duceret et fuisset in medio civitatis
dyabolus porci aurem cum dentibus arripuit
et porcus fortissime clamare cepit.
Tunc convicinia excitata facibus accensis
porcum cognoverunt et latronem ceperunt
et plagis impositis duxerunt ad iudicem.
Cum fuit diligenti inquisicione adiu-
dicatus ut penderet, pugnum latro hoc
audiens ait: Rogo ut modicum ante
probas verbis meis. Ait iudex: Dic. Cui
narrans gesta rem sed quod nisi ipse
fuisset porcum furatus illa nocte dyabolus
puerum interfecisset quem ipse impetuerat (impedi-uerat)
virtute signi. Iudex sententiam commutavit
dicens: Cum scriptum sit quod nullum bonum
irremuneratum et nullum malum im-
punitum. Erit tibi in furtum pena
plage quas habuisti et sic a pena

nota

alia est libatius latro hec attendens ad
serpin rediens personam vitam in melius
commutauit etc.

Diligere debemus deum et proximum
propter multa. Primo propter nature inti-
tamentum legis quod cum quidam
interrogasset quendam senem qualiter modum
possit deum bene diligere Respondit senex
considera quid tibi fecit deus quia corpus
tuum dedit et ideo plus prec et nunc debes
eum diligere. Secundo quale te fecit quia ad
sua ymaginem et ad omnibus membris
et cum grata figura et ideo plus es diligere
deus cum restitucione et conservacione
membrorum. Tercio considera ad quid te fecit
ut quia omnibus bonis celestibus corporalibus
uincetibus diuiciis et terrenis vtaris et re
Insuper ad beatitudinem celestem te elegit
Quarto considera qua affectione te quesiuit
quia si vis vendi deus te emit carius
Si vis dare nulli digniori quam qui genuit
ipse omne bonum Si vis per violenciam
trahi nullus est fortior Quinto considera
quis est qui te fecit quia gratissimus
largitor largissimus administrator prouidus
consolator perliciatus gubernator certius
conservator voluntarius ditator co-
piosus redemptor glorificator largi-
tor. Secundo debemus diligere propter creaturam
dogmentum legis Et cum quidam desperaret
ne posset deum plene diligere eum misit
ad heremum ad quendam patrem et sim co-
ceptum dixisset Ait pater attende fili ad
lapides ad pomum et ad edificium lapis
quantumcumque durus tanatur secundum aqua
Pomum quantumcumque amarum dulcescit
ad ignem Multitudo lapidum firmatur
cemento Beneficia dei tibi data in tua
creatione sunt tamquam que continue
tar tum penetrabunt Et
beneficia dei recepta in sua passione
sunt tamquam ignis qui amaritudinem
vite tue dulcorabunt Dona spiritus
sancti tamquam cementum quo lapides
virtutum firmabunt Tercio item
augmentum legis in gestis Romanorum
Et fuit vnus imperator liberalissimus
et tante liberalitatis quod quicumque mitte-
bat ei sibi, eutemus gratum seruitium
in donis excellencioribus centuplum
restituebat Et eutemus miles

eutemus

condiciones requirebat ut volu-
tarie esset missum ut per domicellam
esset portatum ut a corruptione esset
alienum ut lintheis esset preinctum
Iste imperator est deus Eutemum
est amor vel dilectio quod debet mitti
ex corde et ex tota anima et ex tota
virtute coopertum sapiencia dilectionis mansue-
tudine portatum per humilitatem Et tunc
maiora dona restituuntur nobis
a deo Nota quod diligere deum ex toto
corde est enim diligere sapienter sine
decepcione et ad veritatem assentire
articulis fidei diligere eum ex tota
anima est diligere eum dulciter non
abducti blandiciis et lasciviis sed
captari eius doloribus Sed ex tota virtute
eum diligit qui non fractus iniuriis
nimis tormentis iusticiam non deseruit
sed in dei amore continue perseuerauit
Tercio diligendus est proximus
propter execucionis complementum legis
in vita beati Johannis evangeliste Et in quolibet
passu qui ibat ad sepulcrum dixit
Filioli diligite inuicem Cumque fuisset
interrogatus quare hec verba totiens
replicauit Respondit quod hoc preceptum
est lucidum facile et vtile lucidum
inquit est ne aliquis dicat quod non
potuit intelligere nec propter occupaciones
rerum temporalium contempnat id ad
discendum Facile est quia ab omnibus pauper
et diuite infirmo et sano potest
impleri Vtile est quia per illud homo
hostium victoriam omnium bonorum habundan-
tiam oracionis exauditorum in tribulaci-
onibus consolacionem et mutuam exhortacionem
Quarto diligendus est proximus propter
nature complementum legis quod quidam
iuuenis ad quendam doctorem accessit
et dixit quod impossibile videbatur quod pre-
ceptum de dilectione proximi
impleretur ut diligeret proximum sicut
se ipsum Cui respondit doctor quod illud
preceptum videtur esse difficile tamquam
homini deus dedit unum librum
in quo est expositum hoc preceptum Ille
liber est corpus sed expositio precepti est
ordinacio et condicio membrorum videmus
enim quod vnum membrum alteri suo non

no

cupiat sibi sed alteri cupiat Item unum lesum
ab altero se non vindicat Item unum alterum
congaudet ymmo infirmatum honoratur ab
aliis unum reputat sibi fieri quod alteri
fit sive sit bonum sive malum Item unum
se ponit exponit pro altero Item cibum
quem unum membrum recipit omnibus communicat
Item unum membrum timet separari quia
postea est inutile Item totum corpus
timet quando ab eo debet separari unum mem-
brum Effac ergo sicut faciunt membra et
implebis preceptum

alio ab alto

Dissensus vitandus est apprime
[in] congregacionibus et eis est periculosus pro
religiosis unde refert Jeronimus
Cum tres homines se studiose dili-
gentes monachi facti sunt unus elegit
litigantes ad pacem reducere Alius
infirmis necessaria ministrare Tercius
in claustro quiescere Primus igitur laborans
pro litibus hominum non potuit omnibus placere
et tedio victus venit ad secundum invenit
eum animo deficientem nec valentem
infirmis satisfacere et concordes ambo
illo venerunt ad tercium narrantes ei tri-
bulaciones suas Cui cum rogaverunt
ut diceret eis quid profecisset Tunc ille
paululum subridens misit aquam con-
turbatam in cypho et ait Attendite ad
hanc aquam conturbatam et cum inspexissent vidissent
ibi permansit aqua quiescere vix esset
clara Et cum sic aspexisset tamquam
in speculo vultus suos Ita dixit iste
tercius Cui est in disturbio hominum tribula-
cionis non videt peccata sua Cum autem est in
solitudine et in claustro caritate co-
gnoscit semper Item de periculo suo
dispersus invenimus refert Cesarius
Cum cui quidam prepositus misisset ad vi-
dendum cum uno iuvene et [illegible]
eis mulier volens prepositum iuve-
nis temptare dixit sibi pulcra
videbatur esse illa domina que nos salutavit
Nunc potius pulcritudine eius discerne-
bam eo quod salutando similaret cum in-
videret quod sit vetula Tunc iuvenis
Per domine ymmo est pulcra ego
diligenter attendi ad eius pulcritudinem
Tunc prepositus Tercia remansisses
in domo Tunc iuvenis Tercia domine
Prima nunc cor meum non est mecum psalmo

Divicie inordinate possesse multa
mala inducunt in nobis primo enim
inducunt dei contemptum legitur
in libro de vij donis spiritus sancti Cum quidam rex
habuit nobilissimam et munitissimam
civitatem in monte in qua regnabat contra
hostes non timens dum haberet duos filios
unum maiorem quem heredem preparabat
facere et alium minorem Tres civitates
quas habebat dictus rex in planicie eis
divisit Tunc sarraceni surgentes contra
maiorem eum cum terra sua ceperunt
et in carcere artissime recluserunt Quod
audiens pater congregato exercitu et sarra-
cenos expulit et filium liberavit Unde
ex hoc indignati sarraceni cum innume-
rabili exercitu ceperunt invadere regnum
patris Cum vocasset maiorem filium sibi
magis propinquum in adiutorium ille ve-
nire contempsit licet per diversos nuncios
et litteras fuisset vocatus Tandem misit
unam litteram sic dicens fili karissime rogo
te ut motus naturali amore et pietate
venias vindicaturus proprias iniurias
Et si hoc pietas non sufficiat moneat
te beneficia suscepta Sin enim propter te
violatus hereditas tua tibi auferetur
et gloria tue corone removetur Cum
irridere cepit preceptum patris et contempsit
venire Tunc iunior filius licet non
esset vocatus et esset pauper congregato
exercitu venit ad vindicandum iniuriam
patris et prostravit inimicos De voce omnium
baronum heres regni est constitutus
filio maiori capto et carceri perpetuo
mancipato loquendo spiritualiter Iste pater
est deus Filius maior est status divitum
filius minor est status pauperum Et
istas divisit planicie mundi huius
Et quia sarraceni infernales man-
serant et incarcerati erant per peccatum
venit filius dei in campo et vulneratus
et iniuriis affectus restituit hereditatem
nostram Quod attendens dyabolus
direxit exercitum suum contra divites et
eciam Quod attendens rex budtus
supplicavit principibus prelatis et divitibus
ut prestet subsidium ne vilior sit
celia quia stabulum ne viliores sunt
anime quam porci etc Cum con-

tempnentes, eius mandatum non curantes
de amore naturali nec de beneficiis suscep-
tis ipm obliviscuntur. Sed paupes et
humiles isti efficiuntur ad matrem ecclesiam
ipam honorant ipam sustinent et ditant.
Et ideo istis datur gloria sempiterna divitibus
in inferno reclusis. Exemplum ad idem. Re. Gre.
Cum quidam presbyter Bonifacius nomine
semel comedebat in domo cuiusdam
prelati divitis et principium comestionis
quidam hystrio fuit in hospicio et ludebat
cum symbalo et tympano. Clamat Boni-
facius heu heu mortuus subvenis
et vivos preterpmittis. Cum hystrio come-
disset et egrederetur hospicium lapis
cecidit super caput eius et eo interfecto
dixit Bonifacius. O miser tu mortuus
similiter veniebas hunc mortuum quo ad
deum sicut arbor mortua nutrit terram
et contempnunt paupes in quibus est
vita eterna. Et ideo nisi paupes intelle-
xeritis diviciis gladius divine iusticie
te occidet. Secundo divicie se amantes
decipiunt. Re. pe. alphonsi. Cum quidam
philosophus tumbam respiceret tumbam alloquitur dicit
iste heri habuit multos amicos et
inimicos hodie non habet amicum nec inimicum
divicie eum honorabant et decipiebant
unumquemque sicut canes qui applaudent
pessimis peccatis non curant de eis. Exemplum Item
ad idem legitur de vii donis spiritus sancti. Cum quidam predi-
cator reprehenderet acceptores diviciarum
dixit quod debemus facere sicut fecit ypo-
cras de sua matre. Ypocras enim rediens
de studio cum maxima perfectione sciencie
sciens intensam dilectionem matris sue
ne pre gaudio et pre placencia sui adventus
moreretur misit nuncium qui omnia
infortunia omnia mala omnes dolores
que sibi acciderant enarravit ut illis
auditis temperaret gaudium sui adventus.
Iste ypocras est mundus sed eius mater
est anima. Hec quando anima inficiat se
ipam ex complacencia et humida diviciarum
mundus mittit mandat et notificat do-
lores anxietates dolores et loculos
que cum diviciis nobis donat. Exemplum Tercio
in virtute non subveniunt legitur in libro
de vii do. sp. s. Cum cum quidam logo pe

finiunt, cuidam Regi ut eum ditaret
dum infirmaretur. Qui cum fuit visitatus
a Rege et interrogavit eum si aliquid
vellet. Tunc dicit infirmus. Rogo
domine ut non curetis ut diviciam dare
sed michi sanitatem tribuite. Tunc Rex
hoc tibi convenit deo. Tunc infirmus
heu quot itinera feci pro te quot
periculis me immisi quotiens vigilavi
quotiens iacui in dimitatis ut haberem tuum
amorem propter divicias heu pro dolore
veritate pro fugientibus in vanitate
laboravi et pro deo currente in vanitate
nichil feci. Sed vinco deo cui est gloria
quod si evasero mutabo modum vivendi
vir curatus fuit et bonus homo. Exemplum Item
ad idem. Quidam dives potentissimus in ex-
tremis laborans fecit apportari coram
se infinita multitudine florenorum
vasa aurea et argentea et iocalia
preciosissima et dicebat anime sue. O anima
mea ista sunt tua. Noli dimittere ista
quia ut in eis delecteris ego acquisivi.
Cumque propter hec verba infirmitas non
diminueretur sed cresceret. Dixit O falla-
ces divicie cur dimittitis me cum
acquisiverim vos cum magno labore
et custodierim cum magna et tanta
diligencia ex quo non vultis esse mee
sitis dyaboli. Tunc demones eum acci-
pientes cum suis diviciis ad infernum
traxerunt. Exemplum Tercio divicie ad dampna-
cionem ducunt legitur in vitis patrum. Cum abbas
helyas dixit quod quatuor res erant
que incuciebant sibi tam magnum
timorem quod vix poterat dormire vel
comedere vel placenciam in hoc mundo
habere. Prima res erat egressus anime
de corpore. 2a per quem modum occurreret
iudici. 3a quod iudicio eum exiget ratio
de bonis omissis. 4a quod pronunciat
contra commissa sentencie. Exemplum ad idem
refert beatus Benedictus quod vidit quinque
viros mirabilissimos quorum primus masticando
arenam maris tota volebat devorare.
Secundus stabat super furnum plenum
igne sulphureo. Tercius stabat super
fornacem et omnes scintillas ab ea
procedentes sibi in corpore afficiebat.
Quartus super pynaculum templi

residens omnes flatus ventorum
aperto ore quantum potuit ad se trahebat
Quidam vero rodendo carnes et omnia sua
membra cum dentibus lacerabat. Requi-
rebam ab eis causam tante fatuitatis
a singulis una responsio causa esse scilicet
validissima fama. Primus est falsus
mercator qui in ponderibus et mensuris et
mercationibus se fraudem committit.
Secundus est latro qui in itineribus
et in viis cum fetida societate certos
depredantur vel baro vel princeps.
Tertius est vasallus Christi et symonia-
cus ut qui preemineat et honorem
symonia quirit. Quartus est crudelis
qui pauperibus non compatitur immo eos
persequitur non satisfacere curat in vita
eorum membra vel sui posteri devorantur
penitus. Et nota divitie dolores
augmentant. Burgensis quidam habebat
pauperem vicinum qualibet nocte cantantem.
Quod audiens uxor divitis ait
utinam fuisse uxor illius pauperis cum
hic omnem gratitudinem complet
quod non habeo a vobis. Tunc respondit
dives Ego faciam quod non cantabit.
Cum in nocte surgens cum testibus saccum
plenum pecunia posuit in porta pauperis.
Quam cum pauper invenisset et cogita-
ret quid faceret de illa pecunia per
tres dies cessavit a cantu consueto [?]
sciti veritate a vicino restituta pe-
cunia rediit ad pristinum modum
gaudii. Et hoc apologus. Aquila Rex
avium prelatus qualiter voluit ut quelibet
avis veniret ad eum decorata sua pul-
critudine et secundum ea remuneraret.
Quod audiens corvus in via fecit
tabernam et a qualibet avi cum transiret
furabatur [?] unam pennam. Ita quod cum recesserit [?]
illis ipse exuit se suis plumis in-
duit se varietate aliarum plumarum.
Cumque venisset coram prelato ipse pulcritu-
dine sua summe honoraretur ab
omnibus. Aquila fraudem cognoscens
dixit Corvo Decet dari pulcriori te
aliter et non ficte. Et ideo attendatis si
est aliqua avis inter vos que se
ornavit vestris plumis et sic eam
quelibet accipiat quod suum est. Tunc indi-
tabiliter de pulcritudine vera [?] tunc

aves omnes attendentes ad corvum
quelibet vidit in corvo suam plumam et
eam accipientes turpior vilior et terri-
bilior est inventus. Et ideo laceratus
traditus est morti loquendo spiritualiter.
Aquila ista est deus. Corvus est
dives. Cetere aves sunt alie creature
a quibus accipit suam pulcritudinem. Et quia
gloria paradisi non datur pulcrioris ficte
sed realiter et dives malus sublatis divi-
tiis turpior omnibus iudicatur. Dupliciter etiam

Ebrietas mala inducit
in nobis multa. Primo
inducit dei indignationem.
Refert Cesarius. Quidam
peregrinus quidam
clamidem suam pro vino
forti exponens tantum bibit quod inebriatus
est. Unde in spiritu deductus est ad locum
penarum in quo conspexit vas cum coop-
erculo stare in quo residebat tenebrarum
princeps in cuius dextra stabat calix
plenus igne sulphureo. Et tunc ad-
ductus est quidam abbas qui coactus
est bibere plenum calicem. Postea missus
est in puteum ardentem. Tandem princeps
tenebrarum clamavit Adducite illum
peregrinum qui vestem sue peregrinationis
pro vino exponendo inebriatus est. Cum
supplicavit bono angelo emendationem
promisit et notato die et hora reperit
quod ille abbas mortuus fuerat illa hora.
Secundo inducit diviciarum consumptionem.
Fuit quidam qui ex nimia potatione
omnes suas divicias consumpsit. Cum
autem fuisset reprehensus a confessore
suo ille promisit emendationem et taxata
fuit mensura debita qua uteretur
pro potu nisi in uno casu quod si venderet
vel emeret aliquam rem posset ibi ponere
aliquid pro vino. Cum autem semel venisset
ad mensam et ipse cum uxore bibisset
portionem taxatam adhuc sitiebat. Cum
autem uxor audivisset penitus [?] iuncta
dixit Domine ego scio optimum reme-
dium. Nos habemus unam vaccam et ego
vendam eam vobis cum uno poto de vino
et iterum vos vendetis mihi cum alio et
ita frequentatores omnia bona sua consump-
serunt loquendo spiritualiter. Iste

ebriosus est homo Unde sunt delicie
sine diuicie Uxor est concupia Tercio
inducit corporum destruccionem
Elemosina multas perfecciones indu-
cit in nobis Primo est bonorum
temporalium multiplicatiua legitur
in uitas beati dominici patris fratrum
predicatorum Quod cum duo fratres uobis dona
tonsisset nec inuenisset nisi unum panem
et eos sequitur unus pauper rogans
ut amore dei subueniret ei ut ita
ipsi compassione moti panem quem in-
uenerat ei dederunt Cum eo accepto
statim disparuit statim fuit reue-
latum beato dominico quod angelus dei erat
Occurrens fratribus opus factum mirabiliter
commendauit Et cum ingressus fuisset
ecclesiam habita ibi consolacione fratres
omnes rogauit ad prandium Et dum
benedixisset mensam absque aliquo cibo
et sedissent venerunt duo iuuenes
pistorum onerati panibus et coram
quolibet fratre panem albissimum posuerunt
extrahentes vestorium in quo vacuum
residebat totum plenum de nobilissimo
vino monstrauit Tunc disparentes
subito per multos dies sustentati
fuerunt de panibus portatis ab angelis
et de vino ostenso Iste ad idem De
...a de vi Quidam burgensis audiuisset
et intellexisset hec uerba uel hoc verbum
date et accipietis centuplum Omnia
que habuit diuidebat pauperibus exceptis
duodecim denariis quos portans secum
obuium habuit rusticum tenentem massam
venalem quam cum emisset inuenit esse
auream et petens si plus haberet Respondit
quod sic Tunc iuit cum eo afferens vinum
et panem hinc dauit et postquam pauit
ipsum cum familia sua duxit ad ortum
ubi reuelabat rusticus furnum lapidibus
aureis plenum et prelongissimus (?)
burgensi elemosinario dedit Item
burgensis timens periculum regis one-
ratam quadrigam regi presentauit Cum
examinato facto respondit rex Ex bona
confidencia tua deus ista omnia tibi
donauit Et quod deus donauit ego
non auferam Iste ad idem De pe. da.

Quod cum quidam Episcopus summe sitiret
et precepisset afferri paululum vini
quod tamen habebat et dum vellet bibere
affuit pauper in eius presencia qui amore
dei poculum postulabat aliquin
moreretur statim Tunc Episcopus precepit
dari Et bibito vino toto statim
disparuit Tunc vas de quo fuerat
haustum totum vinum apparuit plenum
et non solum illud sed eciam totum
celarium redundabat Iste ad idem
De quod et Quidam habens unum denarium
tantum illum cuidam infirmo pauperi
petenti dedit Et cum non haberet unde
pranderet affuit quidam qui in
panno xx sol. florenorum sibi
tradidit dicens hec tibi debentur
a domino meo et statim disparuit
Iste ad idem legitur in gestis Iohannis
elemosinarii Quod quidam miles
spoliatus Iohanni elemosinario ca-
lamitatem suam exponens iussit ei
dari xx libras auri Tunc dispen-
sator suus tantum quindecim dedit Quidam autem
quadam die prout fuit collecta pro
pauperibus faceret quedam mulier Cetera
v auri quingentos aureos dedit
ei Tunc vocato dispensatore re-
quisiuit quot libras militi de-
disset Tunc culpam suam agnoscens
confessus est veritatem Tunc sanctus
Si dedisset sibi xx ille dedisset
nobis mille quingentas Iste ad
idem fuit quedam mulier in Burdi-
galia habens tantum unicum filium quem
cupiebat ditari Et ideo eum tradidit
cuidam avunculo suo ut doceret eum
in mercacionibus faciendis Cum quod
posuisset in societate quingentas
libras et iuuenis fuisset missus
per mercaciones ad quandam ciui-
tatem magna pecunia In sermone audiuit
quod ille erat quod eum ditaret homo
sicut largitas elemosinarum Et
quia in itinere corruerat quedam ecclesia
beati Nicolai pro cuius constructione
petebatur tota elemosina inuenit
suas quingentas libras amore dei

dedit. Rediens aut ad sua domu
et narrato facto expulsus e de ei9
hospitio Sz ad matris instanciam
reductus eo q promisisset emendacoz
Et C libre fuisset posite i pietate
post multa vo tempa i qbz iuuenis
in multis mercacionibz bn se hue-
rat p ingressu suu iuuenis ultra
mare cu magnis pecunijs 2 cu
naui mitti Et q pirate rapuerat
filia Soldani 2 ppt defectu victua-
liu illi naui se cuuasset filiam
Soldani exhibuerat venale Cuius
pulcritudine 2 gustacone bona as-
piciens iuuenis C lib ea emit
p acto nauigio Burdegala ea ad
duxit Qua cu vidisset pr suus 2
tur suppicaltes q exhit ea emeat
ut inuidicijs cu ea vacaret ambos
de suo hospito eiecerunt Tuc illa
ad fide xpi conuersa est Cu baptiza-
ta fuisset tanta deuocone fuit
erga cruce 2 btam vgine ut nunc
ne qui ea emerat p vocaret ad
maxima sanitate Tand sponsalia
celebrata int eos nc motus in-
nuidicie ppt virtute crucis orcoba
icis Et quia satis erat pauper qui
induxit iuuene ad empcoz diuers-
sperz seria 2 auri exquibz fecit
iocalia mire pulcritudinis 2 pcepue
vnu pannu aureu tate pulcritudis
q omez videte dicet i stuporem
Tuc iuuenis p eam missus i Allex-
andria informatus est ut indict-
inuato festo sarracenoz iocalia
cu panno advendend i platea ex-
poneret 2 pro panno no minus
qua duo milia florenoz reciperet
Exima tu ibi esset signa q nullus
vmes i mundo sciebat facere nisi
ipa ppt amore filie pr dabit
oime petitu de vno tm fuit infor-
tus iuuenis ut pro solucione
pecunie no iret ad castrz patris sz
i platea pecuniaz expectaret ante
tradicione pani fecit iuuenis
sicut ipa pcepit 2 in die festo io-
calia exposuit venalia Pannus a
Soldano despicit quitu petit liba-
lissime exponit sz ad castrz iuuenis
no accessit licet fuit rogatus Redijt
ad vgine cu mirabilibz diuicijs pos-
sessiones 2 redditus emunt nc ipa
wlt adhuc in romo copulat qui
plures diuicias congregasset emit
ab ea serico miro preciositat fuit
iocalia longe meliora qua pa Et
pannus coponit tante pulcritudis
q inqua fuit visa talis Redit
iuuenis ad Allexandria cu infortu-
nijs Et in die magne festiuitat
pannus 2 iocalia extendit 2 de panno
dece Mille lib requirit Cui quati
gsentiens Soldanus ppt amore
filie vbis dulcibz seduxit iuuene
ut ad castrz ascenderet p solucione
hnda Cui cu fuisset castrz ingressus
statim capit 2 in carcere leuatur
et reuelat ab eo q filia sua i Bur-
degala in tali contrayna ciuli hospicio
manet Mittunt galee isto re-
manete capto Burdegala reperitur
capit et ad prem reducitur valde
tristis Iuuenis liberat 2 tota pecunia
soluit 2 apud Burdegala reuersus
est Sponsa no inuenta posita pcaud
in redditus apud Allexadria e reuersus
p magnu temp9 ibi moratur no pt
eam videre Tand p subtilitatem
hospit sui cu hoc scite reuelauit
ductus ad quodda virdariu eam
vidit 2 cognitus est ab ea Repellu
ambo sz ipe i ciuitate expectat Tad
corrupt custodibz sub simulacione
emendi illud iocale quod illa sibi
dederat iuuenis introducit 2 cu
ea loquit 2 cgvenit q i determinato
festo nauigiu pparet cu tuc optune
fugiendi haberet 2 no alis erat Iuuenis
letus festu appropinquat sz nauigiu
nimme reperitur Tand cum summo
diluculo festiuus venisset tristis ad
portu nc nauis ibi aliqua eet flendo
dixit O bte Nicolae mo possetis
optime prestare hc qd i fabricacone
vre ecclie ppt dei reuerentia donaui
Et dud sic fleret vidit in capite

portus naue disposita se adregressa
et scita veritate quod apud Burdegala
ibat facto precio de nauigio attessit
ad locum pro inuecula deputatum. Et cum
inuecula onerata esset seriatis et thallo
mirabili et clam fugientes ambo sunt
in naui. Cumque ad apud Burdegalam
terram venissent et omnes thauros de naui
extraxissent subito nauis disparuit.
Et completo misterio deum et beatam
virginem laudauerunt. Secundo elemosina
est dei placatiua. Refert Jo. Ele. Cum tres
pauperes starent ad solem et referrent
qui mis libenter eis faceret bonum. In hoc
concordauerunt omnes quod de quodam diuite
pessimo nequam poterant elemosinam
extorquere. Dixit vnus affirmans quod
ipse omnino haberet elemosinam ab eo alio
quam poluce tale penam. Cum vadens
ad eius hostium et importune clamaret
ille tedio victus proiecit ei vnum panem
siliginis. Qui cum recipiens letus
est reuersus ad suos socios. Tandem iste
diues infirmatur et in progressu infirmitatis
ad diuinum iudicium rapitur. Demones
aduenerunt et accusaciones adducunt et
leti audacter peccata probat. Excepto quod tantum
videt dolentes angelos nec bonum aliquod
habet quod ponat in alia parte statere
finaliter venit vnus qui proiecit
ibi panem siliginis quem pauperi dede
rat et pro peccata ponderabat dictum est
ei. Recede et augmenta hac siligine
prout saluari. Cum rediens maximus
elemosinarius est effectus. Item Refert Ja.
de Vitriaco. Cum quidam Rex Francie
accepit multa milia librarum a quodam merca
tore eo mortuo exorta caristia de con
tinentia et suo sue uxoris quot milia
librarum sibi abstulerat tot milia pauperibus
erogauit. Cum autem Rex quadam die
per ciuitatem iret et per multitudine pauperum
tarda eius domo existencium transire
non posset. Et credens quod ex desperatione
omnia sua daret. Et vocato eum sic
requirit. Cui respondit diues. Duos dominos
habeo vnum corporis et alium anime. Et
ideo quantum do domino corporis tantum volo

dare domino anime. Tunc rex confusus
dixit. Nolo quod faciat in parte sed
maiorem. Et insuper precepit omnia ab
lata et maiora dari. Tercio elemosina
est carceris expeditiua. Refert Jo. Ele.
Cum quidam captus est a sarracenis
et in carcere reclusus. Cumque quidam
de captiuis euaderent et euadentes
ad terram eius venissent dixerunt se
ipsum propriis manibus sepelisse defraudati
eo quod ei simile sepelissent. Et videntes
parentes eius quolibet anno quater collaciones
facientes pauperibus erogabat. Tandem
expeditus inuenit et ad terram propriam
rediens audito que faciebat pro eo
dixit quod in illis diebus quidam candidis
simus homo ingreditur carcerem et
solutum ducebat ad pascua. Et trans
actis illis diebus iterato in carcere re
cludebat. Quarto est miserorum sub
leuatiua. Domina quedam pia et ele
mosinis faciendis audiebat missam
cum adueniret paupercula mulier
et nuda elemosinam postulabat quo
copaciens et quid eligeret ignorans
an audiret missam vel prouideret
pauperi compassione victa intrauit
locum secretum et expoliata vestem
pauperi dedit. Que cum fuisset reuersa
ad ecclesiam cepit sacerdotem non posse
aliquid dicere quousque ipsa venit.
Item ad idem. Refert Jo. Ele. Cum sint
quidam ei occurens nudus frigore
molestatus dedit ei vestem preciosam
qua statim vendens. Cum hec perciperet
qui ei dederat cognosceret dixit
Nos sumus dignus vt meis pauperem
cooperiant vestibus meis. Cui appa
ruit xpistus in nocte induitus hac veste
gratias agens de facto. Item ad idem
dixit frater Jordanus de ordine fratrum
predicatorum quod pauper occurret petens elemo
sinam. Cui non habens tunc in promptu
quid suam zonam dedit ei. Cumque
fuisset ecclesiam ingressus illam zonam
circa xpistum pendentem vidit. Quinto est
celestium donatiua. Fuit quidam
Candidus prepositus qui tante pietatis
erat vt omnia que habere poterat

pauperibus erogaret. Unde canonici timen-
tes ut ipse etiam suam prebendam destrueret
ei coadiutorem dederunt. Cui ipse
videns honorifice certa consignabat.
Et iste ad diversas elemosinas non
desistens [illegible] et omnia suppellecti-
lia libros et omnia vasa pauperibus
erogavit. Et cum non posset aliquid
amplius dare mortarium pauperi
petenti porrexit. Cum autem de carcere
corporis eum vellet extrahere infir-
mitas venit. Cum petivisset communionem
timentes vomitum porrexerunt hostiam
non consecratam. Quam cum cognovisset et
refutasset dum portasset verum corpus
Christi tantus splendor cameram illuxit
ut sol videretur in ea esse. Tunc stans
in extremis lacrimis hanc oracionem composuit.
Ave salus mundi verbum patris hostia
vera viva caro deitas integra verus
homo Christus corpus lana mea omnia
ihesu christiane dignus adest sanguis
mala destruit que parat agnus.
Sexto est receptiva. Fuit quidam
Gregorius nomine [illegible]. Cui
cum cotidie xij pauperes pasceret
dum quadam die ad omnes videndum
venisset xiij vidit ibi. Et requisito
procuratore quot ibi posuerit dixit
quod xij tantum erant. Tunc Gregorius xiij quem
nullus videbat nisi ipse secrete vocat
et quis esset diligenter inquirit. Cui
respondit pauper. Cur queris nomen
meum quod est mirabile. Ego sum
sum ille cui frequenter [illegible]
scutellam tuam post naufragium pecuniam
donasti. Ego inquit sum angelus
dei ordinatus ad procurandum elemosinarios
et de thesauro meritorum passionis Christi
reportare copiosas mercedes et
specialiter illis qui sunt fideles dispen-
satores bonorum ecclesie et patrimonij
Christi crucifixi qui talibus mirabiliter non
est propicius Christus. Et per oppositum
indignatus est qui mittunt divites et
pauperes vacuos et famelicos esse
permittunt. Sexto ad idem. Quidam pastor
devocione huius nativitati domini ut omnes
pauperes advenientes pascebat
et multis donabat vestes. Dum autem

in quodam festo esset in mensa audivit
fletum unius pauperis stantis in porta
et surgens eum interrogavit unde duxit.
Et quia erat totus lutosus accepta aqua
calida dum voluisset eum suo pallio
voluit lavare pedes vidit eos per-
foratos ad modum crucifixi. Cum etiam
aspexisset manus idem vidit. Et cum
vocasset familiares suos statim evanuit
et in pelvi in qua aqua fuerat parata ad
abluendum pedes sunt indelebilis scripta
huius tenoris. Maledictus est a deo ex-
celso qui in magnis festivitatibus
induit scutiferos [illegible] vanitatibus
nudi hystrionibus dat cibum pecuniam
et vestes contemptis pauperibus quorum
sunt. Et benedictus est a deo deus ille
cum tota sua progenie qui pauperibus
plus quam divitibus intendit. [illegible]
Septimo est demonum liberativa.
Legitur quod cum quidam fuisset in multis
malis et vicijs implicatus et pauperem
vidisset mori per frigorem expoliata
tunica sua pauperem vestivit. Cum quadam
die submersus in flumine demum
demones eius dampnationem peterent
in iudicio angelus bonus capitula indicia
putavit cum affectione multum co-
[illegible] demonibus abstractus
corpore de flumine producto angeli est
presentie vite restitutus qui [illegible]
factus primam. Octavo est amaro-
[illegible]. Refert Cesarius. Quidam dux
uxori sue apparuit dicens quod erat dampna-
tus. Cum autem requireret causam quare
cum esset magnus elemosinarius. Dixit
propter timorem faciebat potius quam
propter amorem quod cum dixisset statim dyabolus
qui eius ductor erat eum secum
portavit. Sexto ad idem. Cum quidam dux
de male acquisitis vellet facere elemo-
sinam construxit ex eis unam capellam.
Unde cum quidam episcopus venisset ad con-
secrandum ecclesiam vidit in quolibet lapide
unum dyabolum sedere. Qui cum fuissent
interrogati a sancto quid ibi facerent re-
sponderunt. Ista ecclesia est nostra quia de
furtis est facta et non de elemosinis.

Tunc precepit eis ut quicquid esset eorum
portaret secum Et assumentes omnes
lapides vna cum diuite trabe vacua
relinquerunt ¶ Nono est penarum
diminutiua de ia. de vi. Cap. Sicut quidam
Episcopus fuisset defunctus et a quodam
bono sacerdote multum commendaretur
Apparuit ei in nocte cum mirabili
tormento Cum in eum interrogasset quis
esset Audit Ego sum ille infelix
Episcopus qui subtrahens bona pauperibus
nobiles et potentes inuitabam fre-
quenter et in fine fui multum contritus
et confessus sum, veniam a deo Sed in
istis tormentis tam diu stabo quousque
de bonis relictis per me tot elemosine
sint facte sicut ego in vanis inuita-
tionibus expendi Tunc sacerdos iuit
ad parentes et vix obtinere potuit ut
illa quantitas pecunie pauperibus donaretur
sicut mortuus requirebat Deinde
hic liberatus est a penis

liberatiua Eucharistie sacramentum multa bona
inducit in nobis Primo est dampnatorum
de ia. de vi. Cap. Fuit quedam
mulier que mirabili modo de suspendio
temptaretur Cum autem captasset
tempus et locum et horam et dominum
dicebatur et omnes suos expulisset de do-
mo hostium clausisset et funem ad trabem
ligasset cum vellet se dimittere suspen-
dio audiuit signum pro eleuatione
corporis christi Et sicut consueuerat dicere
dixit Ihesu christe fili dei viui miserere
mei statim trabes fracta est et
demones cum magno sonitu dimitte-
tes domum clamauerunt virtus
corporis christi te liberauit a dampnacione
eterna ¶ Sexto est membrorum conseruatiua
homo transiens super pontem et videns
eleuationem corporis christi in quadam capella
cum propter magnam populi multitudinem
non posset ingredi adorauit super
pontem flexis genibus et pedibus retro
extensis Tandem venit quadriga
et transiens super eius pedes cum esset
onerata maxime lapidibus in nullo
sibi nocuit ¶ Septimo est penarum
diminutiua Fuerunt duo fratres professi
se multum mutuo amantes Cum autem
vnus illorum absque communione preuentus
fuisset morte cum superuiuens post
matutinas cum magnis lacrimis in
ordine persisteret vidit vnam vmbram
volitantem circa vmbram corporis christi
Et cum attendisset quod non erat fanta-
sma requisiuit vmbram in virtute illius
qui ibi in presencia erat deus et homo ut
diceret propter quid moueretur ibidem Tunc
vmbra Ego sum anima illius socii
tui qui nuper mortuus sum et quia
absque viatico mortuus sum inde
volito ut saltem afflatum recipiam eius
Tunc frater viuens Ego magnum
bonum sumere viaticum in fine Audit
Mortuus non posset explicari quantum
pene diminuuntur bonis digne
sumentibus ¶ Fuerunt duo fratres
multum se diligentes post mortem
vnius sui diuturnam Tandem apparuit
suo socio et insinuauit quod licet
vtilissime vixisset xxx debebat annis
in purgatorio cruciari nisi virtus
sacramenti altaris eum iuuaret dili-
genter innuens tunc confessus
in crastinum in festo michaelis
cum esset ad assumptionem corporis christi
sic ait Domine ihesu christe ego promitto
tibi absque cogitacione peccati mortalis
Rogo igitur te per omnes ut in-
carceratum socium meum velis liberare
de penis illis Tunc post modicum
tempus visibiliter apparuit socius dicens
se esse liberatum virtute corporis christi
et deuotione orationis ¶ Octauo est
hereticorum dampnatiua dum quidam
hereticus staret ad ignem cum quibusdam
rusticis et loquentes de cupiditate
ecclesie dixit vnus hereticus vos
heretici creditis quod pro vno dena-
rio portatur cuicunque valeti non
obstante quacunque inordinacione
temporis Et quod hoc sit verum exemplo
monstrabo Tandem in crastinum misit
infirmitate fuit sacerdote et corpus
christi percepit nec propter intemperiem

tempore sacerdos distulit venire. Am-
putato corpore Christi et ille contempnet
recipere. Monstrata deceptione et il-
lusione subito gladius igneus de
celo descendens corpus hereticum
divisit per medium nulli alteri nocu-
mentum prestando. Tunc heretici hoc
videntes conversi sunt ad Christum.

Executor debet habere conditiones
sequentes. Primo debet esse fidelis.
Refert Iacobus de Vitriaco. Cum
fuit quidam habens filium qui comedebat
capone qui cum filio retro occulte
dedisset de carnibus caponis venit
canis nigrellus de manu abstu-
lit sibi. Tunc puer post paululum
ad patrem rediens appreciabat car-
nes. Tunc pater ait filio: fili, vis de
capone? Tunc puer: volo pater, sed
date mihi et non mittatis per nigrellum.
Iste puer est moriens. Canis est exe-
cutor. Caro sunt beneficia que assignant
hic in spiritu et non dantur per executores
caninos. Iste adhuc. Quidam subito
infirmatus suos constituit executo-
res amicos suos speciales imprecans
ubique ut si in executione fideliter se
ł hererent non ~~haberet~~ unus lepra inficeretur et
alter subito morte periret, alter perpetuo
lumine careret. Cum autem quandam
cenam splendidam facerent de bonis
mortui nec de satisfactione curarent
venit unus nigellus et attulit
veru plenum gallinis et revolvendo
unum cum eo interfecit, aliud excecavit
et aliud pinguedine galline aspersit
et sunt facti leprosi. Secundo debet
esse diligens. Miles quidam in exercitu
regis Karoli moriens equum quem
habebat socio dimisit ad erogandum
pro anima eius. Quo mortuo ille
facere contempsit et in proprium commodum
mutavit. Tunc mortuus ei apparens
dixit quod in distributione equi mei
fidelitatem non habuisti, promeruisti adeo.
Unde quadam die precipitatus de equo
ipso statim expiravit. Tercio debet
esse iustus. De. 40. Cum quidam
moriens tribus amicis suis
executoribus constitutis dimisit CCC
libras. Ipso mortuo congregati sunt
ad erogandum. Et ait unus: recedat
iste. Cum recessisset ait: Iste habet unam
filiam nobilem. Demus ei C libras ad ma-
ritandum filiam suam. Et postea dederunt
tercio C libras pro sua. Et sic totum divi-
serunt inter se.

Excommunicatus multa mala
inducit in nobis. Primo dei ma-
ledictionem. Legitur quod quidam episcopus
excommunicavit molendinum cum omnibus
membris suis. Quod audiens beatus
Benedictus eum reprehendit quia rem
inanimatam excommunicaverat. Tunc iste
maledictio dei in quacumque re ex-
communicata sive sit animata sive inanimata.
Tunc descendit utpote de monte Golboe.
Secundo inducit dampnacionem. Legitur
quod quidam excommunicatus obiisset contritione
habita et corpus eius fuisset sepultum.
Cum episcopus venisset ad absolvendum
eum eo quod fuisset contritus et extra
iacuisset et reduceret ad cimiterium
fuit inventum sicut pix nigrum.
Tandem facta absolutione ab episcopo
ita album redactum sicut nix. Tercio
inducit contumaciam et gravationem. De pe. di.
vi. Cum quidam fuisset excommunicatus
et excommunicatione contempta panem
porrigeret porco famelico comedere
contempsit. Iste adhuc. Cum quidam
rex contempneret excommunicationem episcopus
unde volens eius virtute excommunicavit
panem et effectus est infirmus nec
tamen volebat de eo comedere sed
absolutione panis est effectus candidissimus.

Exemplum malum sicut patet
multa mala inducit in nobis.
Primo est amicorum corruptivum.
Legitur in tripartita hystoria quod beatus
Anthonius vidit burdones circa
ignem pisci et calices et altaria con-
culcare. Cum cum ista sunt abhor-
reret dictum est sibi: Isti sunt mali
prelati qui sibi servant igne eterno
propter sua mala exempla. Secundo
est penarum augmentativa. Legitur

in vitis patrum. Item cum quidam audivisset
misterium sacerdotum et specialiter unius qui ill[e]
sacram communionem portabat. Et cum idem
venisset ad quietandum eum non comparuit
ei. Et facta est vox ad solitarium dicen-
te: Tulerunt a me homines iudicium
tuum. Heremita vidit in extasi puteum
aureum cum fune et situla aurea et
leprosum aquam limpidam adhaurientem
vox facta est ad eum. Cur non bibis
de hac aqua cum leprosi manus eam
non tangat licet ipse malum suum ex-
emplum attrescat sibi pena. Ita de
malis sacerdotibus quia licet immundi sint
tamen que sancta sunt contaminare
non possunt. Quare corpus Christi per
eorum manus recipi debet. Fatuus
quidam audiens commendare accipitrem
domini sui dum recessisset ipsum interfecit
et comedit et quia fuit gravatus dum
venisset dominus ad visitandum eum res-
pondit quod quasi omnia viscera sua crucia-
bant. Requisivit causam. Cum ad
expressisset ei non solum sibi non sunt
corporalis sed etiam ipsum tortem per ventrem
[illegible]. Fatuus est dives qui acci-
pit sumit divicias que laborat ad per-
dicionem utitur. Fatuus quidam dixit
quod si comederet cum sene omnes bonos
morsellos comederet eo quod nimis
iste senex comedisset. Cum autem
comedebat cum iuvene omnes come-
debat fatuos eo quod ipse multos esset
comestus. Ille fatuus est mundus
qui ab antiquis subtrahit et recipit
iuvenes. Fatuus quidam ductus
ad disputationem hereticorum non debent
facere verbum hereticam tenentes unionem
personarum ostendit ei unum digitum
tunc fatuus credens quod vellet ei
eruere oculum elevavit duos contra
et ille tres et fatuus clausit pugnum
et elevavit. At ille credebat quod os-
tenderet esse unitatem personarum in trinitate
et huius victoria catholici ab
hereticis recesserunt gavisi. Nota
hic quod hic ponuntur omnes male con-
dictiones mulierum. Sed infra ubi
agitur de muliere ponuntur omnes
bone condiciones earum.

F

Femina multa mala
inducit in nobis primo
est viciorum deceptiva.
Refert Valerius. Item cum
quidam filosophus fa-
miliariter reprehenderet mulieres
et hoc ad audienciam earum venisset
una earum pinguis peciit quod eum
ad libidinem provocaret. Insuper equi-
taret super eo. Quod autem dum per ob-
lectamentum eum sibi mente eius sub-
iecisset et ipsum actum illicitum postu-
lasset ab ea dolose cum ea una con-
dicione quod primo per totam unam aulam
equitasset super eum. Tunc clam
vocatis principibus rege et militibus
quod sapiens tamquam animal iret cum
quatuor pedibus et ipsa desuper equitaret
ingressus est cum magna multitudine
mulierum et puerorum. Tunc sapiens
attendens deceptorem regi dixit. O
rex si me constantem et fortem decepit
mulier quid faciet illis
hominibus continue moratur cum eis. Est
ad idem. Refert Petrus Alphonsi. Item
dum quidam curreret per silvam vidit
serpentem a pastoribus extensum et
in palo suspensum. Quem cum accepisset
et calefaciens dum restitutus fuisset
sibi vita serpens cum stringere et
mordere cepit. Quam autem homo ipsum
reprehenderet nunc quod hic serpens deser-
visset requirit iudicium vulpis.
Quod [illegible] Respondit [illegible] volo dile-
cta videre ad [illegible] et tunc diiu-
dicabo factum. Serpens ligatur ad
palum homo elongatur ab eo.
Tunc vulpis o serpens expedias te
per te ipsum si potes et tu homo ad eius
expeditionem amplius noli laborare.
Iste serpens est mulier que semper
nititur ad deceptionem virorum. Iste

ad idem Narrat mulier quedam
vocata est a viro suo laborante in
extremis que vocans ancillam ait
illi Cito vade ad emendum tres canas
de burello ad sepeliendum virum meum
Cui ancilla videt Cur vult emere
aliquid cum habeat hic in domo quatuor
canas de bona Tunc domina indigna
ta dixit Fac hoc quod dico et porta
tum tres canas de burello Cum autem
infirmus hoc audivisset sicut potuit
dixit Gayle tam cort sicut atro
ter Exemplum ad idem De pe. al. Cum
quidam pergeret ut vindemiaret
vineam suam uxor autem eius credens
eum diu moraturum vocavit ama
sium suum Dominus autem a caramunculo
percussus in oculo dum mox videt
cito rediit Et dum pulsaret ad
hostium amasius in camera abscon
ditur et ianua aperitur Tandem vir
perrate lectum in camera retraxit
eum uxor dicens Stateis oculum
sanum de lacte ne infirmetur egri
tudine Et cum clausisset oculum tam
diu eum clausit quousque amasius
suus recessit Exemplum ad idem Peregrinus
quidam proficiscens uxorem suam co
misit cuidam compatri suo sororium vocans
amasium filie sue Cum semel epu
larentur splendide venit vir de
peregrinatione completa absconso ama
sio in camera sibi aperitur Et dum
quiete lecti requireret dixit filia
matri sue portate lintheamen
illud magnum ut ostendamus hoc
quod fecimus in absencia domini mei
Cum autem apportassent explicatum po
suerunt coram oculis eius et sub velamine
lintheaminis recessit amasius Exemplum
ad idem Mulier huius maritum suum quem
non diligebat cum venisset de labore
inebriavit eum ut videretur mortuus
nota Tunc subito monachos vocans dixit eis
Dominus amicus dominus meus predixisset
volens promisisset ut esset monachus
Et ideo supplico ut cito portetis
eum ad monasterium et induatis sibi
cucullam Quod cum fecissent post
diem sequentem surrexit quietatus a tur
bacione vini videlicet se in dormitorio
monachorum cum cuculla Scita veritate
cum dixit Mentita erat mulier mentitus
sibi et exhereditata mulier de omnibus
bonis suis in habitu monachali finivit
dies suos Exemplum ad idem est mulierum pro
vocatiua Exemplum Domus Cum Socrates
huius uxore iracundissima dum semel
litigaret cum eo nec ipse videret ei
volens dum fugeret per scalam omnis in
mundicias suas hospitii precepit sup
rapuit eius Tunc Socrates Sciebam
quod de tanquam tonitrua decebat
sequi pluviam Exemplum ad idem est in mundicie
amativa Lectio in gestis Secundi philosophi Q
cum quidam iuvenis fuisset moratus
Athenis et ibi sapiencia et sciencia fuisset imbutus
licet sciret per documentum librorum in
mundiciam mulierum Voluit hoc probare
de facto Unde rediens ad civitatem propriam
et esset ignotus omnibus propter moram
suam tanquam advena hospitatus
est in domo matris Et filius ibi pollicen
cena incepit eam sollicitare de actu
immundo Cum cum perseveraret ipsa primo
negante receptis ab eo denariis cum
eo se nudam ponit ad iacendum Cumque
tacuisset nocte sine peccato et ipsi adve
niente die cum amplexibus et osculis
iuvenem ad peccandum excitaret ille
subito surgens dixit Vere nunc co
gnosco esse tanta libidine mulierum
ut non parcat filiis propriis Cum mu
lier cognovisset infecit se ipsam
iuvenis eciam dolens quod propter verbum
suum perierit seipsum imperpetuum sile
cium servavit Exemplum ad idem Quidam
peregre proficiscens uxorem pulcram
dimisit que adamata a quodam
iuvene ei consentire nolebat Unde
autem tota in multitudine quandam vetule
obtulisset et promisisset causam eius
propositum declaravit Vetula mox
promisit Unde accepta caniculam de sup
tredecim ieiunium eam afflixit Dedit
ei granum sinapis cum pane confectum
comedere que pre amaritudine incepit
lacrimari Vetula eam accipiens cum habitu
honesto ad domum domine adamate
adiit et requirenti causam caniculam

fletus. Respondit vetula: Domina, confidenter
loquar vobis. Hec canicula fuit filia
mea pulcherrima et honesta, que cum
adamaretur a quodam iuvene et con-
temperet consentire, illo mortuo in
caniculam est mutata. Tunc hec mulier
cito decepta depulsatur donariis et rubis
iuvenis statim est maculata per eum.
Quarto est cupiditatis augmentativa.
Refert Claudius quod fuit quedam mulier
talenta nomine pulcherrima et cursu
velocissima. Tandem adamata a duobus
ne pro ea inter se litigarent ait: Ego
curram et ille qui me capiat ille me
habeat. Tunc unus illorum sciens cupiditatem
mulierum fecit fieri tria poma aurea
currenti unum post aliud proiecit que
cursu capiendo poma capta est per eum.
Hec domicella est vita humana. Duo
volentes eam habere sunt deus et dyabolus
Sed proiecit tria poma scilicet delicias divi-
tias et honores in quibus capitur misera.
Quinto est adinventrix. Unde Vita patrum
quod fuit quedam mulier que per preces
miserorum seduxit clericum et omnibus
divitiis suis spoliavit paulatim. Cum
autem tunicas et cappa in confusione magna
ad terram suam rediret cum magnis fletibus
usque extra civitatem associavit eum.
Cui clericus: O fallax socia, quare
fles modo sic? Respondit illa: Credebam te
adhuc habere pecunias et divitias et ideo
ut extorquerem omnia flebam, non propter
te sed propter pecunias. Quinto est omnium
preceptorum contraria operativa. Narratur
quod mulier quedam in omnibus viro suo
contradicens ibat cum eo ad aquam. Tunc
cum ipsa magis appropinquaret pede
deficiente in aquam cecidit. Tunc vir
volentibus eam extrahere dixit: Vos gratis
eam inferius sed supinus quia semper fecit
contrarium. Sexto est loquacitatis pro-
motiva. Narratur quod mulier quedam
nimis diligens vinum diu frequenter
inebriaretur. Vir suus eam reprehendit
et dedit ei tale documentum quod si custo-
diret tamen eam diligeret. Primum est quod recor-
daretur de anseribus, 2m quod caneret,
3m quod taceret. Ista vero inebriata clama-
bat rixas excitabat omnium discordie
se ingerebat. Septimo est omnis

malicie inventiva. Legitur in libro 125
de vii sapientibus quod fuit quidam impera-
tor Dyocletianus nomine qui habito
filio ab uxore sua mortua est. Unde
cum sapientes Romani vidissent
puerum esse bone etatis, supplica-
verunt imperatori ut traderet eum ad do-
cendum peritissime omnes liberales
artes. Cum annuens voce eorum vii
sapientes elegit quibus filium tradidit
ad imbuendum. Et quia sensibilia movent
strepitus gencium impediunt, preces-
sit ut palacium edificaretur in
nemore in quo essent vii camere
et in medio pallacii camera pro puero
in qua essent depicte vii artes libera-
les. Quibus completis una cum puero
illuc recedunt et cum mirabili stu-
dio ipsum docent. Et tunc barones
Romani ad imperatorem accedentes
supplicabant ut uxorem duceret ex
qua suscepta prole imperium non
deficeret in herede. Requisitus frequenter
imperator consensit nobilem et pulcherrimam
sibi eligit et cum nupciali copulatur.
Tandem completis nupciis uxor querit
ab imperatore ubi est filius et mota
tamquam noverca dolo pectore in secreto proba
expressit signum amoris. Imperator vo-
lens satisfacere suis votis cum iam
novem anni transissent in quibus non viderat
filium sed continue fuerat cum magistris
misit nuncios cum equitatu ad magistros
ut filium suum adducerent
ut a noverca videretur. Cum recepissent
litteras, antequam collacionem inter se habent.
Convenerunt in hoc omnes magistri ut
antequam iter arriperent examinarent super lectum
eum in subtili sciencia sicut alias perfecissent.
Ne interrogatus ab aliquo sapiente
ipsi possent confundi, eligitur ars geome-
trica et tali expedito examinatur.
Itaque clam sub quatuor pedibus lecti quatuor
folia ponuntur et mane surgente
iuvene habita cogitacione de mensura
hospitii dixit: Vel planum est elevatum
vel tectum est depressum vel lectus est
elevatus. Tunc magistri attendentes

ad eius subtilitatem incepimus disponere
de recessu. Et dormiente iuvene me-
ridie talis visio est sibi manifestata.
Videbatur sibi quod quatuor viri egre-
diebantur de lecto et producebant vii
racemos et in medio stabat coluber
qui per folia ramorum emittebat
venenum ad interficiendum iacentem
in lecto. Tunc expergefactus vocatis magistris
et narrato sompnio omnes pro inter-
pretacione recurrunt ad cursum stellarum.
Et invenit quod quatuor viri sunt quatuor
elementa. Coluber est noverca vii rami
sunt vii dies sequentes in quibus si loquetur
morietur et salva. Et quia intencio erat ut
ad patrem accederet ordinavit ut quilibet
eorum excusaret eum inmediate et
subveniret in omni tribulacione futura.
Venientibus ergo et intrantibus civitatem pre-
occurrit filio. Et dum super collum eius fleret
pre gaudio et de statu suo quereret iuve-
nis nichil respondit. Tunc pater expertus dum
requisivisset causam responsum est a sapientibus
quod mutus erat effectus. Tunc dolens
sine salutacione rediens intimavit
uxori. Que cum exhortacionibus promisit
quod ipsa faceret eum loqui. Et occurrens
puero cum mirabili affabilitate eum
salutavit et supplicando humiliter ei
verbum non dedit. Ipsa ergo molesta
ex hoc sed trahens eum per manum
rogavit ut soli ingrederentur came-
ram quia ei volebat revelare secreta.
Tunc inclusi soli in camera imperatrix
suum sermonem per hunc modum incepit.
Fili dilectissime deus dedit michi hoc
bonum et dedit michi hanc graciam ut haberem
talem filium sicut tu es. Cuius volo esse
non noverca sed mater. Vero et iuvenis in
mundo quem tam diligam nec si portassem
in meo utero non tam esse attracta sicut
ad tuum amorem. Accipe ergo me in matrem
tuam et ex toto corde creat tibi [illegible]
ex reputacione amoris. Tunc videretur
contempnere. Adhuc ipsa subiunxit. Fili
karissime attende ad pulcritudinem meam
quam ad te habeo quia contempto amore
patris tui tibi servavi virginitatem meam
ut ergo concubitu meo ut cum delectacione
provocet conceptus mutuos exprimamus.
Tunc totaliter removens dum ipsa niteretur

tangere eum ipse per cameram fugere
cepit. Tunc noverca tanquam coluber
incipiens diffundere suum venenum dila-
ceratis omnibus vestibus passa facie
vulnerata capillis evulsis ad tantum
clamare incepit porte franguntur et
imperator finaliter intrat causam tanti
doloris requirit. Et ipsa cum lacrimis
respondit. Ingressus est filius tuus
ad me et cupiens verba ab eo plura non
possum me inclinare ad eius dicta
voluit maculare gloriam tuam. Tunc
imperator fulminans recluso filio in
durissimo carcere. Et quia imperator
multum alliciebatur ex hystoriis et ex pa-
bolis dictis ipsa visum est eam inducere
ad interfectionem filii per parabolas pre-
mittendo. Sicut cum reclinaret caput
et esset appodiata super gremium impera-
toris dixit. Domine iam video quod vo-
bis eveniet de filio vestro sicut accidit
cuidam burgensi de viridario suo. Fuit
quidam burgensis qui habuit viridarium
in quo erat pomus tradidit eum labo-
ratori colendum. Cum autem quadam die
venisset ad viridarium vidit quod de pede
pomi qui multos et optimos fructus
portabat natus est pinnicellus qui usque
ad frondes maiores iam erat protensus.
Et quia maior colorem iam suum perdiderat
nec fructus ita copiosos nec ita bonos
portavit. Requiritur causa ab ortulano.
Tunc ait. Iste pinnicellus causa erat qui
attrahebat humorem. Tunc dominus
iussit tradi maiorem propter gratis innutritus
minoris. Et quid secutum est? Ita pinni-
cellus eciam mortuus est quia maior
influebat sibi humorem et vitam. Domine
mi imperator ille ortus est dignitatis
imperialis vestra in quo vos estis pomus
et filius vester pinnicellus. Iste ribaldus
honorem vestrum iam deposuisset volendo
violare me. Et insuper est servire fructus
vestros per vim impugnavit me volens violare
Et ideo gravitas. Bona domine attendite
ad eius astuciam perscindet vos et eiciet
de imperiali honore et hoc propter honorem
filii vestri. Quia traditus ergo pinnicellus ut
vestrum imperium vobis valeat fuerit. Tunc
imperator motus ad interfectionem filii
convocato toto cetu romano ipse

scelus impositum zelus adiudicat morti
Tunc erigens se primus sapiens cui nomen
erat ... dixit O imperator in quem
respiciunt omnes leges et cuius iusticia
divulgatur ubique Attende ad hoc opus
quod agis et vide ne finaliter te contingat
sicut accidit cuidam militi de optimo
fidelissimo leporario suo Tunc imperator
affectans scire parabolam licet vix posset
loqui sapientibus credens quod ipsi corrupissent
filium requirit explicacionem eius Tunc sapiens
dicit Sed supplico quod hodie filius tuus sine
a morte Cum autem concessisset primus sapiens
dixit hic Fuit unus miles in terra
qui hunc leporarium peroptimum et fidelissimum
morabatur in quadam bastita posita extra
villam in qua erant prata et fontes Sed
muri quibus vallabatur erant ruinosi
et multum antiqui Et quia quoddam
torneamentum debebat fieri in pratis
illis miles et domina militibus occurrerent
ad spectandum bastita dimisso unico filio
in cunabulis tribus nutricibus que eum
lactabant et pannos eius mundabant
Tandem incepto torneamento nutrices
videre voluerunt relicto infante in camera
solus cum leporario ad spectaculum
processerunt Tandem exit serpens
magnus de scissuris et fracturis murorum
antiquorum et ingressus est cameram infantis
et incepit ascendere in lectum pueri
ad devorandum eum Tunc leporarius
hoc attendens insurrexit contra serpentem
Et facto magno certamine ex vehemencia
belli cecidit et inversus est lectulus
infanti puero sine lesione subtus
manente et lectus superstetit Interfecto igitur
serpente a leporario et diviso in terra
frustatim frustatim totum pavimentum camere
est sanguine maculatum Unde cum nutrices
venissent de spectaculo ad ablactandum
puerum et cameram fuissent ingresse et
viso lectulo revoluto et maculato sanguine
et leporario iacente circa lectulum credi-
derunt quod devorasset puerum et exeuntes
cum clamore et fletu Cum dominus et domina
advenissent dominus iram credens cum evaginato
ense leporarium interfecit Tandem elevato
lecto puer sanus et incolumis est re-
pertus Tunc miles cum fletu dixit Heu

interfeci salutem et protectionem hospicij
mei Tunc tacuit Cumque omnes attenderent
quid significabatur in hac parabola Tunc
Tu domine es tamquam infans nutritus a tribus
nutricibus scilicet ab anima a sapiencia et a iusticia
Serpens qui vult devorare hono-
rem Romanum est ista imperatrix
que vult ponere maculam in gloria vestra
Sed leporarius est filius imperatoris qui
pugnat cum colubro ne occidat te tamquam
longinquus Tu igitur imperator vis occi-
dere leporarium qui custodit te et con-
servabit te et imperium tuum Tunc
imperatrix in camera sua in nocte multum
ex corde flere cepit Cum imperator
compaciens intendebat consolacionem
illi dare Et ut esset magis grauior
promisit ei quod in crastinum filius suus
moreretur Tunc ipsa dixit propter
quid creditis quod ego affectem mortem
filij vestri non propter me sed propter vos quia
verbis que heri fuerunt satis percipio
quod ipse faciet de vobis sicut fecit
pastor de apro Fuit quidam aper
qui elegit sibi quercum mire pul-
critudinis nec erat aliquod animal
in nemore quod auderet comedere
glandes illius nec requiescere sub
umbra eius nisi solus aper Tandem
venit pastor unus ad colligendum
glandes illius quercus Quem videns
aper occurrit contra eum et pastor
ascendit quercum et saluatus est Aper
vero stetit ad pedem arboris quem
aspiciens pastor glandes collegit
et apro proiecit et non solum semel
sed eciam bis et ter Et cum fuisset
saturatus iuxta arborem cum iaceret
incepit pastor vero clam descendens
cum una manu quercum tenebat
et cum altera ventrem apri fricabat
ad cuius fricacionem cum obdormisset
aper evaginato gladio ipsum inter-
fecit Ita domine imperator erit de vobis
Vos estis aper Quercus est dignitas
Imperialis quam nullus fuit ausus
invadere nisi ille maledictus filius
vester Et quid fecit ipse quia vidit vos
turbatum et furiosum propter malum

per enim factum ipse collegit glandes
persuasiones istorum sapientum qui re-
mittunt iusticiam vestram et cum obdormi-
eritis dissimulando tamen malum ipse eva-
ginabit gladium et inficiet bonitatem
vestram Tunc audit imperator Requi-
quid ita erit sed cras morietur Tunc
surrexit secundus sapiens Cui nomen
erat [illegible] et ait quando sol perdidit lumen
suum et fons copiosissimus est exsiccatus
et hoc in sua huius iuvenis in quo
et iusticia obscuratur et iniquitas [illegible]
quod si uno hanc sententiam execucioni dederis
deus puniet te sicut punivit ypo-
cratem Sustinebis scire Imperator sapiens
differebat dicere quousque ab impera-
tore fuisset promissum quod de illo die
iuvenis non reciperet mortem Quo
facto et iuvene reducto ad carcerem
secundus sapiens dixit O Imperator et
princeps Romanorum ypocras fuit
medicus peritissimus et habuit nepotem
eo subtiliorem Sed ypocras quantum
poterat occultabat sibi experimenta
curandi Nepos tamen optime atten-
debat ad receptas et ad infirmitates
et ad modum curandi hec omnia con-
scribebat in libris Tunc accidit quod
fuit infirmatus filius cuiusdam comitis
et quia ypocras ire non poterat cum fu-
isset vocatus nepotem suum misit Qui cum
consideraret qualitatem egritudinis et com-
plexionem infirmi ac parum proprietates
recepit infirmo aliquod non esse
vestigium curare nisi vidisset com-
plexionem patris plene [illegible] matris
Tunc illa amore iuvenis mota
revelavit quod erat de adultero
conceptus et patre nullum sibi [illegible]
Qui cognita eius condicione et
proportionata medicina cum appositis
secundum artem iuvenem omnino curavit
et rediens cum magnis donariis ad
ypocratem quod fecerat intimavit
Qui magis invidens sue subtilitati
duxit ad viridarium herbarum et
requirit an determinatas herbas co-
gnosceret Qui cum vidisset quod sic
ex proposito [illegible] fuit ypocras col-
ligere [illegible] Qui cum inclinasset

se ypocras evaginato gladio nepotem
occidit Postea quod multis diebus
fluxus ventris ypocratem invasit quem
sedare nepos suus super omnes viven-
tes melius sciebat Unde causa sue
magnum cercellum perforatum multis fora-
minibus et plenum aqua ypocras cum me-
dicinis absque clausura foraminum
restringere fecit affluere ait Istud est dei
iudicium ut ab hac infirmitate non
possum curari quia interfeci illum qui
super omnes florebat restringo in-
sensibilia et me ipsum restringere non
valeo Ita dico est Imperator filius
tuus in bonitate et sapientia vincit super
omnes Domine [illegible] et si tu interficias
eum ex hoc quod distinxit omnem maliciam
dum fluxum virtutum habebis post eius
mortem per tuam uxorem tunc dices tu
Maledictus sum ego quia interfeci
illum per quem fuissem protectus Tunc im-
perator istis auditis imperator vultum
malum ostendit Secundum esse in secreto
cubiculo ait heu domine mi imperator
hactenus fuit dictum Cum ubi imperator
stabile erat sed nunc video quod in primo
vera non contingit veritatem nisi faciatis
iusticiam de vestro filio quousque accidet
vobis sicut cuidam militi de terra vir-
gin fuit decapitatus per proprium filium
Tunc imperator narra obsecro et cras
exaudietur peticio tua Tunc illa Unus
miles fuit in terra virginum quem arte fuit
positus custos terre in qua [illegible] thesauri
et a rege congrua stipendia militibus
donabantur Currerent [illegible] et post
[illegible] annos miles expellitur de hoc
officio et subtracta stipendia pauperimus
est effectus Qui vocans filium proprium
considerata ingratitudine regis convenit
ut clam violaret et de thesauro reci-
perent necessaria vite sed quod dixerant
et per multos annos commisissent domi-
nicio thesauri manifeste apparuit
Ingressus diligenter requiritur iter
secrete custos vas impleri fecit
visco et pixam iuxta foramen

Imperator et acquisitus [?] recitacionibus et [...]to filio iussit eum ad mortem [...] tunc surrexit

Tandem miles ingrediens ad furandum
sicut solebat facere illaqueatus est. Viso
autem hoc notificavit suo filio qui extra
manserat. Filius evaginato gladio caput
patris abscidit ac secum portavit et in
cloacam magnam proiecit ne cognosceretur
cuius corpus esset. Ergo domine mi si vultis
attendere sic faciet filius vester. Nam in-
ducet vos ad rapinas et illicita, sed cum
videbit vos esse infamatum dominus, in malis
perdet caput vestrum et negabit paternitatem
vestram. Iuravit eum sed in tercia die surrexit
tercius sapiens cui nomen erat [...] et ait
heu nobilitas Romana attendat ad
monstrum quod nunc audit ita ut prosit
peremptor filius in patris visceribus. Ergo
filium meum sic extincta. Sed sicut tercius
ad Imperatorem accidit sicut accidit cuidam
militi de terra mea de iuvene uxore sua.
Tunc ergo Imperator sciscitaretur quomodo esset
dixit sapiens. Non potero loqui cum
video discipulum meum trahi ad mortem.
Prolonga ergo hodie sibi vitam et declarabo
quod optas. Concessa peticione et
reducto iuvene ad carcerem. Tercius
sapiens cui nomen erat [...] ait domine
in terra mea fuit miles antiquus qui
cum iuvencula pulcra contraxit que
propter contemptum amasium facere affecta-
bat. Et quia hoc per se facere non poterat sine
mediatamento matris sue voluntatem
suam declaravit. Cui mater. Filia tu ignoras
adhuc quantum sit indignacio viri
antiqui consulo ut primo probes si
posses invenire indulgenciam cum eo
si fieret revelacio adulterii. Cui filia
et quomodo probabo. Tunc mater. Cogito
quod vir tuus amabilem nimis delectatur
in quadam arbore sita iuxta cameram
tuam. Frange ergo illam et pone in ignem
et si tunc vir tuus dissimulaverit
signum erit quod de adulterio indulgenciam
consequeris. Quod cum tu fecisses et vir suus
dissimulasset multum fuit animata
ad complendum actum iniquum. Tunc mater
adhuc proba alio signo. Tu enim vestes
habes pulcras in quibus mirabiliter inducitur.

Vir tuus delectatur habet etiam catulum
gratissimum. Si ergo veste destructa
et interfecto catulo vir tuus non
irascatur, signum erit tue liberacionis.
Que cum fecisset et vir suus dimisisset
omnino voluit vocare amasium suum.
Tunc mater. Obsecro proba alio signo
et tunc facies quod cupis. Vir tuus
debet facere convivium tali die ergo omnes
nobiliores et potenciores istius terre
debent esse. Tu ergo ligabis firmiter
mense ad claves et omne tale et cum
omnia fercula erunt posita per ordinem
vocata per tua ancilla et surgens
subito et omnia proicias ad terram et si
vir tuus totum dissimulaverit fac
postea hoc quod affectas. Quod cum
fecisset et omnes invitati de turpitudine
et confusi recessissent. Vir suus vocat
[...] et facit extendi in modum
crucis brachia mulieris et aperiri venas
de ea tamen fecit exire de sanguine
quod vix respirare potuit. Tunc mater
visitabat eam dixit matri. Nunc
probavi virum antiquum iram non curo
facere amasium solum quod vivere possim.
Iste dicto Tu cives senex Et hec
uxor vult facere amasium et ideo si te
induxerit ad interficiendum filium tuum
faciliter scelus aliud perpetrabit. Tunc
Imperatrix magna contristata exaudiens
dum Imperator illa nocte ingressus
fuisset cameram ipsa prouoluta ad
pedes eius dixit. Obsecro domine
ut occidatis me quia plus volo mori
per vos quam per filium vestrum et per istos
sapientes. Unde ipsum rogat facere de
me sicut fecit quidam Senascalcus
de uxore sua. Unus enim Rex fuit
in terra nostra qui vocabatur grossus.
Cum occupatus gravissima infirmitate
cum diceret sine mulieribus consultum
est sibi ut societate mulieris liceret
et uxorem recipere. Tunc vocans Sena-
scalcum suum ei imposuit perquirere
mulieres et interim providet sibi
de muliere. Tunc Senascalcus [...]

dabitur mulieri volenti ire ad te
Nunc, Rex, trado tibi clavem thauri
et da quicquid videtur tibi. Tunc ille
uxorem suam iterum de nocte ibi suppo-
suit et adveniente luce recuperare
cepit. Qua nolente virum dimittere
cum ea fuisset in tantum motus contra
Senascalcum eum suspendi fecit.
Ita dico in proposito: isti sapientes cu-
piditate moti voluerunt me supponere
filio tuo, sed ego attendens ad tuum
honorem et non ad indignationem sapientum
hoc tempus. Et video quod melius non
crederem si credidisse eis. Tunc Im-
perator ei promisit ut in crastinum
iuvenis occideretur. Mane quidem
curia iuvenis ligatus carnifici tra-
ditur ut ad mortem festinanter
duceretur. Quo appropinquante quartus sapiens
sic ait: O dictator Romanorum ubi est
modo clementia prima quam recessisti.
Attendat ergo dignitas Imperialis quod
tibi sicut contigit tibi accidet sicut militi
summe diligenti uxorem suam. Cum ergo
Imperator affectaret scire narrationem
ille nolebat dicere nisi illo die dis-
simularet mortem filii. Tunc annuente
votis eius ait sapiens: Domine quedam
civitas est in terra mea in qua talis erat
consuetudo ut omnes inventi in aliquo
loco post signum nocturnum factum suspe-
ndantur in crastinum. Ibi enim erat unus
miles qui summe diligens uxorem suam
extra muros in quadam turri eam custo-
diebat. Illa vero corruptioni vacans
dum sopor dormitionis virum arripu-
erat surgebat et ibat ad amatores
suos. Quod cum vir percepisset et ipsa
in nocte recessisset clauso hostio post
de fenestra contemplatur regressum
que rediens et clausa porta reperiens
supplicabat viro suo ut aperiret ei
ne curia eam interficeret. Vir contem-
pnens atque mestus ait: Uxor eligo
est mihi ut me interficiam et sic erit
suspicio quod tu feceris quam si curia
interficiet me cum honore tuo. Tunc
accepto magno lapide proiecit in

puteum clam rediens iuxta hostium
se abscondit. Vir vero territus timens
ne hoc factum sibi ab amicis acceptis imputaretur
fune ut extraheret eam de puteo et sepeli-
ret. Cum quod fuisset egressus a proprio
hospitio illa ingreditur et clausit
et firmavit hostium post eum et stans
in fenestra sic ait: Ribalde nunc de-
prehendentur adulteria tua. Qua rogata
ut aperiret et nollet et interim venit
curia et invento viro eum cepit et in
crastinum interfecit. Ita dico in proposito
Imperator: ista uxor tua fingit amorem
simulatum et hoc non facit nisi ut dete-
gantur sua mala. Unde quantum potest
nititur te interficere et tuum imperium sperabit.
Qui cognosces suas malicias. Impera-
tor in nocte ad cameram Imperatricis
accessit que vix loquens sic ait: Heu
misera quid sum vendita quod isti
cum astuciis suis voluerunt me interficere
et auferre vitam meam vobis tamen utile.
Sed nisi domine mihi vobis eveniet sicut
cuidam regi in mee terre. Fuit enim quidam
Rex in terra mea habens civitatem poten-
tissimam ad quam veniens Virgilius
fecit ibi duo miracula. Namque ignem
posuit in una parte civitatis qui calorem
lignis vincens pauperibus prestabat sub-
sidium summum. Iuxta ignem erat miles
eneus arcum extensum habens. In eius
collo hec scriptura erat: Cum percusserit
me extinguetur ignis. In alia vero parte
civitatis Virgilius erexit statuam
et super eam erexit vel posuit speculum in
quo reputabat omnes congregationes
que fiebant ad destructionem illius civitatis.
Et quia Rex Cecilie habebat bellum cum
isto Rege non potuit prevalere propter
reputationem speculi. Misit aliquos
clericos ad predictam civitatem ad videndum
per quem modum posset capi. Qui atten-
dentes didicerunt quod multum erat de
igne et de speculo. Et quia rex istius
civitatis erat summe avarus unus de
destructione speculi ... sic tali dolo
unde recessit ad regem Cecilie quidem cophinos
plenos requirunt ab eo quibus ditatus
venit ad civitatem in qua erat speculum

Et in tribus ignibus civitatis tres fossas
profundissimas de nocte fecerunt et in uno
unum cophinum et in duobus aliis duos re-
posuerunt. Transactis aliquibus diebus venerunt
ad regem conputantes se Virgilio eius.
Cum requireret de quibus scirent sive
audierunt quod de inventione thesauri
et quod in toto mundo non erant tot
thesauri sicut in illa civitate, si medie-
tatem omnium inventorum daret eis, supra
omnes homines mundi ipsum ditaret.
Cum gratis promitteret quod optabat,
post quatuor dies primus ad eum accessit
et ait: Domine mi rex, in nocte vide-
bam mea sciencia et cognicione quod in tali
portali est absconditus magnus thesaurus.
Mittuntur, inventus thesaurus invenitur,
et rex in amore clericorum se inflamat.
Sicut secundus iste, ita alii clerici similiter fecerunt.
Tandem firmato rege in illa opinione
venerunt et firmaverunt quod sub columpna
speculi erat infinitus thesaurus. Et ne
rex timeret fractionem speculi, disposuerunt
quod cum appodiatur, stare columpna
et speculo ille thesaurus infinitus poterit
haberi. Cum cupiditate motus eis consenciens
cum magis intencione homines foderent iuxta
columpnam, nec precipitabatur eo quod per ligna
maxima tenetur. Tandem in media nocte
ad ignem accedentes posuerunt cum stra-
et ignis qui erat in subposito paupertum
extinctus est statim. Tandem accipientes
ignem alibi posuerunt in ligneis que susten-
tabant columpnam et speculum et fugientibus
columpna cecidit et speculum est confractum.
Intra sternum autem cives attendentes
quod propter cupiditatem auri tantum bonum
civitatis erat perditum, ligantes regem
in omnia foramina sui corporis cum auro
liquefacto implebant. Nunc imperator atten-
das quia sic est in proposito. Tu contra hostes
bellum cum filio tuo et in dignitate tua
imperiali duo sunt, scilicet ignis iusticie et
speculum, et illud speculum sum ego que
provideo omnes proditiones paratas. Et
ideo quando faciet filius tuus contra
me destruere. Et eo miserunt istis dictis
et sapientes unum si tu eis manibus capies.

audire verba eorum erit finaliter de-
structio tua. Tandem in crastinum an-
te diem surrexit imperator ut executio-
nem mandaret morte filii sui. Ad
cuius pedes se prostraviens quintus
sapiens sic ait: Domine mi imperia-
tor, nam precipitis morte filii tui,
sed obsecro ut tu dicas si vidisti
quod opprimere voluit uxorem tuam. Cui
imperator: Certe non, sed hoc audivi.
Tunc sapiens: Nunc bene video quod eveniet
tibi sicut burgensi de pica sua quam
narrabo. Astantibus ceteris imperator
postulat. Sapiens ut saltem illo die
mors filii differatur et dato dono
sapiens sic dixit: Intra mea fuit
quidam burgensis aucam et dixit
picam que omnia que fiebant in hospicio suo
domino referebat. Eius uxor burgensis
habebat amasium et hec pica videndo
cum ingredi suo domino retulisset domina
indignata post recessum viri ad aliquas
longinquas partes usque et talis astucia
accepit eam picam et posuit in medie-
tate iuxta tegulas. Et misit ancillam
super tegulas cum uno marcello ter-
minum ad faciendum choruscaciones
cum precione aque pluviam fingit.
Tandem redeunte domino pica de tempe-
state fatigata nullum solacium ei
fecit. Cum eam apprehendens dum calefe-
cisset et promississet eam pica incepit
dicere: Tonitrua choruscaciones pluvie
fuerunt hic. Tunc dominus requisivit si esset
verum. Et domina prodit quod non. Cum
attendens ulterius ad vicinos scita
veritate quod ibi tranquillum tempus
continue fuit, ait uxor: Modo
potestis papare quantum fatuum erat
credere in aliis istius avi verum pacem
non habebimus quamdiu vivit. Tunc
burgensis volens placere uxori picam
interfecit que erat custos hospicii
sui. Hoc pica est filius tuus qui revelabit
mala uxoris tue et ideo ipsum mittis
interficere cum dolositatibus suis. Cuius
illa nocte imperator fuisset ingressus
ad imperatricem illa scissis vestibus

dissoluto crine dicebat assistere mor-
te eo quod imperator non tenet verbum
suum de morte filii. Unde domine apte
cognosco quod illi excecaverunt iusticiam
vestram sicut sapientes excecaverunt
regem Herodem. Fuit enim quidam rex
in Jerusalem Herodes nomine et sic ad-
hesit vii sapientibus ut preceptum daret
in toto suo regno ut omnes facientes
sompnia ad eos accederent pro exposi-
cione et darent denarium auri. Cum
tunc ditiores fuissent rege fecerunt
eum incantari tali incantatione ut quo-
ciens appropinquabat ad portalia civitatis
perdebat visum sed redeundo ad domum
propriam recuperabat. Hoc autem ideo fecerunt
ut eo mortuo sibi dividerent regnum.
Sic igitur per decem annos fuit Herodes
quod civitatem non est ingressus. Dum ergo
quadam die esset in palacio dixit Hero-
des sapientibus omnia populo pronunciatis
futura et declaratis cogitationes. Et ideo
sub pena mortis impono vobis ut
dicatis michi que sit causa quare perdo
visum quando approximo portalia
civitatis. Tunc petentes inducias
dierum non invenissent illum qui fecerat
illam incantationem. Venerunt ad quendam
Melinum nomine qui de matre sine
patre erat natus. Et quia iste revela-
bat quodcumque secretum afferunt dona-
ria et requirunt ut declararet causam
excecacionis. Cum tunc asserent se
scire causam sed non revelaret nisi
ducerent eum ad regem Herodem. Tunc
Herodes interrogavit de causa. Tunc
Melinus respondit: Exeatis omnes illud
hospicium et ingrediamur ambo soli
cameram tuam et ibi revelabo secun-
dum clare. Cumque factum esset ut Melinus
dixerat, iussit removere lectum regium
et soli existentes in camera eleva-
verunt lapidem unum sub quo erat testudo
prima in cuius medio erat ignis et super
ignem olla bulliens et in circuitu ignis
vii sufflatores cum follibus accendentes
ignem. Tunc Melinus: Quamdiu olla
ista erit super ignem tamdiu sine ex-
cecacione non poteris egredi civitatem.

Sed si olla removeretur non amotis
insufflantibus statim mortuus eris. Cum
requireret per quem modum posset fieri, ait
Melinus: Isti vii insufflatores sunt vii
demones qui sunt hic positi ad preces
sapientum tuorum. Si ergo occidis unum
sapientem unus insufflator recedet
et si omnes occidis omnes recedent et
tunc removebis ollam et eris curatus.
Et ut cognoscas ~~Et ut cognoscas~~
deceptionem eorum ~~deceptionem~~ examinemus
aliquantulum. Et statim in foribus pallacii
affuit iuvenis qui vii sapientes
requirebat pro interpretatione sompnii
cuiusdam. Quem vocavit Melinus et sompnium
sibi dixit et interpretationem sompnii. Sompnium
tuum fuit tale. Videbatur tibi quod eras
iuxta fontem et de claritate fontis
aspiciens intrasti cuius aquam et in
quodam foramine rivos aureos aspi-
ciebas. Ista ripa est talis terra sita
iuxta tale flumen in qua erat archa
lapidea plena thesauro in quam fodiendo
manum inmiseris agnosces manifeste
sompnii veritatem. Proba ergo et postea
vade ad sapientes et videbis quid de sompni-
o dicent et statim refferes regi
et michi. Cum tunc invenisset thesaurum et som-
pnium sapientibus explicasset et cum men-
daciis illi evasisset facta relacione
ad regem ait Melinus: Scias ergo quod
dixi tibi. Cum tu fuisses antiquior
sapiens vaccillavit et est infectus
statim unus insufflator evanuit.
Et ideo omnes alii occiduntur et omnes
insufflatores evanuerunt. Et sic
extincto igne et olla deposita Herodes
egredi potuit de civitate sine perdicione
visus. Ita dico tibi, O imperator, isti
sapientes excecaverunt te ne posses ad
interfectionem filii ingredi. Interfice
ergo eos primo et tunc clare videbis
quam iniustum sit filium tuum conservare
ad vitam. Tunc imperator: Optime
locuta es et permitto deo et tibi quod inter-
fecto filio quod ipsi erant occidentur.
Summo mane cum clarus dies imperator
surrexit filium carnifici tradidit
et precepit ut non retrocederet. Ipse

ubicumque alicui quousque inveniens esset
infectus. Tandem dum duceretur ad mor-
tem hec audiens Sextus sapiens qui non
diu surrexerat ascendens equum pervenit
ad eos et extrahens anulum de digi-
to dedit ductori exercitus ut conservaret
iuvenem quousque cum imperatore fuisset
locutus. Cum ad imperatorem festinaret
currens prostratus coram eo nobilitate
Romanorum incepit clamare tanquam
furiosus dicens heu cur non clementia
dissolvitur de tanto facinore quod innocens
occiditur propter unius verbum falso unius
maledicte mulieris non probato facto nec
servato ordine iuris sed apte cognosco
quod tibi eveniet sicut iuveni militi
summe diligenti uxorem suam. Cumque imperator
affectaret audire factum, ait sapiens Quomodo
loqui possum cum tam bonus discipulus
ducatur ad mortem. Iube ergo eum reduci
ad carcerem et hodie differatur mors eius
et dicam tibi parabolam mirabile documentum.
Completo omnibus ad voluntatem sapiens sic
ait. In terra mea erat quedam civitas
in qua per regem extitit ordinatum ut
omnis vicarius per totam noctem custodiret
interfectos per curam ne ab aliquo possent
furari. Et si aliquis civitatem ingrederetur
interficeretur absque dilacione aliqua. In
illa civitate erat unus miles iuvenis
qui cum pulcerrima iuvencula contraxerat
et tum se mutuo diligebat ut amor
non posset ymaginari. Tandem post annum
iuvenis miles est mortuus. Et in tantum
dolor invasit uxorem quod posita super suum
sepulcrum non potuit removeri quousque
nutu te ab illo. Quod attendentes amici
domunculam ei fecerunt super sepulcrum viri in
qua uxor viri continue morabatur
et ei ab amicis ministrabantur necessaria vite.
Cumque post mensem de nocte media fuisset
exorta tempestas maxima et vicarius illius
ville propter suam societatem gravitate
tempestatis non posset ferre, ingressus est
civitatem nec ausus est ingredi domum propriam
nec custodiam altius sed vagando habet inde
habitaculum huius mulieris stantis super
sepulcrum viri finaliter est ingressus

et eam exhortans et ad consolacionem pro-
vocans ad pulcritudinem mulieris istius
et ad facilitatem verborum modo mirabili
est tacta in corde suo cum hylari vultu
incepit eum interrogare si uxorem
haberet. Tunc vicarius Domina non
miles sum sive vicarius istius civitatis
Et nec est mulier vivens cum qua libencius
contraherem quam vobiscum. Recede quia
dies iam appropinquat et voca tres
parentes meos et impone eis ut edu-
cant me de isto habitaculo ad domum
propriam. Et tunc facto aliquo tempore ero sponsa
tua. Cumque vicarius recessisset et re-
disset ad custodiam suspensorum recepit
quod unus erat amotus in illo intervallo
de quo plus nolebat quam eius punicio
mereretur. Cui subito regressus ad
dominam licenciam pecijt fodiendi quia
timebat quod loco furati in patibulo
poneretur. Tunc mulier accepta ligones
et fodiendo exhumamus virum meum hic
noviter sepultum et ponamus eum in pa-
tibulo loco furati. Et extrahitur
miles mortuus cum dolore per propriam
uxorem et vicarium ville. Dum extra
fossam fuisset adductus ait vicarius
Nichil fecimus quia qui amotus est
de patibulo vulnus habebat magnum in
capite et quia iste non habet timeo ut
fronte agnoscatur. Cui mulier Extrahe
gladium et percute caput eius et pone
simile vulnus eo. Cumque ille abhor-
reret illa accepit et hinc inde fortiter
vulneris atrocissime caput viri per-
cussit et una cum vicario ad patibulum
portavit et eum in furcis suspendit.
Tunc vicarius attendens ad eius et abrasus
malicia dum fuisset ea abscisa con-
trahere contempsit cum ea. Ita dico tibi
imperator postquam fuit mortuus
filius tuus et tu solvis debitum mor-
tis hec pessima uxor tua cum alio
contrahere cupiet nec recordabitur
de te sicut de cane. Tunc imperator
Magna est dolositas mulieris. Tunc
imperator congregat omnes principes
et proceres suos cum magnis lacrimis
petivit licenciam fugiendi a terra

exequi inimicos suos nolebat delere.
Tunc imperator: Promitto tibi absque
dubietate ut cras ante diem morietur
filius meus. Tunc illa domino exegit
promissa talia. Scio quod michi fiat
quousque vobis accidit illud quod accidit
cuidam militi de terra mea de filia sua.
Fuit quidam miles qui habebat filiam per-
dilectam in sua iuventute eam corripere
contempnebat. Tandem hec impregnata est
a quodam scutifero et miles propter
paupertatem quam habebat non potuit
vindicare de eo. Filia patrem vocavit
ad mortem et curia dimissa fugit
ad terram longinquam. Tandem insequitur
a patre et venit in domo cuiusdam
principis. Quod filia attendens accessit
ad dominam terre et ad principem in cuius
hospicio morabatur et dixit de presbitero
sub quod erat unus ribaldus qui secutus
eam fuerit per partes diversas ut
corrumperet eam. Tunc miser pater
capitur, vincitur et in patibulo sus-
penditur. Tunc ista attendens patrem suum
mortuum clam ad terram propriam reversa
est ipsius divitiis perfruitur cum
corruptore suo. Sic erit de te
o imperator si permittas filium tuum
evadere nisi cras occidatur omnino.
Et quia septimus sapiens intellexerat
quod ante diem debebat filius discipulus
occidi ante fores pallacii pernoctabat.
Et diluculo aurora veniente ducitur
ad mortem. Septimus sapiens dato
aureo denario carnifici ut differ-
ret mortem. Et sic locutus est
imperatori: O imperator, nunc dies
exultacionis est tibi et expono
me morti nisi dixerim tibi tales
rumores et ita letos quod in vita tua
similes non audisti. Sed hoc non faciam
nisi duo dona concedes michi. Cuique
imperator promisisset que essent dona,
audit sapiens: Primum donum est ut non
moriatur hodie filius tuus. Secundum
donum est ut ab ista hora usque cras
ad talem horam non loquaris nec videas
uxorem tuam. Cuique imperator hoc con-
sensisset et iuramento affirmasset,

ait sapiens: Domine mi, vos habetis
filium satis perdilectum et bonum, hunc deus
probare voluit. Unum per istos vii dies si
fuisset locutus, statim mortuus cecidisset.
Quia cras erit tempus et expono
me morti et ponatis me statim in carcere
cum eo nisi cras loquatur melius
et sapiencius quam aliquis homo vivens.
Interim invenies de patibulo et ad
carcerem reducatur et cum stetisset coram
suo patre pater pre gaudio flevit et ex-
pectata benediccione. Sapiens septi-
mus sic alloquitur imperatorem: Domine mi,
in terra mea fuit quidam burgensis
habens filium de prima uxore cum induxisset
novercam ut possit eum confundere. Furata
fuit cyphum aureum qui iuveni ad
custodiendum erat traditus et reposuit
inter strumenta camere iuvenis.
Post aliquos dies ad scrutandam cameram
iuvenis reperto cypho cum per aliquas
malicias falso impositas a noverca
submergitur de mandato patris. Cumque
parentes iuvenis submersi hec scivissent
interfecerunt novercam. Parentes noverce
eam audientes interfecerunt burgensem.
Et ita filius et noverca et pater mortui
sunt. Sic ergo tu interficias filium tuum
parentes interficient imperatricem. Parentes
imperatricis interficient te. Fuge ergo et
fugere promissum ne [illegible] audias et
eveniant tot mala. Tunc imperator
equum ascendens cum militibus ad nemus
distans per venacione accedit et [illegible]
[illegible] non est reversus. Imperatrix
[illegible] de summo diluculo vellet ire ad
eum ut instaret de morte iuvenis.
Custos carceris clamare cepit quod
filius imperatoris rectissime loquebatur.
Vadunt cursores ad imperatorem et
iste festinans venit et deducto filio
de carcere filius prostratus coram eo dixit:
Pater mi, indulgeat tibi deus gratiam in
terra iuste. Et nunc ~~postulo~~ indictum
parlamenti ut percipias quanta sit ma-
licia et iniquitas uxoris tue et
quanta sit innocencia mea. Tunc pater
voce dilectissima fili audies et ~~[illegible]~~ eu
audiens osculans et ruens super
collum eius cum fletu [illegible] cum

indui imperialibus vestimentis et convocato
parlamento filius in presencia omnium retulit
omnia que sibi dixerat noverca sua que
in principio sunt tacta et quod ex indigna-
cione tamen crimen sibi imposuerat
et ideo iusticiam postulabat. Et contra
illa negabat et asserebat omnia fuisse
vera que ipsa dixerat quare dati sunt pugiles
pro utraque parte. Et quia pugil impera-
tricis per pugilem filii fuit devictus
ipsa capta dum duceretur ad mortem vel
ad ignem confessa est plenariam veritatem
de imposicione falsa et ait. Jam
veritate experior sompnium meum vide-
bam enim quod serpens egrederetur de ore
meo et vii aves insequerentur serpentem
et reduxissent eum ad me una cum eo
ardebam in igne. hic serpens est falsitas
mea vii aves sunt vii sapientes. Cau-
la est filius tuus qui denudaverat
falsitatem meam. Tandem cum combusta fuisset
et redegissent dum preparabantur cibaria Im-
perator rogavit filium ut aliquam pulcram
revelacionem proponat. Tunc filius
Pater fuit unus miles et dominus unius
castri qui filium habuit tante subtilitatis
ut voces avium sic intelligeret ut voces
hominum. Et quia castrum patris erat in insula
maris dum quadam die omnes irent
ad castrum et aves multe cantantes
sequerentur navem in qua erat dixit
pater filio et uxori quam mirabile
esset intelligere istas aves. Tunc
filius. Ego optime intelligo quod dicunt
Cui pater Expone obsecro et revela
Tunc filius dixit quod vos venietis ad
dominam matrem meam ad tantam paupertatem
quod panem non habebitis ad comedendum
nec vestes ad induendum. Ego veniam ad
tam nobile statum ut porrigatis manum
ni dextris aqua. Tunc pater indignatus
eum proiecit in mare et evento post se
de naufragio a nautis de Sardinia est
elevatus de mari et tandem venditus
cuidam militi de Ytalia propter scelus
proiectionis iuvenis a suis hominibus
est exhereditatus et cum uxore apud Ytaliam
est exilio relegatus. Tunc tres corvi
sequebantur regem Ytalie quocumque ibat

Et quia per quinque annos tenuerat
nec de nocte nec de die dabant ei qui-
etem fecit proclamari rex ut quicumque
valeat exponere sibi perfectum corvo-
rum causam sequele predictam daret sibi
filiam suam cum medietate regni sui.
Tunc iuvenis hec audiens accessit
ad militem dominum suum rogando ut presen-
taret eum regi quia ipse sciebat signi-
ficacionem corvorum. Tunc miles
gratissime ipsum presentavit regi sup-
plicando iuvenem ut habito bono et me-
dietate regni non esset inmemor
sui. Tandem requisivit tamen iuvenis
regiam affirmacionem. Rex promisit.
Quo facto iuvenis sic ait hic
sunt duo corvi unus antiquus et alius
iuvenis. unus antiquus lascivus vacuus
corvam quam habebat dimisit. Cuius diu
habitaverat quam iuxta se iunior habuit. Iste
corvus iuvenis hanc ut derelictam ab
alio in suam accepit nutrivit et protexit
usque nunc. Et quia antiquior corvus
dimissus est a iunioribus nunc vult
recuperare istam quam gratis dimisit
eo quod non potest invenire aliam iuniorem
et auferre ab isto qui pro ea protexit.
Et quia iste iunior non vult eam dimittere
sequuntur te et requirunt iudicium
cuius debet esse. Tunc Rex habito consilio
et vocatis corvis ad suam presenciam
dedit sentenciam ut iunioris corvi esset
corva et non antiquioris. Tunc antiquior
solus recessit et iuvenis cum corva
simul. Tunc iuveni datur filia regis
et militem dominum suum maiorem in suo
hospicio constituit. Tandem sic subito
ad tantum venit honorem dum quadam
mane equitaret per Messeand vidit
patrem et matrem sedere ad portam
cuiusdam hospicii in vilissimo habitu
et non cognitus ab eis sed ipse cognoscens
eos descendit et iussit pro cibariis
ut in domo eorum pranderet. Qui
portantes aquam ad abluendum manus
accepissent pater et mater aquam dum
sedissent ad mensam ait iuvenis
patri. Qua pena dignus est pater qui

tales filium sicut ego sum inficiat
Cum pr vero possent multiplicari pene
contra enormitatem pcti tanti Tunc
innuens vos estis ille qui precipitastis
me in mari pr dilacioz vocavit alium
Et ideo reddo vobis malum pro ma-
lo quia adeo ordinata sunt ista Ita
dico vobis pr si me fecissetis me
malum vobis procurasse sed deus
custodivit me a tanto malo

Fides multas perfectiones inducit
in nobis primo est veritatis
firmatiua legitur in hystoria lom-
bardica vel in legenda Cum dum quidam
Episcopus missam celebraret vidit tres
guttas clarissimas equalis magnitudinis
sup altare emissas que simul defluentes
in una gemma sunt unite cum in medio
crucis posita fuisset tunc lapides cor-
ruerunt Tunc Episcopus confirmatus
est ad credendum unitatem in essencia
et trinitatem in personis Secundo est for-
titudinis doctiva legitur in gestis
comitis montisformis Cum dum ipse
pugnaret pro fide i quodam castro fu-
isset obsessus cum paucis die quadam
exiens ad conflictum vidit coram se
multitudinem hostium infinitam Cumque
rogasset deum pro adiutorio affuit
coram eo domicella pulcra mittens
multa iacula contra hostes Cum
cum devicti fuissent et fuisset interrogatum
que esset Rndit ego sum fides vnde
Item adhuc Cum dux volvit e-
dificare turrim fortissimam contra hostes
et dum iecisset fundamentum fratres cum
secum inciperet cadere consilium recepit
a quodam sapiente quod nunquam firmum
fundamentum posset iacere turri ut
posset fortitudinem habere nisi puer
virgo et innocens subtus fundamentum
poneretur Quod cum fuisset factum turris
fuisset facta et completa tante fuisset
fortitudinis ut nec machine nec
iacula ei nocerent et protegerent omnes
in ea inclusi Intendunt est primus sanctus
turris est fides locus fabulosus
est mundus in quo dicitur non potuit
perfecte i quousque dei filius in fundamento
sunt proiectus Tercio est devocionis
accumulatiua Miles quidam visitavit
reliquias cuiusdam abbatie domini cor-
beti Augustini oblatum sibi fuit ad oscu-
landum Et quidam legeret in quodam
libro de trinitate statim cor in pectore
incepit saltare pre gaudio Tunc miles
Certum gaudium pt anima habere in celis
cum corpus letetur in terra Item adhuc
domicella quedam currens ad martirium
dum fuisset interrogata a quodam infideli
quo iret Rndit ad amicum meum
Xpm Tunc infidelis irritans vnum
capellum de rosis huius quas dabunt vobis
ab amico vestro Cum eam fuisset marti-
rizata statim affuit cum cophino pulcro
sic dicens hoc tibi mittit sponsus meus
Item adhuc legitur quod cum quidam sapiens
hesitaret circa ea que sunt fidei non dubi-
tando sed inquirendo credidit quod sunt
dyonisius positus in extasi et vidit viri-
darium pulcrimum in quo licet essent
multe arbores pulcre una erat ibi
excellencior huius folia quasi aurea
infinite pulcritudinis Cum ille requireret
a ductore que esset illa arbor Rndit
Ista est fides fructus sunt rubri
tormenta et martirizaciones xpi et
sanctorum et quot vides folia deaura-
ta tot laudes possunt dici de fide vnde
fides est porta celi porta virtutum por-
ta dei thezaurus absconditus pulcrificacio
intellectus miraculorum dei et anime anulus
aureus virginitatis mentis pingwia
virtutum scutum fortitudinum contra hostes
vexillum tronis medicina vulneris oculus
anime lux dirigens scala paradisi colum-
nubus stella cardinalis corona hominis
huius quique flores consilium intellectum pru-
dencia cognicionis et providencia fides
est inicium vite radius salutis humane
et omnium bonorum mater unitati scriptura
antiqua via regia et lapis probatus
Item ad se redices inmobiliter totum fere
vim esse virtute fidei Quarto est

gracium. In vicesima legitur quod quidam vir
catholicus fide armatus sed litterarum ignarus
cum inter infideles et hereticos loqueretur
de deo affuit quidam peritissimus hereticus
et eloquentissimus et cum vellet reprobare
eius dicta iste ad celos oculos elevans
sic ait: Precipio tibi in virtute fidei Christi
catholice ut nullum verbum exprimas contra
fidem. Qui statim effectus mutus loqui
non potuit. Unde lucem de celo videt descen-
dere que illuminat fideles illud loquentes
de trinitate personarum et unitate essencie.
Qui hereticus conversus continuo ad fidem
Christi errorem fortiter extirpavit. Item
alius hereticus quidam videns Christum cecos
illuminare leprosos mundare dixit
quod Christus hereticorum non faciebat similiter.
Qui cum dissolvendo errores distrahendo
erraret finaliter perdidit oculos et coactus
est petere subsidium Christi fidelis qui orationibus
et cum devotione ipsum illuminans tanta
virtus fidei fuit impressa in mente eius
ut per omnia loca diceret in quibus
seminaverat errores fidem catholicam
predicando. Item adhuc legitur in legenda
beati petri martiris. Cum dum predicaret de
fide et eloquentissimus hereticus cum
omnibus ei insurgeret audacter resistere
sua oratione a beato petro sic balbuciens
factus est hereticus ut fatuus et amens
ab omnibus putaretur. Exemplo de sub-
levatia legitur in libro de virtutibus quod
fuerunt duo homines qui associaverunt
se in via quorum unus erat magus
orientalis et reliquus Iudeus. Magus
equitabat mulam qua mittebat ad
placitum suum que portabat victum et
omnia necessaria. Cum quo fabularentur in
via dixit Magus Iudeo Que est lex
tua et que fides tua. Respondit Iudeus
sum et credo quod in celo est deus quem adoro
et expecto bonum ab eo atque luce et
remuneratorem illis qui amant meum
in fide mea et lege mea et credulitas
mea est quod qui discrepat mecum in
fide mea et lege mea ~~et credulitas~~
~~mea est quod qui discrepant mecum~~

in fide mea et lege mea licitum est mihi
tollere sanguinem suum pecuniam suam cen-
sum et uxorem parentes et genitores. Insuper
maledictum est mihi si servo sibi fidem vel
iuvo ipsum vel si facio secum misericordiam
vel parco ei. Consequenter inquit Iudeus
Mago Demonstravi tibi iam legem meam
Dicas ergo mihi tu de fide et de lege tua.
Cui respondit Magus Fides et credulitas
et lex mea hec est. Inprimis volo bonum
mihi et filiis generis mei et volo alicui crea-
ture dei malum neque sequentibus legem
meam neque discrepantibus in eadem mecum
et credo equitatem et ymaginem suadeam tantum
vincenti et nulla iniuria placet mihi. Videtur
etiam mihi quod si malum accideret alicui viven-
ti quod illud malum me contingeret et me
conturbet et affectu etiam incolumitatem
et prosperitatem et felicitatem atque de omnibus
hominibus universaliter. Tunc Iudeus dixit
Et nunc si iniuria vel offensa tibi fiat.
Cui Magus. Scio quod in celo est deus iustus
et sapiens bonus cui nichil secretum nichil
penitus celatur de hiis que latent
in suis creaturis qui remunerat bonos
iuxta suas bonitates malos vero et
transgressores iuxta suas transgressiones.
Cui Iudeus Tu narras quod non servas le-
gem tuam. Ait Magus Quomodo fiet hoc. Ego
sum filius generis tui et tu vides me
ambulare pedites fatigatum famelicum
et tu es equo saturatus et ymeatus.
Cui magus veritas est hoc. Et descendens
de mula apposuit viaticum et dabat eum.
Tunc Iudeus fecit eum equitare super
equitaturam postquam vero bene firmavit
se inpremit calcaria festinando relinquens
magum. Qui fortiter mulam stimulans
et calcaribus urgens fugiebat quantum
potuit magum relinquendo. Tunc
cepit magus clamare expecta me
quia fessus sum. Iudeus vero dixit Ecce
indicavi tibi legem meam et eius conditionem
et tu fac similiter et custodi illam et con-
firma eam. Tunc festinabat mulam
et magus sequebatur vestigia eius dicens
O Iude noli me derelinquere in hoc
deserto ne interficiar a leonibus et
moriar mala fame et dolore s[...]

sici. Age ergo misericordiam meam. Judeus vero non respiciebat retro nec intendebat dictis suis nec cessavit donec latuit visum eius. Cum ergo magus desperatus fuit de succursu recordatus professione sue legis et fidei sue et eius que dixerat judeo scilicet quod in celo est deus iustus iudex cui nichil est opertum nec secretum de hiis que in terra actus sunt. Latere dirigens ergo caput suum ad celum dixit deus meus tu nosti quod credidi in te et in tua lege et in tuis mandatis sanctificavi te sicut precepisti. Confirma ergo apud judeum laudem meam. Hiis dictis non longe iverat magus et ecce invenit judeum prostratum et eiectum de mula cum fracta tibia et leso collo. Mula vero stabat ex opposito a remotis. Tunc videns magus cognovit dominum suum ascendens quod super equitabat ergo ipsam et derelinquens judeum in doloribus mortis. Judeus autem clamabat pro deo bone frater habe misericordiam de me quia confusus sum et morior indigeo pietate misericordie mei. Conformare lege tua que contulit tibi victoriam quia superasti me. Tunc incepit eum magus increpare dicens. Tu maledicte peccasti in me et dereliquisti me sine misericordia. Cui judeus noli me reprehendere peccata quia audivi tibi quod hec est lex mea et fides mea in qua iturus sum et inveni parentes meos senes et antiquos in hac lege perseverantes. Tunc misertus est eius magus et portavit post se donec venit ad locum destinatum et ipsum tradidit genti sue qui post dies aliquos expiravit. Audiens ergo rex illius civitatis opera illius magi fecit eum vocare et constituit eum baiulum suum propter pia opera sua.

Filii et filie circa parentes debent se habere hoc modo. Primo debent eos diligere. Legitur quod quedam habens uxorem suspecta de adulterio. Certa veritate quod de alieno duos filios habuerat et unum de eo. Cum ipsa in morte nollet revelare quis esset legittimus et qui spurii. Finaliter diu post mortem eius vir eciam moreretur in testamento suo quoddam viridarium habebat legabat filio suo legittimo. Tunc eo mortuo quilibet volebat habere viridarium eo quod quilibet affirmaret quod erat legittime natus. Tandem venit ad iudicium et iudex visa difficultate iussit extrahi corpus patris de tumulo et ligari in porta viridarii et qui rectius perculeret eum iuxta cor illi adiudicaret viridarium. Cumque accepissent sagittas et arcus et duo spurii unus eum percussit in pede et alius in collum. Filius legittimus noluit percutere sed preelegit perdicionem viridarii immo sagittas a vulneribus extrahebat et linthea detergebat. Cumque hoc vidisset iudex hunc cognovit esse legittimum et ei viridarium assignavit aliis exclusis. De tra loquendo spiritualiter. Iste dux est Christus scilicet uxor est eius vita que parit tamen genera hominum. Quidam sunt raptores quidam sunt blasphemi quidam sunt iusti. Et iste legittimus filius dei. Viridarium eius legatum est vita eterna. Sed quidam blasphemi iaculant Christum iuxta cor scilicet raptores etiam membra quem iniuriant deprimunt pauperes et confundunt iustos qui sunt membra Christi. Sed filius legittimus iacula vituperia iniusta contra Christum detegit et linit et ideo est dignus hereditate vite eterne. Iste adhuc legitur quod fuit quidam rex qui habuit filium unicum in cunabulis. Et dum moreretur rex tradidit eum cuidam procuratori suo fideliter nutriendum. Et quando tempus congruum advenisset restitueret regnum. Moritur rex. Infans cum alio infante eiusdem etatis illius procuratoris nutritur in loco innoto. Et cum tempus congruum advenisset cives requirunt ut rex naturalis susciperet regnum. Et quia procurator suum proprium volebat sublimare ipse intendo pueros dixit quod filius suus erat filius regis et filius regis erat filius suus. Cum cives nescirent discernere eo quod occulte erant nutriti aliquod dam signa secrete habuerit. Primum signum erat tale. Vos accipietis statuta

regis mortui et in presencia invenient aliqui
vituperabunt et aliquem commendabunt. Et
ille puer qui adhibebit commendacionibus
ille est filius naturalis regis et ille qui magis
adherebit comdempnacionibus est filius pro-
curatoris. Secundum signum sive experimen-
tum est tale. Emet unus vestrum arcum
forte et alius aliam et dicetur in presencia
puerorum quod unus regem vulneravit
usque in mortuum et alter firmiter excorde.
Ille puer qui movebit se contra vulne-
rantem et adhibebit diligenciam iste est filius
regis, sed ille qui dissimulabit tamquam audiens
est filius procuratoris. Tercium experimentum
erit tale. Vos ducetis ambos pueros
per omnia edificia patris et per omnia hospicia
in quibus fuit moratus et ultimo ducetis
eos ad sepulcrum regis mortui quod
erit apertum et aliquem virum. Et ille qui
cum diligencia aspiciet et cum gaudio
edificia et hospicia regis mortui et
stare in illis est sibi delectabile et ille qui
visus corpore patris flebit fortiter ille
filius est naturalis, et alter est filius procura-
toris. Cum ergo cives istis signis eos pro-
bassent, inventum est quod ille quem pro-
curator volebat sublimare non erat
filius regis, deprehendebatur per eum et eiciebatur
de regno. Et ideo cives suum dominum naturalem
accipientes et procuratorem et filium ligari
iusserunt in vinculis. Spiritualiter loquendo
Iste rex est Christus, procurator est mundus,
filius procuratoris est vanus peccator
vel malus, filius regis est iustus et bonus
qui in hac vita equaliter inveniuntur.
Et quia cives celestis curie vellent
cum eis filium naturalem recipere et mundus
velit personam suam. Tribus experimentis
probantur in custodia preceptorum sacramentorum
et consiliorum que sunt statuta a Christo.
Secundo in contemplacione et odio viciorum
malorum et in dileccione bonorum qui
fuerunt Christo. Tercio in complacencia virtutum
caritatis, primo iusticie et humilitatis
et temperancie que sunt edificia
et in compassione lacrimabilis mortis
Christi qui aspicietur in cruce. Secundo debet
eis beneficium impendere. Legitur quod

fuit quidam burgensis qui habuit duas
filias quarum habebat dedit eis pro
dote. Cumque pauper esset effectus nec
ab ista nec ab alia reciperet victum
vite. Et cum ille reputaret se esse
in paupertate et patrem cognosceret. Et ipse
secrete accepto consilio quodam
sapiente implevit archam ferratam
magnis lapidibus nec unquam claves
portabat. Filie vero diligenter atten-
dentes ad custodiam arche credentes
quod ibi esset thesaurus honorabant patrem
et serviebant attente. Tandem infirmatur
pater et in testamento archam
cum omnibus contentis legavit, cum
ista condicione ut non aperiretur quousque
esset sepultus. Moritur pater, sepelitur
honorifice et post aperitur archa in
qua inventi sunt soli lapides cum
malleo quo fuit confracti. Item
ad idem legitur. Erat quidam miles
qui cum uxore sua dedit omnia
filio ut posset melius uxorare eum.
Tandem pauperes effecti. Cum venisset
miles ad domum filii ut patris debilitatem
ostenderet et subsidium postularet filius
subito audito adventu patris abscon-
dit gallinam quam assaverat ad ignem
et negato subsidio. Cum vellet de
gallina sumpsisse primum morsellum
morsellus conversus est in bufonem et
intrans venas ventris faciebat
eum discedere pro tanta ingratitudine
exemplum. Tercio debet eos nutrire.
Legitur. Erat quidam pater qui donans
filio omnia primum emancipavit tamen
vilificatus a filio dum in angulo domus
quasi totus nudus iacuit filius filii
ei compaciens frequenter eum visitabat.
Tandem supplicavit patri ut daret sibi
quatuor cannas de blundello. Cum
eas fecisset duas servavit patri. Cum
eum requireret quare duas custodiret
Respondit puer ut nudum vos quando
veneritis ad istas miserias in qua
est avus meus. Ideo pater compunctus
cepit patrem suum honoravit et
diligenter nutrivit. Quarto debent

filia

eos honorare Quedam filia matrem
suam frequenter cum iniurijs affligebat
Tandem mortua in ecclesia sepulta
clamores horribiles audiuntur de nocte
Cumque surrexisset capellanus et in-
venisset portam ecclesie clausam vide-
runt duos demones eam extrahentes
de sepulcro et secum portantes Tunc
misercula clamabat Ve michi quia dapnata
sum in corpore et in anima propter inhonorem
parentum Tercio debet eis obedire
Legitur quod fuit quedam mulier que habuit
tres filios duos de adulterio et unum
de marito suo Cum habuit unum pirum
et non discerneret spurios a legittimo
pater prudens in suo testamento pirum sic
divisit Maiori legavit rectum et
curuum arboris Medio legatur viridum
et siccum arboris Tercio legatur quicquid
erat infra terram et extra terram arboris
Mortua matre quilibet voluit habere totam
arborem ideo venerunt ad iudicium Tunc
Iudex dixit quod illius esset arbor qui lau-
daret se de maiori agilitate Tunc primus
laudavit se sicut lepus currit et ego
post eum et aufero sibi pellem sine
retardacione aliqua sursum deorsum vel
inter Secundus dixit Currit equus
velocissimus aufero sibi ferra et pono
militem sine retardacione Tercius dixit
Ascendo super montes altissimos in medio
quorum flant omnes venti expandit
culcitram tante agilitatis sum quod licet
venti flant plumam sic subtilissima
culcitram sic apta infra retineo omnes
plumas non una extrahitur Hec in-
est vita pirus est homo Tres filij
mundi primus filius est voluntas sine
racio que expoliat omni virtute Secundus
filius est mors quia corpus nullus
anima fera quam oritur sicut pulcritudo divi-
cie fortitudo et nobilitas Tercius
filius est demon duo montes duo
testamenta venti dona spiritus sancti
culcitra plena plumis consciencia
plena peccatis et sic dicitur pirus in homo
iudicio dei Rex adiudicavit fuit quidam
Rex qui infirmatus infirmitate
incurabili a medicis cognitum

habuit quod nunquam curari possit quousque
bibisset de aqua fontis iuventutis que
erat medicina omnis languoris Unde
vocatis tribus filijs supplicavit ut
tres discurrerent aquas probare et illi
qui sibi portaret aquam iuventutis
regnum dimitteret Tunc filij accepta
pecunia diviserunt totam terram sic ut
antiquior iret per ripas medius per
planicies et iunior per montes Itaque
iste iunior dum iuisset per maxima
nemora venit ad domum cuiusdam
senis a quo est edoctus ubi est
ubi est fons iuventutis sed pericula
diversa sunt sibi ab eo exposita quo
nisi possit congredi et superare melius
esset ut remaneret quam iret Primum
periculum erat obviacio cuiusdam colubri
que debebat interficere Secundum periculum
erat compositio puellarum quas non
debebat respicere Tercium erat obviacio
militum et baronum qui putabant
quodcumque genus armorum si aquas
reciperet Certe erat apud palacium
infra quod erat domicella tenens
fontem clausum iuventutis Ita in porta
erat campane que sonum facerent ut
audirent Tandem iuvenis venit
et cum coluber invasisset eum cum lancea
aggrediens ipsum viriliter interfecit
Ingreditur postmodum pratum mulierum
pulcerrime sibi occurrit obvia sed ipse
velans faciem absque verbo recessit
ab eis Et cum ad castrum pulcerrimum
advenisset milites et barones accurrunt
sibi obviam omne genus armorum
gratis offerunt equos pulcerrimos
putant sed ille omnia contempnens
ad palacium pervenit et implens cum
campanas sonitum dum ingressus fuisset
palacium vidit pulcerrimam mulierem
et sibi supplicavit ut de fonte iuventutis
preberet Tunc illa dixit Tu es non
unico pre gracia cum illo milite qui tandem
qui habita victoria de omnibus impedimentis
sibi obiectis in via ad me saluus
pervenit Et quia tu es ille non solum
de fonte iuventutis habebis sed eciam
me habebis in sponsam Cum pervenies
ad patrem tuum aqua pallia vivum

quim

obtinuit regnum ab eo accepta iuncta
i uxore loquendo spiritualiter Isti tres fily
humani generis quod est pre infirmi est
tres status hominum Unus status est
referens delicias et ille vadit per
ripas Alius est requirens divicias
et ille vadit per planicies Tercius vadit
per penas et ille transit per montes et
hunc obstruit quatuor impedimenta
affectus vindicte que est coluber
carnis complacentia que sunt mulieres
affectio rei terrene et timor paupertatis
qui sunt milites appetitus honoris
qui sunt campane Primum vitatur per
lanceam mere compassionis xpi et 2m
per fugam oportunitatis 3m per spem re-
munerationis 4m per spongiam humilitatis
Tandem ingressus palacium gratia
inventa in caritate que est filia dei
non solum aquam remissionis cum eos ob-
tinet sed et ipsam hebuit
Furtum multum malum facit in
nobis primo enim utentes confundit
legitur in libro de vii donis spiritus sancti Erat
enim quidam barbitonsor qui fuisset furatus
porcum vicini sui quidam pro rasione
barbe ad eum accessit et cum deposuisset
caputium et barbitonsor elevasset ca-
pillos vidit quod ille hebat duos oculos
retro Unde stupefactus clamans requirit
quis esset Tunc ille Ego sum qui video
in abscondito et cuncta sunt ante oculos
meos aperta et vidi quod tu fuisti furatus
porcum vicini tui quem multos accidat
Cum enim multi essent constituti coram
presentia ab omnibus est confusus Item
ad idem Quidam domine cum leta facie ait
socio suo Quis furatus est porcum
vel hinnicos hebat plenos adhuc
sanguine Tunc ille qui fecerat manum
elevavit ut pareret si erat sanguis
in humero et statim deprehensus est de furto
Item ad idem de 3a de vi Cum enim quidam
latro adhesisset mercatori per modum
socij et agnosceret quod portaret pecuniam
dum vidisset locum aptum accepto ense
mercatoris ait moriens statim Cui
mercator Fac michi graciam ut primo
ab sidas in pugnum cum quo tradidi-
t ensem Et posito pugno super
lignum dum ille cum magno impulsu
ensem submitteret Ille retraxit
manum gladius fortitudine fixus
est in ligno Tunc mercator am-
plexatus latronem tam diu simul
luctaverunt quousque gentes abos
capientes duxerunt ad iudicem Et
cum latro asserebat quod res sue
erant mercatore contrarium dicente
per quendam sapientem deprehensus est
latro volens res vendere pro maiori
precio quam valent et sic latro suspen-
ditur et mercator liberatur Secundo
decipit Item de 3a de vi Cum quidam
latro assecutus aventura ingressus
fuisset molendinum et vidisset ibi
quendam calvum ait Surge miser
quia rex precepit ut omnia capita
calvorum afferantur ad faciendos
cyphos qui fingens inter arbores / sepes et
vepretibus persequentibus et querentibus
platee Ipsemet vindicta Item an-
vos est Et cum attingissent illum (abscondiderat)
calvum miserum Ipse clamabat parcite
domini de capite meo non fiant
cyphos sive cyphum interim latro
per alia via reversus est Item ad id-
em quidam sacerdos transiret cum pul-
cerrimo palefredo per locum in quo
erat latrones ei occurrit princeps la-
tronum dicens Volo confiteri Et
cum inter alia peccata expressisset quod a quodam
monacho abstulerat unum equum
simile illi quem ducebat sacerdos
iniuncta est ei penitentia ab eo ut quinque
solidos daret pro missis celebrandis
pro equo furato a monacho Tunc
latro extrahens decem solidos de
bursa ait quinque do tibi pro equo
monachi et quinque pro tuo quem volo
retinere et accepto equo depauperatum
dimisit eum Item ad idem Refert ...
Cum enim quidam vendidisset boves in
foro et pre nimio estu sitiret in-
vitatur ad potum per quendam latronem
Et quia ipse bursam non hebat latro
de camisia sua partem accipiens tradidit
ei ut ibi suam pecuniam ligaret
Quo facto ille cum a potu recederet
retro enim latro clamavit Capite

illum latronem qui furatus est in pecuniam
Cum fuisset captus et adductus ad curiam
latro ostendit de confessione de camisia se as-
serens quod in strepitu populi perdiderat
et ita pecuniam secum portabat. Confessionali
latroni traditur pecunia et patibulo
elevatur. Loquendo spiritualiter
latro est dyabolus hic mercator pecunia
amor rei terrene camisia dilectatio
peccati quam ostendit dyabolus contra nos
in iudicio extremo. Exemplum de eadem materia
Cum cuidam ... Ungerensi esset ciphus
aureus sed custodiri ipse hoc sciens
unus latro empto lucio pisce ad
dominam accessit et ait dominus mandavit
vobis ut per istum lucium quem invitavit
hospites hodie ad prandium et ipse sibi
ciphum mittatis quia vult quod reparetur
ut bibat de ea. Que ei tradens ille
fugiens et socio enarravit. Ait
socius: Ego adhuc recuperabo lucium.
Et dudum discreet per iniuriam facta
veritate de furta secundus latro accessit
ad uxorem flentem et ait: Gaudete quia
inventus est latro et dominus mandat
vobis ut sibi mittatis lucium quia debet
suspendi ad collum latronis una
cum eo. Que gaudens tradidit et remansit
magis delusa. Loquendo spiritualiter duo
latrones sunt demon et mundus.
Demon habet animam propter res temporales
sed mundus eos recipiat privando
hominem omnibus bonis. Exemplum Tercio ponit
de eadem de vi. Cum cum duo religiosi
cum suis libris per quoddam nemus
irent fuerunt latrones hoc scientes
unum miserunt ut eos adduceret
ad habitaculum eorum sub pretextu con-
fessionis audiendi. Et cum ibi fuissent
et vidissent principem latronum et ma-
gna multitudine. Invocato ad-
iutorio beate virginis princeps latronum
cecidit mortuus et ceteri excecati
fuerunt. Tandem conversi et confessi et
vitam deserentes mala recuperaverunt
visum. Exemplum de eadem ... legitur. Cum dominus
quidam latro pro horribili re ... mors
fuisset tertius diu compunctus vero ...
ad penitenciam iniunctum est sibi a confessore
ut ubicumque crucem inveniret flexis
genibus diceret pater noster. Cum autem quadam
die insequeretur ab hostibus et obviasset
cruci noluit vellet omittere genu-
flexionem et penitenciam. Tandem capitur et
interficitur sed in presencia omnium per certos angelos
anima eius ad magnam claritatem ad ce-
lum portatur. Et cetera

Gloria dei affectari debet
in nobis propter tres raciones
que sequuntur. Primo quia
ad superna elevat. Legitur
in libro de viii ...
Cum dum quidam sanctus affectaret scire
condicionem perfecte glorie. Raptus in
quadam domo vidit coronam tante pul-
critudinis pendentem in medio et ea
intuendo non posset totam eius pulcritudinem
tota erat respice. Vidit ibi duodecim
lapides tanti fulgoris tante pulcritudinis
ut eius mens totaliter rapetur. Cumque
requireret ab ductore quid esset illa corona
Audivit: hec est gloria bonorum et hic sunt
pii peticiones quas contemplabimur. In ea
primum agnosceret potencia perfecciones
patris. Secunda contemplabimur perfecciones sapie
filii. Tercia contemplabimur perfecciones sive
bonitates spiritus sancti. Ceteri vero lapides
vero sunt contemplaciones vero quas erunt
de ordinibus angelorum. Et cum iste vero
vellet recedere ait ei angelus: Vade et
in rebus datis contemplare eius pulcritudinem
eius honorem et eius valorem. Pulcritudo
eius ostenditur ex productis a natura
et ab arte in quibus sunt mire pul-
critudines et opera subtilitatis immense.
Valor eius percipitur ex precio quo
emitur ex operibus quibus decoratur
ex lapidibus quibus adornatur. Sed
honor eius percipitur ex capite in
quo ponitur ex loco in quo clauditur et ex
hiis a quibus aspicitur. Exemplum Secundo saciat.
Legitur ubi Cum dum dona sua saciare non possit
fruitus bonorum desperatus est deum
ut illum appetitum removeret ab eo.
Cum semel deum cum lacrimis orasset

raptus in extasi vidit se esse iuxta
fontem de cuius medio arbor pulchra
fructibus plena elevabatur Et dum quidam
avis precisisset in summitate eius unum de illis
pomis Et ille unum morsellum gu-
stasset licet extralia videret copiam
fructuum dulcium ab eo sicut illos
abhorruit ut etiam nollet videre
Cumque contemplaretur arborem et fructus
affuit iuxta eum domicella pallida
Et dum requireret quid esset Audit Ego
sum prima et missa a deo ad declaracionem
rei vise Fons quem vides est dei gratia
Arbor quam vides est gloria in qua est
sanitas absque infirmitate Iuventus
sine senectute satietas sine fastidio
libertas sine servitute pulchritudo absque
deformitate agilitas sine gravitate
subtilitas sine grossitudine Im-
passibilitas sine nocumento vita sine
morte habundancia sine indigencia
pax sine turbacione securitas sine
timore cognicio sine ignorancia gloria
absque ignominia gaudium sine tristicia
Nec solum debes attendere ad illos fructus
sed ad arborem in qua sunt quia non solum
isti sed etiam infiniti alii sunt sicut illa
bonitas est infinita ita continue
infinitas delectaciones tam sapibit nobis
Tunc ille rediens ad se non appetitum
minimum habuit comedendi illos fructus
gustato de uno sibi ostenso ¶ Et tamen
cogitacionem clarificat legitur quod quidam affe-
ctans aliquid scire de gloria beatorum
quidam sancto literam scripsit ut per
literam sibi aliquid mandaret Tunc
ille fecit fieri pixidem argenteam
sex laterum In primo posuit deum cum
virgine In secundo sculpsit amenissimum
viridarium In tercio quandam pulcram
societatem In quarto quandam coquinam
nigram igne plenam In quinto et in
sexto quendam hospitium Et vocato isto
precipe dixit quod in illa pixide poterit
aliquid cognoscere de gloria beatorum
In primo angulo debes considerare quod
infinita bonitas trinitatis sit ex

sui visione infinitas delectaciones ex tatus
~~creabit~~ et quo omnes delicie et omnia
bona presentis miserie sunt tanquam gutte
pitissime que fluxerunt ab illo
fonte in quo bibunt omnes electi Item
ibi videbitur humanitas christi et hominis
condicio Item debes considerare quod ma le
gaudium est in celis quando cognoscet mira-
bilem modum unionis nature humane
ad divinam ubi sunt tercium in carne aspicie-
debis In secundo angulo considerabis ame-
nitatem paradisi in quo est infinita
claritas loci puritas et summa lati-
tudo In tercio angulo considerabis angelorum
amenitatem que erit perfecta amicitia
et nobilissima In quarto angulo appa-
rebis corporis tui glorificacionem habentis
omnem pulcritudinem subtilitatem
agilitatem et impassibilitatem in aspectu
aliorum erit summa delectacio ut in sensibus
corporum summa donacio spiritus et spiritus sui
perpetua execucio In quinto considerabis
gaudium quod provenit ex dampnatis electis
ubi est locus summi cruciatus hostes
stant ibi ligati et peccatum stat ibi
inclusum In sexto angulo considera-
bis quantum gaudium sit electis qui
exierunt carcerem huius mundi in
quo de morte ad vitam de naufra-
gio ad securum portum de bello
triumphum pervenit hic unum gau-
dium eorum Cumque ille hanc inspectionem
pixidis dedicasset tanta fuit in eo
dacio lacrimarum et compunccio vite
quod vix in re temporali placencia
capiebat vendita hereditate
longo tempore servivit deo ¶ Certe
quietat legitur Cum quidam affectu ne-
scire distanciam bonorum presentis
miserie et superne glorie divinam
rogasset deum ut modica scintilla
sibi ostenderet per angelum deo fuit
ductus ad viridarium quo audita voce
phylomene dum steterat per quinge-
tos annos visum sibi fuit quod non
fuisset per horam Et reductus ad
monasterium ex plutione Abbat

illius temporis receptum est quantum
ibi steterat ille licet diceret se
illo mane iuisse

Gratiarum actio multa bona
operatur in nobis primo de honoris
sublimacione Refert Barlaam
Nam quidam iuvenis filius ditissimi
principis monitus est ut contraheret
cum filia cuiusdam regis Et ipse iuvenis
nullo modo hoc voluit facere relicto patre
in fugam lapsus est et ambulans decli-
navit ad domum senis cuius unigeni-
ta virgo filia sedens ante ianuam operabatur
manibus suis et assidue creatorem
suum laudabat Cui iuvenis Cum
ita sis pauper et tenuis quare sic
laudas largitorem omnium bonorum Dixit
illa Sicut parva medicina de magnis
laboribus languoribus sepe liberat — honores
Ita in parvis dei donis gratiarum actio que
est domicella paradisi magnorum bonorum
ductrix efficitur Unde multa magna dona
recepi a deo Ipsa creavit me ad
ymaginem suam et super alia racionem
donavit portam paradisi mihi aperuit
et paciente me opinam expectat post
experienciam longam me condidit et
suis consolacionibus me confirmat
liberat de vinculis peccatorum et de
morte eterna tempus penitendi
non subtrahit hostes meos superavit
Quod mihi dedit aliis non negavit
non ex meis meritis sed ex dono sue
gracie Tunc iuvenis rogat patrem
ut eam sibi daret in uxorem Cui
pater Non decet dimittere te filiam
pauperis maxime cum sit mihi unica
nec possum eam dimittere ut ducas
eam in domum tuam Cui iuvenis
Non sed manebo hic ut ad dictam
conversacionem veniam Tunc senex
videns eum firmatum introduxit
eum in quandam cameram secretam et
ostendit ei infinitos thesauros quos
gratiarum actio amica filie sue dederat
eis Secundo ad bonum excitat Refert
Helynandus Nam erat frater simul
loquentes de miris operibus dei Cumque
quidam protulisset quod idem aspiceret de
quo non edificaretur quibus satis prompte
ad loquendum dixit Quid est de fert
edificacionis visio buffonis At ille
Certe multa Iram mihi meruerat
deo ut plus faceret me hominem quam
buffonem Et ideo quotienscumque buffo-
nem video gratias ago deo quod me non
tribuit tam execrabilem formam

Tercio peccatum multa mala inducit
in nobis primo de dampnacionis
eterne inductivum Refert Gregorius
in libro dyalogorum Nam fuit quidam
presbiter Athanasius nomine qui diebus
suis yconiis terribile evenisse — narrat
Ibi namque monasterium quoddam habetur
quod congrue locatus dicitur in quo
quidam monachus magne estimacionis
habebatur bonis quippe tenebatur
moribus atque ibi omni actione sua
compositus sed sicut ex fine patuit longe
aliter quam apparebat fuit Nam cum
ieiunare se cum fratribus demonstraret occulte
manducare consueverat quod eius vicium
fratres omnino nesciebant Sed corporis
superveniente molestia ad vite extrema
perductus qui cum esset in fine fratres ad se
omnes qui in monasterio erant vocavit
Ac illi ut putabant morientem tali
viro magnum quid ac delectabile
se ab eo audire crederent quibus ipse
afflictus et tremens compulsus est prodere
cum hosti traditus cogebatur exire Ita
dixit cum me vobiscum ieiunare cre-
debatis occulte comedebam ecce nunc
draconi traditus sum qui cauda — ad devo-
sua mea genua pedesque colligavit — randum
Caput autem suum intra meum os spiritum
abiens abstrahit Quibus dictis
statim defunctus est atque ut pe-
nitendo liberari potuisset ad racionem
expectatus non est Quam nimirum
constaret quia sola audacia vide-
retur qui cum hoste tum traditus
fuit et innotuit et non evasit

Heresis multa mala in-
ducit in nobis primo
eternam dampnacionem Refert
Jacobus de Vitriaco quod
quidam hereticus moriturus
a suis amicis ait in
adventu inquisitorum
statim se simularet et
se in ecclesia ligari permitteret ne com-
bureretur et genus suum confunderet
Ille acquievit et fecit et columpna iam
quidam demoniacus qui erat ibi fractis
suis vinculis ad hereticum accedens dixit
Tu credis evadere manus inquisitorum
per fraudem sed ego faciam officium eorum et
congregatis multis lignis eum combussit
Secundo inducit sacramentorum spretionem
Quidam hereticus fuit qui nunquam
ab indignis ministris volebat recipere
sacramentum nec audire verbum dei Quadam
die videbatur sibi quod sitiebat et
leprosus cum cordula pulcherrima de
puteo ad quem attendens hereticus ro-
gabat ut sibi potum daret Cui leprosus
Quomodo potes a me petere cum sim leprosus
Audit Non tangis aquam nec corrumpis
Ita dico tibi dixit leprosus de sacramentis
Tercio inducit animorum corrupcionem
legitur in libro de vitis patrum quod cum quidam
hereticus venisset ad cellam cuiusdam
sancti viri talis fetor replevit
cellam quod vix sanctus poterat ibi esse Cumque
sanctus post comessionem et recessum eorum
rogasset deum ut ostenderet causam
fetoris Revelatum est ei quod ingressus
hereticorum erat causa Quarto inducit
ad manifestacionem veritatis Re. Co. quod
dum multi heretici essent ducti ad ignem
unus illorum penam ductus incepit
dubitare si pena sibi proficeret et cum
confortatus esset a quodam fideli confiteri
incepit quanto plus procedebat in con-
fessione et abnegatis et confessa
veritate ignis apparuit extinctus

Hystriones multa mala faciunt
primo defraudant unde philippus
Rex francie hystriones ioculatores
inspiciens ait demonibus
ymmolant et vestes auferunt a membris
christi qui hystrionibus eas donant
Secundo dampnacionem provocant legitur
quod cum quidam frater esset familiaris cuidam
sancte mulieri quam molestabat
frequenter demon nocte precedenti
antequam predicaret frater apparuit ei dicens
Cras predicabo mirabili multitudini
in presencia talis fratris Cumque ille crastina die
predicaret quidam ioculator veniens
ante ecclesiam baculos suos explicavit
et totum populum de ecclesia contraxit Tunc
demon ad mulierem Ostendi se predicatores
mei ... corporis industria populo curam
meam

Hospitalitas Circa

Hospitalitas multa bona inducit in nobis
primo est christi recepcio Refert
Gregorius quod cum quidam paterfamilias
reciperet omnes peregrinos et semel
unum miserum in apparencia recepit cui
cum vellet aquam ad lavandum pedes
subito evanuit Cumque ille admiratus
diu cogitaret quis ille esset in mente
cognovit quod christus erat ille quem
receperat Secundo est rerum temporalium
multiplicacio Refertur quod quidam
civis fuit qui nunquam sine pauperibus
volebat comedere Cumque quadam die
a mane usque ad vesperam expectasset
ut hospitem pauperem posset habere
vidit virum senem in veste alba cum
duobus sociis in platea tamen mane
Et cum invitasset eos ad suum hospicium
Responsum accepit ab eo quod non poterat
quia subversioni urbis erat intentus
Et cum senex quoddam sudarium ex-
traxisset et extendisset super mediam
partem urbis statim submersa est cum
habitatoribus suis Et cum alteram vellet
primo rogatus a sociis ut propter
hospitalitatem domini qui ibi erat
dispenceret ab illo malo quam assencientes
mediam partem illesam dimisit

Humilitas multa bona inducit
in nobis primo est demonis fuga
Unde legitur in vitis patrum quod cum
abbati Tudcho sepe dyabolus

occurrisset nec vellet desistere propter quam
cumque virtutem dum apposuit humilitatem
statim fugere cepit quia propter inaccessam
irradiacionem in societate eam sequi non potuit
Item ad idem legitur ibidem Cum dyabolus
cum infinitis laqueis apparuisset
beato Anthonio Beatus Anthonius
flens ait Domine quis poterit removere
istos laqueos Et rursum Sola humilitas
franget omnia Et quia est omnium donorum
spiritus sancti apportativa sapiencie introductiva
caritatis informativa structure
infernalis depressiva fundamentum
bonorum ac ductrix graciarum Clavis paradisi
balsamus odorem infundens et
sponsa christi vera Secundo est virtutum
amplexativa legitur in vitis patrum Cum
cum quidam frater longo ebdomadas ieiunasset
ut deus sibi revelaret
secretum scripture venit sibi angelus
dicens Ieiunium nichil sed humilitas elevat
hominem ad deum et hoc si homo
attendat scire primus gradus humilitatis
ascensus est se maiori subicere et
se non preferre equali Secundus est subdere
se equali nec preferre se minori Tercius
est subesse minori Tertius Quartus
est spernere mundum Quintus est spernere nullum
Sextus est spernere se ipsum Septimus est
velle se sperni ab aliis et in hiis
virtutes tibi dabuntur a deo

In constancia multa mala inducit
in nobis primo est humilitatis
privativa legitur in vitis patrum
Cum cum duo fratres per desertum
eundo pergentes invenisset qui
volebat eos invadere et unus illorum
absque lesione eum cepisset et dum hoc
iactaret sed abbas ipsum reprehendit
dicens hoc iactancia humilitatem et
per eius omnes virtutes expoliat Secundo
est viciorum inductiva legitur in vitis
patrum Cum cum quidam monachus quosdam
fratres visitasset et iactando se mirabilia
de celestibus enarrasset dum
fratres instarent apud abbatem ut

In incarnacionis aliquid diceret
virtus multas bonas inducit in nobis
primo est peccatorum alleviativa
legitur in libro de vii donis spiritus sancti

Cum quedam monialis exiens suum
ordinem facta est publica meretrix tandem
post multos annos rediens cum cogitaret
de iudicio dei et de inferno
desperabat propter magnitudinem peccatorum
et penarum cum cogitaret de paradiso
et considerabat immundiciam suam desperabat
eo quod immundus numquam illuc ingreditur
Cum consideraret de passione et de hiis
que christus sustinuit desperabat Sed
cum venit ad consideracionem nativitatis quod
pro nobis est puer et quia puer cito placatur
ingressa coram ymagine beate virginis
tota perfusa lacrimis rogabat ut per
misterium incarnacionis remitterentur
sibi sua peccata et dum diu flevisset
audivit vocem dicentem sibi quod misterium incarnacionis
et virtus infantie remittebant
sibi omnia peccata Secundo est
virtutum collativa legitur de sancto Benedicto
Cum cum vigilia nativitatis christi expectaret
horam matutinarum visum est sibi
quod virgo pareret filium qui esset dulcedo
omnis amaritudinis lumen tocius
obscuritatis sanctificacio omnis delicti
et instrumentum omnis virtutis et tunc
cognovit plenius uberiori gracia et
virtute operari virtus dei Item ad idem
legitur in libro de vii donis spiritus sancti Cum cum quidam
miles fuit in Francia qui deo summam
gereret devocionem ad nativitatem christi
dum in matutinis oraret illa benedictam
infanciam et sic contemplaretur
raptus extra se vidit beatam virginem
in gremio suo baiulantem filium suum
qui tenebat cistam de rosis in duabus
capsis et clamabat Accipite fratres
mei istos duos capsellos unum ad
expulsionem mali et aliud ad promocionem
boni Tercio est angelorum letificativa
legitur in libro de vii donis spiritus sancti Cum eadem
nocte nativitatis christi monachi cantando
recognoscerent beneficium incarnacionis
Hugo vidit ordinem
angelorum psallencium et omne genus
instrumentorum dicencium Gloria in excelsis
deo Quarto est temptacionum repressiva
legitur de beata Cum quidam clericus in
quadam necessitate positus vovit beate

virgini quod si eum liberaret religionem
intraret. Cumque intrasset ordinem pre-
dicatorum et grauiter de exitu temptaretur
ad ymaginem beate virginis accedit
et sui saluatoris rogat ut ipsum iu-
uaret aliquin licenciaret eum exeun-
di ordinem quia illas penas sustinere
non valebat. Cumque deosculatus pedem
ymaginis totus perfusus lacrimis ta-
tam dulcedinem sensit in mente ut
firmior esset ad remanendum in ordine
iam suscepto. Quinto est demonum fu-
gatiua. legitur de quodam dyabolus ipse mulier
cum maxima multitudine iuuencellarum
apparens Theodoro. Ille autem fugit
ad sanctum pacomium. Cui cum quereret sanctus
a demone quis esset uel ad quid veniret
Respondit. Ego sum ille qui Judam de cetu
apostolorum deieci. Juuenes et senes fortes
et debiles ad vituperacionem dei prouocaui
et nunc huc veni ut deciperem istos si pos-
sem uel aliud de proprietate sua sed video
eos muro vallatos et ideo nichil pro-
ficere potui. Tunc sanctus precipio tibi in virtute
dei ut dicas michi quid est ille murus
et quid est illud quod tu plus odis in
nobis. Respondit demon. Verbum incarnatum
est murus et nomen incarnacionis
est illud quod deicit omnem potestatem nostram
et illud summe abhorreo vnde fugit
omnis dyabolica potestas. Sexto est
hominum exaltatiua. legitur de quodam quod cum
moreretur et in morte summe rideret
rogant assistentes ut causam sui
ridendi exponeret. Tunc ille. Nunc
instat dies natiuitatis domini in qua pro-
ximorum nostrorum assumpsit miseriam deus
infinitatis fons bonitatis vite nostre
penuriam. Rex eternus nostram angu-
stiam gloria patris nostram ignominiam et quia
video fratres meos letari et in tanto
bono ideo gaudeo et gaudens ad deum
recedo. Septimo est errancium directiua
legitur in libro pe olu. Cum quodam in nocte na-
tiuitatis domini quidam monachus vigilaret
vidit beatam virginem tenentem suum filium
in suo gremio et ludentem cum eo. Tunc
dicebat ad matrem. O mater dulcissima

quanta leticia est hodie hominibus
de natiuitate mea in qua vite in-
nocencia doctrine affluencia miraculorum
excellencia sacramentorum preeminencia
reuelacione diuinam eis. O quanto
dolore quanta inuidia demon cruciatur
dum videt deum esse vnitum illi quem
ipse decepit ut ipsum decipiat in virtute
incarnacionis de quo eciam loco

Indulgencie sunt peccatorum solutiue.
De ea de vi. Cum quidam semel quadam
predicaret de indulgencia tunc maiora
Et quidam dubitaret an esset
verum quod asserebat prostratus in oratione
dubitans videns beatam virginem cum vno
baiulo filium portante et cum alio lintheamine
valde pulcrum et accedens ad omnes de-
fugitos cum lintheo tergebat eos dicens
dimissa sunt vobis omnia peccata propter
indulgenciam et superaddo quia deus
vobis filium in retribucionem eternam. Tunc
ille experrectus libenter lucratus est
indulgencias predictas. Secundo sunt mor-
tuorum liberatiue. legitur quod quidam iuuenis
contra sarracenos cum multis christianis
existens per xl dies repugnare vo-
luit et quia fortior erat et eius probitas
terrebat sarracenos et protegebat fi-
deles. Rogatus a quodam christiano fideli ut
per alios xl dies remaneret cum eis
Tunc iuuenis. indulgenciam pro me
habui et si possem lucrari pro parentibus
meis libenter remanerem. Tunc
christianus. per virtutem Jhesu christi qui precium
sue passionis ad omnes defunctos
participes reddo istius indulgencie
et a vinculis penarum absoluo. Tunc
apparuerunt ei parentes eius velud stelle
fulgide benedicendo horam natiuitatis
sue et referendo eorum liberacionem et pro-
missionis ibidem remansit

Inuidia multa mala inducit
in nobis primo est bonorum occultatiua
legitur in vitis patrum. Cum quidam senex
motus inuidia contra abbatem
pastorem eo quod homines plus adherebant
ei hec audiens abbas pastor cum
magistrali te ad visitandum eum

accessit qui exire contempnens ille
perseveravit et expectans eum ad por-
tam vidit demonem qui se cingulo
igneo cingentem. Cui timore per-
territus dum requireret quis esset, Ait
demonum spiritus sum princeps tenebrarum
et cingulum quod vides infra cingulum infer-
nale invidie que est radix peccati
rethe nostrum fovea mortis et febris
pestilencialis veni huc ad comeden-
dum tecum. Cui subito ad Abbatem
currens benigne eum recepit et ma-
ximi amici facti sunt ex illa hora.
Secundo est spacii defraudativa
de .ia. de .vi. Cum quidam Rex qui con-
cessit uni avaro et uni invido quod
cuique donum peteret ita tamen quod donum quod
prius peteret duplicaret. Et cum
utrique diffinirent petere minus precepit
Rex invido ut primo peteret. Tunc peciit
ut erueretur sibi unus oculus ut prox-
imo eruerentur ambo. Nolunt enim
petere aliquid bonum ne proximus illud
dupliciter haberet. Exemplum ad idem. Item ex. Cum
quidam Comes fuit qui congregato ma-
ximo thesauro dum appropinquaret morti
in una massa totum fecit conflari et
in mare iactari ne sui gauderent de
invencione thesauri. Dum autem moreretur
vox demonum audita est dicencium
Venit amicus noster ad nos specialis in
nostro lucro et in paupertate aliorum
infinitum accipiens redolencia fe-
tencia reputabunt. Et ideo eum congre-
gati invidie invitati eum in kathedra
sempiterni doloris et luctus. Tercio
est malorum impositiva. Monachus
quidam invidia stimulatus alteri imponit
quoddam crimen. Et cum Abbas vellet
illud credere imputatori dixit ad
eum. Est infirmatus et appropinquaret
morti vidit demones coram eo
letari qui timore perterritus compunctus
de tanto malo confessus est veritatem.

Ira multa mala inducit in nobis.
Primo est demonum associativa.
Legitur quod fuit quidam sanctus nomine
Ysaac qui sepe a demonibus
turbabatur. Cui cum interrogaret quare

esset causa. Audivit. Ira est tempestas
infernalis ignis. Spiritus pestiferus
hostis destruens humane vite defedacio hos-
picii divini corrupcio ymaginis dei
mensa lucri demonis lignum fumosum.
Ideo ex quo fui in odio cum homine
diligenti a demone non intravit cor
meum. Secundo est laboris augmenta-
tiva. Legitur in vitas patrum. Cum fuit
quidam qui in congregacione vix abstinere
ira poterat esse diu autem egrederetur
et venit ad speluncam solus. Dum quadam
die situlam aqua plenam posuisset
in terra subito lapsa est demone impellens
secundo et tercio idem versa est. Tunc repletus
furore vas confregit et ad se reversus
dixit Ecce solus sum et vincit me
ira redeam ad congregacionem quia ubique
est labor. Tercio est meritorum perditiva.
Legitur in vitas patrum. Cum dum quidam vellet
se commovere vindicare de alio et hoc audisset
quidam senex cum fletu dixit domine
Ihesu iam non est necesse ut pro nobis sis
sollicitus quia inimici perfecti quos thesauros
nobis apportat volumus intendimus
[illegible]. Exemplum ad idem legitur in libro
de vii donis spiritus sancti. Cum fuit quedam
mulier rixis et litigiis multum vacans.
Cum autem in die pasche fuisset rogata
ut faceret pacem et fecit. Dum ad hominem
venisset vidit corpus Christi in carne
realiter involutum in quodam lintheo.
Cumque illud recepisset et illo die ad
litigia et ad rixas redisset in presencia
tocius populi lintheum cum corpore Christi
exiit de ore eius et [illegible] dei defert
que eum per medium truncidavit. Quarto
est incontinencie concitativa. Legitur quod
quidam princeps fuit multum offensus
a quodam famulo suo et ita perdonabat et
ab eo ait dominus in anterioribus pulcra
in posterioribus fetida est. Cum ille qui
cum ira vult exercere iusticiam quia ira
impedit animum ne possit cernere verum.
Quinto est peccatorum accumulativa
dicit Cesarius. Cum fuit quedam puella
que ire erat dedita. Cumque esset
mortua et sepulta in tumulo

lapides ignis emergebat quadam nocte dicta Cum fuisset apud sepulcrum vox lamentabilis est audita hec proferens ire dampnat corpus et animam

Istud nomen ihesus multa bona inducit in nobis primo tollit rancorem legitur in libro de vii donis spiritus sancti Quidam erat habens iram contra suum amicum non poterat placari Tunc quidam scripsit in fronte eius hoc nomen ihesus et statim ipsemet ivit ad illum qui offenderat ad remittendam offensam Secundo inducit amorem legitur ubi supra Quidam fuit quidam iuvenis ignarus omnis scientie sed vitans omne peccatum Cum orasset deum ut sibi formam orandi donaret ut cor suum totum per amorem poneret in eo Apparuit ei angelus domini et portabat folium lauri in quo erat hec scriptura Ihesu christe ihesu fili dei vivi propicius esto mihi peccatori Et ait angelus Aperi os tuum et comedebat scripturam quia tante virtutis est ut demones vincat celos aperiat peccata expellat sanctissimam trinitatem attrahat et angelis similiat et dicenti Cum comedisset tanto dulcore fuit repleta os et viscera eius ut statim experitur verbum angeli esse verum

Iudicium extremum debemus timere propter rationes sequentes primo est contra consolationes mundanas reprissimum Refert damianus in hystoria Iosaphat Quidam fuit quidam Rex magnus et gloriosus Et cum esset procedente illo in curru deaurato cum regali obsequio obviasse illi duos viros attritis et sordibus imbutos sive indutos vestibus attenuatis maxillis et pallidas facies habentes Rex autem cognovit eos in maceratione corporis et cultu sordibus et carne consumpta habentes Et ergo vidit illos exiliens confestim de curru et in terram procidens adoravit dicens et surgens amplexus est eos et affectuose osculatus Magnates vero illius et etiam proceres videbant valde indignati sunt arbitrantes eum fecisse indignum regali gloria non tamen ausi sunt eum reprehendere in facie sed germano fratri eius suggesserunt ut ei loqueretur ne excellentie diadematis tantam inferret contumeliam Cum eum regi ista diceret et eius utile ut sibi videbatur humiliationem reprehenderet Rex ei responsum dedit Quod ad iste non intellexit Consuetudo autem erat illi regi quando sententiam mortis contra aliquem dictabat preconem ante ianuam illius cum tuba huic officio deputato clangere faceret cuius ad vocem cognoscebant omnes illum reum mortis existere Vespere ergo veniente misit rex buccinam mortis ante ianuam fratris sui et frater de salute sua iam desperasset et tota nocte domum suam disponit summo diluculo magnus ac lugubribus vestibus indutus cum uxore sua et filiis suis processit ad fores pallacii fratris sui flens et lugens Quem Rex ingredi ad se iussit Videns quidem eum ita lugentem ait illi O stulte et insipiens si tu preconem fratris tui germani times adversus quem te ipsum nichil deliquisse cognoscis quid in reprehensione intulisti quod humiliter salutavi et osculatus sum precones dei mei sonorabilem in modum significantes terribilem deum occursum cui magna et multa me ipsum peccasse conscius sum Ecce demum quia meam arguentibus superbiam isto usus sum modo Nunc vero et illorum qui ad te submiserunt reprehensionem stulticiam arguere curabo et ita instruens fratrem suum ad domum remisit Sexto ad id dicitur Quidam Rex fuit cuius nemo unquam potuit videre faciem Igitur quidam chimius hoc audisset ait Si michi bonum censum daret et faciem videre deum vivum regem faceret permissione eius ad regem accessisset et fecisset quicquid potuisset ait rex video nichil impetravit et ait Rex vere optimus medicus fuisset Rex ipse hoc respuit nec ei reddit verbum

Quo facto fecit ei fieri cathedram de
lignis putridis que vix poterat
recipere clavum in summitate super kathedram
gladium pendentem cum filo tenui
et in profundo ignem copiosum sic
ordinavit ut si gladius cecidisset
virum stantem in cathedra per medium
divisisset. Si vero cathedra fracta fu-
isset cecidisset in ignem quem nemo per
tempus extraxisset quin fuisset combustus.
Flenti ergo quomodo Rex ait: Ride nunc
et non fleas. Quomodo inquit possum
ridere cum ista contra me video sic
ordinata. Et ait Rex: Sic nec ego
ridere possum quando video me in cathe-
dra hac est in mortali corpore habente
quatuor pedes quorum si frangatur per
mortem video ignem infernum subtus me
et super me gladium iusticie dei. Sic ergo
tu non rides nec ego qui considero
eius terribile iudicium in quo penas
quas video mereri pertimesco. Ergo
est veritatis sue iusticie ostensivum.
Dicitur quod semel fuerunt duo socii quorum
alter alterum summe diligebat. Unus
vivus in infirmitate positus fortius
gravaretur. Socius volens scire eius
statum post mortem sic ait: Rogo te
care socie ut post mortem michi appareas
ut si bona tibi fuerint gaudeam. Si vero
male compaciar tibi. Cum ille efficaciter se
requisitus domino promitteret. Ecce igitur mor-
tuo eo socius una nocte cum adventum
expectaret apparuit socius mestus eum.
Cui ille: Socie inquit vales? Audi:
In die qua migravi ad dominum fuerunt
mortue sex milia personarum de quibus
duntaxat ad districtum divinum iudicium per-
venissemus non fuerunt salvate nisi
tres persone de quibus ego unus. Ergo sum
verum verbum est quod dominus in ewangelio
ait: Multi sunt vocati pauci vero electi.

Lingua inordinata
multa mala inducit
in nobis. Primo dominum
provocat. Legitur in vitis
patrum. Quidam fratres

pervenisset ut dicta edificatoria audiret.
Quidam senex vidit angelos dei sta-
tes iuxta eos et letari quando loquebantur
de divinis sed statim quando incipiebant se confa-
bulari de secularibus et de vanis angeli
fugiebant et demones accedebant
et gaudium maximum ostendebant.
Secundo est pacis turbativa. Legitur in
libro de septem donis spiritus sancti. Quedam vetula
que dicebatur divinatrix requisita
fuit de quadam muliere quomodo posset
facere ut a viro suo diligeretur. Cui
illa: summo diluculo intrabis ortum
et nulli loquendo et redeundo facies
verbum, dico in missa tua genua flectens
versus orientem dicendo pater noster et ponas
te prostrata coram tali herba que est
in angulo orti et quid audies ibi
facies et velata facie redibis
ad hospicium tuum nemini salutando.
Cumque vetula pervenisset ad ortum
abscondit se iuxta herbam. Mulierculam
prostratam vetula mutando vocem dixit:
pace Pacem et vocem habebis. Cumque illa retulisset
et vetule quod audierat intimasset
illa hoc confirmando ait: Filia bene
dictum est tibi quod si tacueris viro tuo
male locuta non fueris pacem habebis
et eius dilectionem. Tercio legitur ubi supra.
Quedam uxor multum molestata
per eum cerebrata frequenter venit
ad quandam matronam interrogavit quid
posset facere ut diligeretur a viro. Cui
matrona: lepores qui inveniuntur
a canibus viri tui dabunt tibi doctrinam
quomodo eius dilectionem et pacem habebis. Cumque
quadam die iuisset ad venacionem et
vellet loqui leporibus quanto magis
loquebatur tanto magis fugiebant
et numquam appropinquabant ea. Tunc rediens
ad matronam illusam se credens verbis
iniuriosis movet contra eam. Cui illa:
Optime te docuit lepus quod si non verbo
tamen exemplo. Sicut enim eius lepus
non rebellando aut de verbis curando
sed fugiendo et canes declinando
ut vitet corporis laceracionem. Sic tu

fugiendo rixiones inordinatas et non
curando de ubi pacem habebis Exemplum de hoc lex
v. b. Cum quedam vetula iret per viam
Invenit iuvenem sedentem cum bursa plena denariis
sedebat iuxta arborem Qui interrogatus
a vetula quid haberet Audit demonem
suum et asserens sinne ponere discordiam
inter talem et uxorem suam Et cum locutio
humana non deficit que est instrumentum
omnis mali ideo assequi non possum
quod opto Sed quia locutio tua mirabilis
est pro isto facto do tibi hanc pecuniam ut
deducas ad unum quod attendens ad domum
mulieris cum una iuvencula affirmat
se scire quod cum illa adulterium exercuit vir
suus et nunc adhuc veniat ut reciperet
tunicam pro nephando facto Tunc attendens
ad virum secrete et dixit quod uxor sua
amorem illicitum haberet cum quodam clerico
ecclesie kathedralis Et cum loqueretur
retro una columpna me existente
in ordine audivi eos convenientes quod
in crastinum redirent et ordinarent
de facto Tunc misit iuvenculam ad re-
cipiendum pannum quem vetula emerat
Interim verba illa retulerat quod
appareret uxor suspecta esse omne
malum Et cum in cena vellet comedere
cepit quod de clerico cogitaret
Tandem ad persuasionem vetule clam
loquitur cum domina Tunc locutio
viri fuit principium mali Redditur
vetula ad dominam et persuadebat ut
de pilis barbe viri cum rasorio ac-
cipiat et postquam eos vir in cibo
comederit omnem aliam mulierem odi-
bit Iterum attendit vetula ad virum
et dicit quod de consilio clerici per uxorem
illa volebat eum interficere et ideo
caveret ne sompnus eum opprimeret
Cum uxor cum rasorio vellet attendere
et recipere de pilis barbe eius vir
arta prius manum eius clamavit
et hinc attendit amici congregantur
et discordia maxima stabilitur
Quod apparens demon dixit

vetule prepotentia amicus dedi operam ut
hanc discordiam excitarem et tu in tribus
diebus perfecisti eam Optime eam habes
ligamentum inferni et dignus es melius
quam ego et rapuit eam ad infernum portat
deus aut per distinctionem unius sac-
erdotis revelavit Exemplum malorum
amatiua lex v. b. Quidam princeps fuit
qui non solum erat irregulatus in
lingua in se sed detractores adulatores
corrupta verba tenentes summe dilige- et secundum
bat Quod attendens eius cocus prudentie eos du-
eum confudit exemplo Nam omnia rebat
cibaria magne excellentie in quodam
festo male paravit et pessime linguas
porcorum optime paratas dominavit
Cumque de illis omnes invitati et dominus
libentissime comedissent omnibus aliis
dimissis In sua camera interrogat
dominus cocum que fuit causa male
preparationis nobilium carnium et optime
preparationis vilium Audit cocus domine
dicam vobis si absque verberatione vultis
recipere dictum meum Cui dominus dic
secure Tunc cocus deus voluit ut
ego servirem vobis eo modo quo vos
servitis sibi Vos enim de aliqua re
utili spirituali et divina nolitis loqui
sed detractis loquentes sed de ribaldis et
mulieribus et immunditiis que sunt ligne
porcorum comeditis scoria de ...
tatis et ista optime ordinatis
Quod audiens dominus confusus
ipse emendavit vitam suam Exemplum de electo
a bonorum temporalium simulatione Refert
historia Quod fuit in anglia quidam
Rex illustris rex dignus in eorum
divitiis affluens non solum illis que
sunt bonis et malis communes sed
illis que animam faciunt opulentam
virtutibus honestis moribus et gratiis
Iste tres filios habuit quos quantum
valuit in scientiis et honestis moribus
erudivit Cum igitur in extremis
vite sue esset positus de herede regni
sollicitatus cogitaret volens experiri
quis filiorum suorum sapientior esset
quem pater heredem constitueret

Et vocato primo ait: fili, si me scires dignum esse et iuxta votum tuum inde velle satisfacere, quid est in mundo vel quid esset in mundo quod diligeres et amplius optares? Cui filius: Eligerem ut essem fortissimus hominum. Et rex: que est racio quare ut eligeres illud pre omnibus? Et ille inquit: ut possem homines meo imperio subiugare et omnes inimicos meos devincere. Tunc rex illo licenciato iussit venire alium et facta supradicta questione respondit: Eligerem inquit pater ut essem pulcherrimus homo. Cui rex: huius tue eleccionis causam scire desidero. Et ille: ut omnes homines ad meum amorem allicerem et ad familiaritatem et sic rege super omnes alios propter meam proprietatem saltuerent. Tunc rex illo recedente vocavit et iuniorem iussit venire. Cui facta questione quam fecerat aliis, ille cum multa maturitate respondit: Eligerem inquit pater ut collum meum adeo magnum esset ut collum

ptus

gruis, non sicut desiderant Epicurei et pytagorici tamquam delicati ferculorum saporibus, sed potius ut verba singulorum in ore meo distinguerem ut illa nullatenus indiscrete proferrem. Audiens autem rex et admirans illius tantam sapientiam ceteris ipsum pretulit et heredem regni constituit.

Ludus multa mala inducit in nobis. Primo est peccatorum inductivus. Legitur in libro de vii donis spiritus sancti. Quidam monachus prostratus in die parasceues et raptus usque ad diem pasche dixit quod viderat in malo tormento quendam militem qui bonus custos hospitalis fuerat. Cui cum monachus quereret quare illa sustineret, cum ante mortem eum cognovisset bonum, respondit sibi rursum quod propter complacenciam quam habuerat in ludo et in volatu avium hec pena sibi dabatur, scilicet quod veniebant quatuor aves et quatuor canes, dilacerabant omnia membra eius. Ultimo veniebat unus terribilis demon et taxillos igneos proiciebat in manibus eius cum duabus laminibus igneis

[illegible] lamnis

constringebat eum unam ante et alteram retro et dicebat: Nunc habes tabulas et taxillos, lude si potes. Iste narratur de duobus lusoribus, quorum primus cum perderet blasphemabat. Finaliter quia prius lucrabatur perdidit. Dixit mihi de toto dicas quod ego pro te dicam et prime et horribilius blasphemabat quam alius. Tunc terra se aperuit, ignis de celo venit et eos in infernum misit.

Ludere peccatum multa mala inducit in nobis. Secundo est peccatorum inventiva. Refert Beda quod fuit quidam qui vicio carnis deditus fuit raptus per demonem et adductus ad diversa genera penarum. Et quia erat devotus beate virgini non fuit permissus demonibus ut eum lederent, sed reductus ad domum omnibus dimissis iuxta flumen congelatum cellam construxit et in aqua se totus indutus immergebat, et postquam diu in glacie stetisset balneum calidissimum intrabat. Cumque dum interrogaretur causam sic respondens: Audit. Audit

hysiol

non debet vilitatem peccati luxurie quia ibi est anxietas erubescencia fetor feditas et infamia, et eciam audit non penam inexplicabilem huius peccati, et si vidisset, nec ampliora faceretis. Item legitur in vitis patrum quidam quem temptaret pater a peccato luxurie, accensa candela dixit: Si tu peccatores et immundi ponuntur in igne inferni, videbo ergo si tu potes sustinere hanc flammam antequam compleas peccatum. Cumque combussisset sibi totum digitum ait: malum est inquit peccare. Tercio est dampnacionis procurativa. Refert Helynandus quod fuit quidam carbonarius pauper vite, nimia familiaris esset suo domino. Cum quadam nocte vigilaret et custodiret fossam carbonariam, vehementer attonitus erat. Quedam femina nuda currens et post eam apparuit eques niger in equo nigro equitans evaginato gladio currens et volens mulierem comprehendere. Que in medio fosse carbonarie transiit; eques comprehendit illam et perforatam gladio in ignem proiecit et exustam

rimsimi extraxit et posuit eam super
equum ante se et abiit Et cum hec plures
contigisset narrat Comiti suo domino
Nin confessus diligenter ambo venerunt
ad silvam Illa media nocte cum signassent
se per totum et ecce terribilis vox strepitus
et apparuit eques cum muliere et proiecisset
eam in foveam igneam et extraxisset et
vellet recedere sicut prius Comes
precepit sibi in virtute crucifixi ut narra-
ret quis esset Tunc ille Ego sum miles
vester et ista mulier fuit uxor istius militis
que adulteravit mecum Et quia in morte
penituimus ad mille annos sumus positi
in hac pena Et ipsa tamen affligitur in
ictu gladii et proiectione ignis quod non
posset exprimi nec ego possum eundem
dolorem quem ego pacior ab isto equo qui
est demon infernalis in quo ulte-
rius equitare sed misse et elemosine
nos liberarent si offerentur pro nobis Tunc
Comes gratanter in hiis providens sunt
postea liberatione eorum ¶ Tercio est con-
fusionis incitativa legitur in libro de vii do-
nis ¶ Cum quidam Archiepiscopus familiaris
regi Anglie scripsit epistolam in qua sunt
hec verba Gaude de perfectione vite tue
quia es elemosinarius iustus pius
et amator pacis sed luxuria ponit
maculam in gloria Considera ergo obsecro
quantum doleres quantum erubesceres quantum
tibi displiceret si filia tua fornicaretur
Et ex tempore stares quantum displicet deo ut
sis servus libidinis et vilis pes corporis
tamen dominetur in te ¶ Quarto est malarum
familiaritatum provocativa legitur in sup
Cum dominus beatus hylarius iret contra
hereticos occurrit ei dyabolus in specie
sanctis qui factis multis et exemplis
induxit eum ut vinum biberet et carnes
comederet Et hoc facto quod unam mulierem
quam asserebat esse sanctam devote visi-
taret Cumque sanctus mulieri frequenter
fuisset locutus sic eum attraxit ut
in suis carnibus motus alius pullularet
Tunc sancti a demone quod ad eum venerat
ut eum inclinaret ad vicium carnis
omnem familiaritatem extunc mulierum
contempsit ¶ Quinto est corrupcionis
donativa legitur in vitis patrum Cum cum
quidam exarsisset in amore cuiusdam
mulieris denunciatum est ei quod mor-
tua esset Tunc de nocte venit ubi
audiverat eam sepultam esse et fodiens
accepit putredines eius in vestimento
et tulit in cellam suam Cuius postmodum
tempus nimis fetet posuit ante oculos
suos dicens Ecce habes desiderium tuum
sacia te ipsum castigavit donec re-
moverent corrupcionem eius ¶ Sexto
est demonis associativa legitur in libro
de vii donis Cum quedam mulier fuit
que de adulterio concepit filium quem non
habens unde nutriret eum eo quod vir suus
esset mortuus et omnia bona essent
ablata ab ea dolere multum incepit
et dum esset in tristicia dyabolus in humana
specie ei apparuit dicens Si vis sustinere
me duplicabo tibi que habebas ante Cumque + oia
illa consensisset Ait demon post septem
dies veniam ad te Cumque tu scelestis
fuisset summe ditata Rogavit demon
ut in omnibus firmaret ei primo ut omnes
religiosos in hospicio provocet ad peccatum
carnis secundo quod in ecclesia sit garrula
et semper loquatur tertio ut de domo
pauperes recipiat et de nocte expellat ff
Que complens fideliter omnia tandem
infirmata est graviter et considerans omnibus
malis suis desperare incepit Quod
agnoscens filius ad recuperandum domine
vine provocabat vim tot divicie erant
misse que ei revelans omnia dum
filius sic confortasset eam fecit tamen
quod contrita fuit et suspiriis de divina + speras
misericordia confessorem peteret Iuit ille
festinus pro confessore Sed interim adve-
nerunt demones qui sic eam terruerunt
quod pre timore mortua est Tunc filius
cum confessore eam mortuam inveniens
confessus est pro ea peccata sua Et
cum accepisset vii annos de penitencia et
illos complevit apparuit ei mulier
dicens licet vicio multum placui de-
moni et esse ligata nichilominus virtus
mine dei me per tuam penitentiam liberavit
¶ Septimo est divinorum inventiva Refert
Vincencius Cum fuit quedam mulier Eugea

nomine qua cum pessimus vellet michi tradere illa fugiens cum duobus eunuchis in habitu virili ordine monachorum curtis intravit. Cuius virtute abbas considerans eam ad visitandum quandam dominam infirmam misit. Nunc attendens ad eius pulchritudinem et amore Eugenie corrupta exarsit. Cumque conceptum suum illi expressisset Eugenia eam repellens sic ait: Discede a viro dei deceptrix amatorum hitaclum magni demonis perfidie plena et illecebriata. Cumque timeret infamari accusavit Eugeniam credens quod esset homo qui opprimere vellet eam. Et quia Philippus pater Eugenie tunc erat Baylivus in terra illa audito facto nephario iussit capi monachum et parare tormenta. Et cum ei presentatus fuisset dixit ei Baylivus: O sceleratissime christianorum Jhesus Christus nobis ut corrupta operam non dederit nigromancia pudiciciam non annichilet. Cui Eugenia: Jhesus Christus cui summo castitatem docuit et suis fidelibus vitam eternam promisit. Cumque illa mulier cum suis ancillis eam accusabant instanter dum fuisset exuta omnibus indumentis suis ut torqueretur apparuit mulier que credebatur esse monachus. Tunc Eugenia ad Philippum: Tu es pater meus et ego filia tua. Et Claudia mater mea. Et delicias carnis abhorrui ut liberius possem servire Christo. Tunc est induta et elevata in ambone ut Christus laudaretur de tanto facto. Et statim ignis visibiliter descendit de celo et mulierem consumpsit cum suis sequacibus.

Maria virgo dei genitrix multas gracias dat humano generi. Primo roborat. Legitur in mariali magno. Cum in Constantinopoli ecclesiam beate virginis magna vi construerent et due columpne propter nimiam magnitudinem levari non possent, apparuit beata virgo in gyro operibus dicens: Apponite tres pueros virgines in columpnas et quia puritatis et innocentie amatrix sum elevabuntur columpne per eos. Quod cum factum fuisset statim pueri illi eas velut paleam levaverunt. Secundo virgo Maria maliciis perfidorum obviat. Legitur in Mariali magno. Cum in domum archiepiscopus Coletanus in assumpcione beate virginis missam celebraret vox de celo audita est dicens: Heu heu o christiani quorum ego sum advocata cur sustinetis ut per Iudeos filius meus iterum crucifigatur illudatur et conspuatur. Tunc celebrata missa cum archiepiscopus cum magno exercitu intrasset synagogam Iudeorum invenit quod in quadam ymagine cerea inducebant omnia tormenta que induxerunt in Christo viventi. Tercio ad idem legitur ubi supra. Erat quidam in civitate Bisantina qui vanitatibus mundi deditus suas divicias omnes expendit et in suos parentes consumpsisset mutuus et eciam christianos pro mutuo ad Iudeos accessit. Et cum Iudeus nollet ei tradere sine pignore vel sine fideiussore ait iuvenis: Accipe dominum Ihesum Christum deum verum quem pono fideiussorem. Cui Iudeus: Credo non fuit deus sed sanctus propheta. Et ideo porta me ad eius ymaginem quia bene eum habeo pro fideiussore. Cumque eum duxisset ad ecclesiam beate virginis et stetissent coram eius ymagine christianus accepta manu Iudei coniunxit manui Christi stantis in gremio matris. Accepta pecunia ultra mare recessit et summe ditatus non fuit recordatus de missione pecunie nisi per unum diem ante solucionem. Contristatus dominum fleret. Habita deliberacione cum suis fecit archam et posita in ea pecunia divina bonitate alloquitur in hunc modum: Domine Ihesu Christe precium exponendo tuam bonitatem Iudeo sed nunc addidi super precium quia neglexi solvere pecuniam. Tu ergo eam ut reddam. Rogo te ut tu qui es ubique presens eam reddas ut tu pro te et pro me satisfacias Iudeo prefato. Archa cum pecunia in mari posita et cum essent infinita spacia terrarum

mercatorum in ripa aque super quam
hospitium iudei erat posuit atque appli-
cuit et archa rapta a iudeo accepta
pecunia eam abscondit. Cumque post
magnum tempus mercator redisset et
iudeus debitum postularet affirmat
christianus debitum fuisse solutum et
producit in testem suum fideiussorem. Cumque
venisset ad ymaginem christi dixit christianus
domine ihesu christe qui es veritas et
vita dic veritatem de hoc facto. Imago
locuta est ostendendo quod solutum fuerat
et quod pecunia adhuc in tali loco erat.
Iste ad idem. Quidam puer mutus
ductus in virginis purificatione ad mo-
nasterium beate virginis cum obdormisset
aliquantulum cum cantaretur responsorium
Gaude maria vidit quandam dominam
letari et ei supplicavit ut eum iuvaret.
Et statim sibi visum fuit quod una columba
lingwam et labia eius mollificaret et
surgens subito resurrexit super omnes
voces ecclesie. Post hec restituta plena-
rie voce. Legitur ubi supra. Quidam fuit quidam
clericus qui multas divitias et honores
habuit licet indignus esset deditus hoc
tamen in corde suo firmavit et tenuit
ut quotienscumque ecclesiam ingrederetur
et transiret coram ymagine beate virginis
genu flexo salutationem eius dicebat
hoc modo Ave maria gratia plena etc. Bene-
dictus venter tuus et benedicta sint sanc-
tissima ubera tua cum quibus lactasti dominum
ihesum christum amen. Tandem in desperationem
cadens propter infinite corporis lingwam
et labia sua cum dentibus amputavit.
Cumque ipse paratus iaceret in lecto vidit
ad caput lecti sui stare personam pul-
cherrimam et ut postea expressit erat an-
geli dei plangentes huius infirmi dolorem
et dixit O mater misericordie et fons pietatis
et corona glorie attende adhuc istum
paratam lingwam qui benedicebat ventrem
tuum et ubera tua. Attende o domina
quod in te sperant homines et quomodo
lingwa huius ardenti affectione te
honorabat. Et quis posset enarrare
quod tu laborum et dolorum hominum consola-
trix infirmitatum es medicina

non potenti loqui restaura verbum statim
affuit beata virgo maria et missa ubera
in ore infirmi et infuso lacte lingwa
et labia recuperavit integre et statim
sanatus perfecte laudavit clementiam
genitricis marie. Legitur ubi supra. Quidam of
fuit quedam puella que in die annunciationis
marie filabat cum filum lingwa ma-
defaceret sic adhesit et in timore
labia tenuit ut iam in filum alia
esset mutata. Cumque parentes una cum
ea ad altare beate virginis venissent
et cum magnis gemitibus veniam po-
stulassent liberata penitus sana recessit.
Certo a submersione liberat se- liberat seu
ubi supra. Quidam cum quedam mulier docuisset
puerum suum salutationem beate virginis
et quotiescumque timeret esset in aliqua necessitate
eam diceret cum semel cum aliis pueris
iuxta flumine luderet subito rapiuntur
omnes a flumine et cum alii deum blasphe-
marent ille salutationem beate virginis
exprimebat. Cui una pulcra domina
cum accedit visum suum eum confor-
tavit et sanavit aquis iam cessantibus
puer sanus et incolumis apparuit.
Et cum cetere matres requirerent
suos filios invenerunt submersos et
cognoverunt quod protegente virgine
ille fuerat liberatus. Legitur ubi supra.
Quidam accidit in wasconia. Quedam
mulier prope pregnans partum cum ecclesiam
beati michaelis que erat in loco ubi
fluit mare et refluit visitaret
cum rediret et mare plus sequeretur
nec posset cum fugere propter fetum ab undis
maris rapitur et volvitur in mari.
Tunc ad beatam virginem elevans cor
suum cum lacrimis supplicavit ut sicut
illa die fuit luce humani generis sic
tunc esset sua adiutrix. Statim beata
virgo affuit et pallium super eam
extendens ab undis maris protexit
Et cum illa sabbato peperisset unum
filium mater et filium salvos et in-
columes cessato maris periculo
populus direxit. Legitur ubi supra.
Quidam quidam episcopus cum magno
populo peregrinationem longam faciebat
Cumque fuissent in mari et tempestas

fuisset orta nauta attendens quod navis erat propinqua submersioni accepta berta cum episcopo et aliis paravit navem exivit. Quod attendens vir unus scutifer qui devotus summe erat beate virgini voluit se ponere in talia berta. Et cum descenderet ab undis maris raptus est et descendit in profundum maris et ibi non immemor virginis benedicte dum suspiraret ad eam affuit ei ad eius adiutorium et velut eius tectorium fuit pallium beate virginis super eum. Finaliter navis cum omnibus submergitur et secundum unum peregrinantem ibi qui aderat videbat columbas ascendere unam post aliam. Et dum attenderet deficere illo modo animas sui sociorum erat multum anxius pro eo. Finaliter episcopus venit ad ripam et invenit suum scutiferum incolumem et sanum. Qui enarrat quod virgo benedicta ei affuerat et inter undas maris eum manutenuerat absque aliqua lesione. Contra confusionem peccati legitur ut sequitur. Cum fuit abbatissa quedam que iuncta in religione devota in vita sancta in temptatione impletiones acriter premebatur et ideo illorum indignationem habebat quia non poterant ei nocere aliter ad eius similitudinem ingerentes se maximum amorem pretendebant ad eam. Que corrupta ab eis nunc ad vini solatium nunc ad irregulares abstinentias nunc ad nimiam crapulam nunc ad indumentum vestium ornatiorem trahebant et de suo servitore concepit filium et cum eius impregnatio in ventre et in cibo a monialibus esset cognita sunt omnibus et singulis ipsius factum revelavit et cum litteris et nunciis ad veniendum episcopus requiritur. Cuius adventum presciens abbatissa ingressa oratorium beate virginis tota perfusa lacrimis sic dicebat: O beatissima virgo lucerna mundi refugium peccatorum adiutrix in omni tribulatione considera nunc instantem confusionem meam. Non enim sum digna ex fetiditate peccati mei accedere ad tua precia sed superhabundat tua

clementia ubi habundat delictum. Cum autem corde contrito lacrimis plena sic instaret apud virginem obdormivit aliquantulum. Et in illo sopore apparuit ei beata virgo dicens: Non enim expectabas ut advocata peccatorum nunc contritis in necessitate deficiam. Et ideo obtinui tibi a filio meo dulcissimo peccati tui remissionem et confusionis liberationem. Tunc virgo precepit duobus angelis assistentibus ut onere prolis eam exonerarent et filium uni heremite portarent per plures annos nutriendum. Cuius abbatissa cum fuisset evigilata invenit se sanatam a pregnantia. Et adveniente episcopo cum honore consueto eundem occurrit. Qui repellens eam cum obprobrio dum per honestas personas de contrasione requireret veritatem invenit absque signo corruptionis invenit. Qui etiam personaliter intuens veritatem prostratus ad pedes eius veniam postulavit. Et cum moniales punire vellet convenit abbatissa et ei confessa sunt miraculum beate virginis. Tunc episcopus de puero sciens veritatem cum heremita ipsum nutrivit et ad magnam civitatem perduxit. Legitur ut sequitur. Cum fuit quedam mulier que dedita magnis immunditiis hoc bonum faciebat quod qualibet die genibus flexis septies angelicam salutationem dixit. Et quia adulterabat cum viro cuiusdam vicine sue illa patienter non ferens cogitavit et rogabat beatam virginem ut confunderet istam. Cum autem quadam die vir fuisset molestus uxori propter amasiam illa accessit ad altare beate virginis et taliter allocuta est in hunc modum: O domina carissima quam totiens pulsat et totiens nullatenus quare non confundis istam meretricem que cum suis in immunditiis duxit in virum meum. Certe vel tu confundes eam vel iniqua dilectio pulsabit sicut feci. Tunc ymago beate virginis allocuta mulierem sic dixit: Hec de qua tu loqueris offert mihi qualibet die centies gratissim[um]

accusacio

Et ideo gaudium mihi abstulit confundere
non possum ymmo potius eam aggressus
ex corde eius causa fugatur quia
cognitione illi tribuam et adhuc cum turpis
peccata mundi Cumque virgo benedicta omnia
complevisset iuxta promissa et adultera
se correxit vidit virum suum valde
castum Sexto puritate amat legitur
v. b. Erat quidam iuvenis et quandam
iuvenculam quam corrumpere eam habebat
anulum recepit in signum amoris Cum
autem quadam die luderet ad pilam ante
portas ecclesie iuvenis timens ne
tangeretur ingressus ecclesiam dum
aspexisset pulcritudinem beate virginis
quadam nocte motus ipsam elegit
in sponsam et in signum huius anulum in
digito ymaginis posuit Tunc ymago
manum constrictam signum consensus
monstravit Cum pretextu sponsi incita-
uit et illi monebat eum ad religionis
ingressum Sed ille attractus con-
cupiscentiis mundi post modicum tempus
contraxit cum alia Et cum de nocte
ingressus fuisset lectum ymago sibi
apparuit anulum demonstrans arguendo
infidelitatem eius Cum excitatus de
sompno circa se palpabat querens
ymaginem et non inveniens eam iterum
sompno detentus est et durissimis
verbis et comminationibus reprehensus subito
evigilatus surrexit de lecto et dimissis
omnibus vanitatibus mundi et complacentiis
in heremo sue amatrici serviuit legitur
v. b. Erat quidam miles divitiis
et bellis famosus totus erat deditus
corruptionibus feminarum et cum tornea-
mentum debebat fieri in vocina ad id
pergens cum magno apparatu in quodam
castro unam pulcram iuvenculam aspi-
ciens eam concupivit ardenter unde vocato
famulo pecunias magnas illi tradidit
cum quibus patrem et matrem et iuvenculam
ad illicitum actum commoveret Tunc parentes
excecati muneribus sine mora filiam
tradiderunt famulo Et post cibum et potum
affectat miles subripere virginitatem puel-
le Et quia sabbatum erat illa corde
devoto se beate virgini commendat Cumque

miles requisivisset nomen suum
Et illa voce flebili respondisset quod voca-
batur maria Intulit miles cur plo-
ras Cui puella Melius est mihi mori
quam turpiter vivere Nam virginitatem
meam deo voveram et iam suscepisse
habitum monialium cum sociam litteras
nisi fuisset propter paupertatem Tunc spiritus
sanctus tetigit mentem militis et compati-
ens mutavit omnem libidinem et lacrima-
tus respondit puelle quia hec est dies
deditus honori beate virginis et nomen
tuum est ei conforme nunc integram
offero sibi Et teste deo si vis venire
mecum ad meas expensas in monasterium
monialium te introducam Cumque illa
secura dormisset et mera sciret eum
eo recedere confisa de adiutorio
beate virginis eam in monasterio collocavit
permittendo multas divitias post
regressum Moritur miles in tornea-
mento Abbatissa iuvencule impetrat
militis causa fallax promissum
Insuper vicium corruptele sibi imponere
comminabatur Et quia nullum solacium hu-
manum habere poterat subsidium beate
virginis cum maximis lacrimis postu-
lavit assidue Cui apparens virgo
beata sic ait Noli flere filia dul-
cissima Ita miles qui tibi pro me
tantam exhibuit graciam in fine compunctus
salvatus est et corpus suum in loco
torneamenti sepultum remansit
dic abbatisse ut ipsum ad vestrum trans-
ferat monasterium sive cimiterium
et in signum quod locuta sum tibi cum sit valida
yemps rosa pulcerrima repietur
super tumulum eius et protendetur
radix eius usque ad cor tui dilecti
Cumque abbatissa nollet credere
revelato sibi quodam pacto accurato
per puellam de mandato virginis contrita
et confessa cum conventu suo illuc pergens
signum dictum invenit et corpus trans-
tulit ad cimiterium suum Septimo
virgo benedicta tribulatos adiuvat
legitur v. b. Erat quidam sacerdos
qui viciis plenus in sua parrochia
habebat virum nobilem et divitem

et erat una vidua Cumque ambo simul
infirmarentur vocatur sacerdos
pro confessione ad divitem qui attentus
plus ad temporalia quam ad spiritua-
lia rapinas referre sciens audire
contempsit volens placere tristi-
tibus amicis corporea eterna vita
postmittit Interim venit quidam
ex parte vidue que omnia sacramenta
ecclesie postulabat Sed presbiter placere
intendens diviti propter allegata
temporalia ire contempsit Tunc
dyaconus suus periculum intra se
considerans quod sacerdoti imminebat
ex illa vidua illo dimisso assumpto
corpore christi ad eam ivit Cumque ingressus
fuisset pauperculę habitaculum famule
dei iacenti in feno et in paruo stramento
assistere vidit beatam virginem cum magna
multitudine angelorum que tergebat vultum
infirme et omne pietatis beneficium
impendebat Et quia dyaconus time-
bat audire confessionem monitus
a beata virgine ibi continue stante
Cum post absolutionem corpus christi
extraxisset de pixide beata virgo cum
celesti tota curia coram eo se humiliter
prostravit Tandem communicata vidua
et datis omnibus ecclesie sacramentis felix
eius anima cum tota sua comitiva
recessit et dyaconus cum gaudio
ad domum divitis rediens de porta
vidit cattos circa lectum divitis
clamantis Tollite cattos et sub-
venite misero Et cum hic dolore
aliquantulum permansisset vidit ethio-
pem magnum facem accensam portantem
et cum illa iniungitur divitis potius? infelicem
illam animam traxerit secum Legitur
ubi supra Cum fuit quidam monachus
religiosus et beate virgini devotus
multum Cuius invidentes alii monachi
quicquid agitabat calumpniabantur ab
eo Et quia ille devotus summe time-
bat mortem Insuper affligebatur
gutta Cum autem quadam nocte infir-
matorio iaceret increpabat animam
suam quod illud miserrimum corpus
non desereret cito Et dum sic staret

vidit quandam processionem monachorum
per infirmitorium transeuntes et accеden-
tes ad eius lectum sibi dixerunt Hinc
nihil in claustro nos sumus monachi
sicut et tu sed pax nunc a nobis diligitur
quia suffragia monachorum male
solvuntur honor indevote diligitur
et reverentia vitatur quod summe eos
precedebat est totaliter annullata in
eis unde in gloria patris in quo recognoscitur
gloria trinitatis et nullo se inclinant (annullata est in eis)
Quare cum regnemus cum ipso assistamus
reformatorem monasterii huius Surgens
ergo ut denunciaret abbati per fene-
stram ecclesie vidit sibi occurrere beatam
virginem et recepit infirmitatibus data
pulcherrima sanitate confirmat
visionem monachorum Mortuos honora-
tes se et suos dilectos honorat Legitur
ubi supra Cum fuit quidam nobilis qui
intrans religionem Cisterciensem dum
amico? sibi dato non poterat litteras
addiscere deum precepit meliorem esse
[illegible] humilitate quam superbiam
statim [illegible] elegit nec plus (sciu)
potuit addiscere quam Ave Maria
Et quia devotissime et frequentissime
dicebat Eo mortuo et fossa eius
visitatur agnoscitur alio lilium exibat
de capite fosse scriptum intus et foris
et convocantes abbatem et cum dum
fodissent invenerunt lilium de corde
eius procedens ad extra Legitur ubi supra
Cum quidam clericus vicio luxurie
deditus intantum quod publice esset in-
famis hoc bonum habebat quod semel in
die genua flectebat ad orandum et
laudandum benedictam virginem Cumque
fuisset mortuus et de mandato archi-
episcopi extra cimiterium sepultus Virgo
benedicta archiepiscopo apparuit reprehen-
dendo eum quod in cimiterio suum
dilectum non sepeliunt eo quod in fine presbitero
fuerat confessus et dei misericordiam
invenisset statim surgit Episcopus
et ad sepulchrum eius accedens invenit
quod lilium de ore eius exibat Legitur

vbi sup^a C^o iij tu^m stus Doitus virgini
ssime deuotus ecclesiam sancti Michael
intrasset et in ea absconsus in angulo
prostrasset cum lacrimis in media nocte
virgo benedicta cum celesti milicia est
ecclesiam ingressa Et dum missam re-
quireret oblatus est ei Doitus qui
timens accedere lapis in quo sedebat
se subtraxit ab eo Tunc coactus
ad altare accedit in veste imperiali
ornatur Cumque missam cum mirabili
melodia et cantibus fuisset completa
virgo benedicta Doyto veste mirabile
dedit que adhuc in ecclesia illa demonstratur
dicens Omnes venerantes me ex-
cellenciori veste ornatur Legitur
vbi sup^a C^o iij fuit quidam miles senex
qui deposito honore mundano in reli-
gione est professus Cuique appropinquasset
et qui forte erat nobiliori sanguinis
quam ipse dolebat summe et se con-
fusus amarissime flebat et virginem
benedictam rogabat ut maculam suorum
peccatorum deleret in nichilo similiter re-
putabat laborem nec plene servabat
regulam disciplinae Cumque semel sederet
in porta et laborantes de labore
rediret vidit beatam virginem eis
occurrere et miro amore eos fouere
Cumque per eam amplexati essent
sic hylares erat acsi nichil labo-
rassent Tunc ad istum senem se
convertit virgo benedicta sic dicens
Ego sum laborantium quies tribula-
torum consolatrix et ociosorum vitatrix
Tunc ille non obstante senectute la-
borauit fideliter et alios ad la-
borandum prouocauit Iste legitur
in mariali magno quod fuit quidam
religiosus deuotus beate virgini Et in
ad reuerenciam beate virginis et sui
nominis per quinque litteras ibi totidem quinque
psalmos dicebat incipientes a singulis
litteris nominis supradicti primus psalmus erat
Magnificat secundus Ad dominum Tercius
Retribue quartus In conuertendo

Quintus Ad te leuaui Et in fine cuiuslibet
psalmi dicebat salutacionem beate
virginis Cum autem quadam die aliis
surgentibus ille non comparuisset in choro
Prior ad eius lectum accedens disco-
operta eius facie inuenit quod quinque
flores rosarum egrediebantur de eo
vnus de ore duo de oculis et de
auribus duo Et conuocatis aliis dum
autem cum magno gaudio ipsum de-
functum portassent ad ecclesiam
diligencius intuentes viderunt
quod in illo flore qui egrederetur
de ore eius erat scriptum Aue
Maria et tenentes ipsum per vij
dies laudauerunt virginem benedictam
Legitur vbi supra C^o iij fuit quidam
subdyaconus in ciuitate Tholo-
sana qui summe erat deuotus beate
virgini Cum autem in quadam sollempni
festiuitate ipsius beate virginis in
altari ministraret populo dum diceret
euangelium vidit demonem in specie
Symee in portali ecclesie sedere et rotulus
maximus erat in eius dextera et ca-
lamus in sinistra que oculos re-
uoluens per omnes existentes in ecclesia
rotulum scripturis implebat Et
dum sic astaret rapuerit vidit
beatam virginem retro altare sedentem
que a quodam symeo cingebatur
extra Cumque symea repleuisset
rotulum et vellet cum dentibus ex-
tendere motus est lapis in quo sedebat
Et cum caderet cum maximo strepitu
et de manibus eius euanesceret
rotulus Subdyaconus dimisso
altari fumo ad suspectorem caste
accessit Et cum hec visio videbatur
tunc dubio dubius leuita dupplicauisset
Ergo priuatus est execucione ordinis
supradicti Cui apparens beata virgo
consolata est eum et declarauit visionem
supradictam Nam symea erat dyabolus
Scriptura erat populus Symea ex-
pellens subsidio beate virginis erat

mulierum ornatus qui i confusioz filij
mei et mea confusione portantur
Et i signum mee disciplme vade ad
eas et lege eis omnia peccata earum scripta
in rotulo vniuscuiusque sua et illa que sunt
scripta varijs ornamentis Virgo beata
eciam apparuit Christo et assignata causa
illius leuitate quod viderat eum fecit
restitui ad execucionem ordinis predicti

Item legitur i miraculis beate virginis

Quod i anglia fuit quidam monachus
summe deuotus beate virgini quocienscumque
nomen eius audiuit flexis genibus ei
reuerenciam exhibebat Cum autem victus
senio fractus fuisset et dum ceteri essent
absentes dictus monachus prostratus prae
reuerencia beate virginis non posset
surgere ait dulcissima virgo adiuua
me et statim affuit ei beata virgo cum
duabus puellis et erigens eum ad
fortitudinem iuuenilis etatis annorum
restaurauit Item legitur vbi supra

et diaconus filij — Quod fuit quidam clericus regis vn-
garie qui sic erat deuotus beate
virgini ut cuiusque comederet diceret
eius horas Cum autem infirmitate
grauatus voueret beate virgini quod si eum
curaret perpetualissima castitate serua-
ret Statim vidit cameram luce reple-
tam et se curatum omnino repperit atque sanum
Tandem moritur pater absque herede ali-
quo Et ideo induciatur ab amicis ne
regnum careret successore ut contraheret
Et electa sibi sponsa contradicere ipse
et ipsa ducitur ad ecclesiam pro benedictione
nupciarum suscepcione Et cum ambo
essent ante altare recordatus est in mentibus
quod non dixerat horas beate virginis Et
dum cum magna deuocione diceret illam
antyphona Quam pulchra es amica
mea splendida virgo apparuit ante
altare duobus angelis assistentibus
Et ait inuicem Si pulchra sum et
decora ut dicis cur me dimittens
aliam accepisti hijs eum audiens adoles-
cens clam fugiens ab urbe venit
aquileam et super ripam heremiticam
vitam duxit Tandem factus patriarcha
instituit fieri festum concepcionis beate
virginis Item legitur vbi supra Quod quidam clericus
deuotus beate virgini et mente tota ad
quem habebat deuocionem erat quod pro dolore
quinque vulnerum ypocras quod virgo benedicta
in suo corde eciam sustinuerat quin-
quies vnam antyphonam flexis genibus
qualibet die dicebat Antiphona autem erat ista
Gaude dei genitrix virgo immaculata
gaude que gaudium ab angelo suscepisti
gaude que genuisti eterni luminis cla-
ritatem gaude mater christi gaude sancta
dei genitrix virgo tu sola mater innupta
te laudat omnis creatura genitrix
luminis sis pro nobis quesumus perpetua interuentrix
Cumque infirmitate grauatus passus
mortis et pucia demonum multum
timeret apparuit ei beata virgo sic dicens
Veni dilectissime ut partem recipias
gaudiorum dignum enim est ut ex quo
gaudia mea replesti in meis gaudijs
partem recipias nunc perhenniter Nonne
peccatores filio suo reconciliat legitur
i mariali magno Quod cum quedam iudea
in partu laborans mortem continue
expectabat Cum autem visitata fuisset
a xpianis mulieribus et vidisset eius
labores instabat ut se beate virgini
commendaret Cumque i corde adhereret
beate virgini Cum pre dolore non posset
loqui sic ait O dulcissima domina
licet non sim digna rogare te tamen
sim de genere illorum qui crucifixerunt
filium tuum hec autem audiui clamans
quod clemencia tua se extendit ad
pauperes et ad dulces ad peccatores et
ad infirmos Vnde si habeat graciam meam
liberacionis consequeris baptizabo me
et prolem meam datam a te Cum sic dixisset
subito absque dolore peperit filium
Et quia vir non erat i ciuitate surgens
cum filio perrexit ad ecclesiam et baptizati sunt
Tandem veniens maritus suus iudeus
et audita baptizacione vxoris
et filij maliciose cogitatis gaudium
incepit predicare omnibus et immediate

nocte surgens evaginato gladio filium
interemit. Tunc mater pro dolore tanquam
insana hoc viso incepit clamare. In-
surgunt vicini. Iudeus fugit curia
accedit et quia locum refugii Iudeus
invenire non poterat eo quod clausa
esset civitas diu discurrendo per civitatem
vidit oratorium beate virginis apertum
in quo sacerdotes in media nocte
[matutinales] horas dicebant et ingressus dum
staret ante altare beate virginis et con-
templaretur eius vultum benignissimum
et enormitatem sui sceleris et propin-
quitatem sue mortis flere incepit
copiosissime et assumpta fiducia
beate virginis loquebatur hec verba: Heu domina
dulcissima quanta potest esse benignitas
et misericordia tua ut canem dilaceratorem occi-
dentem filium suum permittas stare in
domo tua et in presentia. Domina lupus sum
qui agnum occidi serpens sum qui mo-
mordi. Et ideo domina magnificetur
bonitas tua nunc non ex me sed ex
te fac de lupo ovem. Fecit filius tuus
de Saulo. Fac de proditore fidelem. Sic
filius fecit de Petro. Fac me participem
bonitatis filii tui que vocatur. Credo
deum verum et hominem esse promissum in
lege et de te natum absque humano
opere. Fecit enim deum hominem stante tua
virginitate non fracta. Heu domina cur
non absorbet me iustitia filii tui
cum viderim nullum solacium in uxore
et michi locum iugulatum filium meum.
Sed quia deus verus est et misericordia eius non est
finis. Cumque sic fleret ex corde venit
curia querens ipsum et capere ingressi
oratorium invenit eum et ligaverunt.
Tunc Iudeus: Ut cognoscatis quod non
timore sed amore baptizari volo
requiro michi baptismum ore et corde
et supplico quod in punitionem mei sceleris
hunc proditorem mutilando diminuendo
ducatis ad mortem. Si autem negaretis
michi baptismum ihesum christum quem credo
deum verum et redemptorem mundi acci-
pio in datorem baptismi et sanguinem

meum accipio pro aqua. Tunc curia
stupefacta eum baptizari permisit
et eo baptizato dum ducerent eum
ad carcerem uxor eius contemplabatur
filium iugulatum et statim vidit eum
vivum et dum ridet mater illa gavisa
viro audita eius baptizatione cu-
currit ad curiam et ostendit puerum tamen [vivum]
cicatricem in collo. Et cum baptizatus
esset adductus puero data est pristina
vox et in presentia tocius populi hec dicitur
protulisse: Mater misericordie et totius
consolationis virgo ante partum virgo in
partu virgo post partum mater ihesu christi
filii dei inviolata per te in filium [illegible]
adoptaret. Tunc omnes laudantes
virginem illum baptizatum liberum per-
miserunt abire. Qui sumens ex
corde beate virginis multa cum iudeorum
perfidia detestata conscripsit. Iste ad se

Refert Cesarius. Circa partes Florencie
fuit quidam miles qui deditus vani-
tatibus mundi et lascivijs omnia dissipa-
sset omnia bona sua a quodam villico
suo demonibus adherebat consilium
requirit per quem modum posset ditari.
Qui cum duceret ad quoddam nemus
vocato demone eis apparet et mani-
festata causa quare venerit et scita
veritate quod ipse ditationem illius
militis audit facilia sed non ista
solum quod velis annue votis meis.
Miles assensit demon ei proponit
Abnegatorem filii dei. Abrenunciatorem
virtutis catholice et sanctorum virtutum et
tertium fuit quod abnegaret virginem
beatam et renunciaret suis sub-
sidijs suis meritis et subventionibus.
Cumque duo prima fecisset spem
de recuperatione divitiarum tertium noluisset
facere demon ab eo et ipse a demone
recessit. Iratus ymaginato opere
facto deum compunctus ingressus fuisset
ecclesiam coram ymagine virginis
cum magnis suspirijs et lacrimis
eius veniam imploraret et dum

in suo dolore raptus non attenderet ad clamorem sui gemitus sed cum voce audibili diceret Mater misericordie obtine michi veniam sine indulgenciam delictorum meorum Quidam vicinus in ecclesia ante retro columpnam se posuit ut posset audire quid iste tam evidenter et tam devote postularet a virgine Et cum nichil distincte posset audire vidit ymaginem beate virginis loqui filio suo hec verba Fons misericordie qui dixisti nolo mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat miserere huic peccatori Et cum filius avertisset faciem nec videret illum militem prostratum coram ymagine ait matri Quomodo huic faciam veniam cum me negaverit esse deum Tunc mater Fili et si hic peccavit hostis humani generis et socii sui eum induxerunt ad hoc peccatum Attende ergo o fili mi quid promisisti humano generi ut quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordaberis Si ergo ei non vis parcere propter te parce propter me matrem rogantem Tunc filius dimissa sunt ei omnia peccata quia dilexit te multum Tunc vox ad eum Surge et vade et amplius noli peccare quia merita matris dei te ad veniam attraxerunt Iste ergo surgens cum vidisset aliud stantem retro columpnam interrogat eum si aliquid audisset Qui denunciavit ei seriatim que viderat ex ipsis abiectis devoto et exauditis ab utroque sic misericordiam habuit sue promissionis Iste legitur in miraculis beate virginis Quedam fuit quedam mulier peccatrix stans in bivijs Et cum tussiret quidam stans homo coram ea dixit ei Soror ora deum pro me Cum illa ex hoc verbo suscepisset quandam confidenciam de misericordia dei cum non desperaret propter multitudinem peccatorum suorum ingressa est ecclesiam et recognitis omnibus malis suis flere incepit coram

ymaginem beate virginis et rogabat pro illo sancto viro qui se recommendabat ei Tunc filius virginis dicebat ad matrem Mater attendite ad miracle factum inimica mea rogat pro amico meo Tunc mater Et ideo fili dulcissime propter amorem tuum parce inimice tue Filius ergo respiciens meretricem ait propter multa gemitus mee remittuntur tibi peccata multa vade et amplius noli peccare Que confessa diligenter in magna devocione servivit deo Exemplum De eo quod demones fugat Legitur v. b. Quidam fuit quidam nobilis qui pius et ad beatam virginem devotus quendam ordinem beate virgini et beato Johanni evangeliste qui incipit O intemerata qualibet die dicebat cum magna devocione Cui invidens dyabolus assumpto corpore cuiusdam dampnati se presentavit illo nobili ad serviendum attente que assumeret et ipsum industriam attencionem cum in servicijs vidisset cum posuit in quodam hospitali quod ipse edificaverat et infirmis et pauperibus providebat et eis serviret attente Qui domini diligenter et mirabili caritate secundum apparenciam exequeretur mandatum domini et serviret infirmis ut omnes infirmi incredibiles laudes et mirabiles caritate dicerent de eo Venit semel ad dominum suum petendo pisces pro aliquibus infirmis qui ut dicebat alias comedere non valebant Dominus misit ad forum et cum pisces non fuissent reperti Iste dominus cum isto servitore navigaverunt ad piscandum Et cum essent in profundo fluminis dyabolus miscetur et submergere eum Sed famulus candidissimus tam tangens in nullo ab eo moveri potuit Tandem recipi itum a domino venatores pro infirmis postulat quia aliter ut dixit vivere non valebat Tunc dominus mane surgens cum eo accepit laqueis iaculis canibus et avibus

nemus maximum intrauit Et cum
dux insequeretur predam iste recessit in tenebris
ocultis mittendo iacula contra eum
Sed statim paruus pulcherrimus interponebat
se inter iaculatorem et militem nec in
aliquo poterat ei nocere licet recepisset eum per annum
Quadam die iste nobilis cum inuitasset
quendam episcopum rogauit eum ut suum hos-
pitale visitet et det consolationem infirmis
Cum libenter accederet cum nobili et
ab infirmis audisset mirabiles com-
mendationes de seruitore eorum Episcopus vero
cum reuelatione dei eum cognouisset
quod esset demon multis eorum precepit
ei in virtute ihesu christi ut diceret ei quis
esset et ad quid venisset Cui demon
(dixit) Socius sum principis tenebrarum et
veni ad duo primo ut infirmantes
in hoc hospitali priuarem confessione et
sacramentorum perceptione Secundo veni ut
perimerem istum militem qui est continue
inter opiles utique eum priuatum sum
Nam volui submergere eum uel in
mari uel subuertere nauem et non potui
quia cordam serica miserat qua nauem
firmauit Iaculare eciam eum volui
in nemore et dum emitterem iacula
puer quidam aureus de celo lapsus interpo-
nebat se inter me et eum et suscipie-
bat sagittas Infirmis eciam nocere
non potui quia virtus matris dei me
reprimebat propter unam orationem quam
iste dicebat de ista quolibet die Interro-
gatus dixit demon tu siniste Interro-
gat episcopus que oratio esset Cum audiuit
miles O beata et intemerata Vn-
de eum liberat a morte legitur ut supra
Item fuit quidam pictor in flandria
qui ymaginem beate virginis pingebat
cum omni pulchritudine et ymaginem
demonis cum omni horribilitate et
turpitudine Cum autem quadam die
pinxisset unam pulcherrimam ymaginem
beate virginis in altissimo pariete et sub
pedibus depingeret horribilem ~~horri~~
et turpissimam ymaginem demonis
demon iratus confregit omnia sustenta-
cula in quibus pictor sedebat Cum
caderet dixit virgo maria adiuua me
Tunc ymago picta manum extendens
apprehendit brachium eius et visus mira-

culo ab omnibus postquam scala supponitur
sibi ymago retraxit manum et di-
misit eum Item quod deus blasphema-
tes cruciat legitur ut supra de quodam
blasphemaret filium virginis nam ex hoc
sciatis blasphemaret ventrem
benedictum qui eum portauit Statim
serenitate et tranquillo tempore fulgur
descendit de celo et diuisit eum per
medium Item fuit quidam iuuenis
homo qui priuatus manibus cum in
festo annunciacionis beate virginis in-
traret ecclesiam et causam sue priua-
cionis exponeret eo quod audisset quendam
iudeum qui eam blasphemabat sic
ait ei O domina dulcissima omnibus
creaturis hec dies gaudium apparet
Nam in hac die fuit mundi fortu-
nis filius incarnatus et nulle re
inseparabili federe copulatus pro nobis
crucifixus et mortuus in hac die exoltatur
tempus gratie nunc leticie et salutis
et rex noster in regione nostra nos visi-
tandos accedit in hac die primo
letificata es de filio tuo et de xpi-
lata ecclesia pereat In hac die fides
fundamentum de parte unitatis ponitur et
festum festiuitatum dum in celum cole-
sue celebretur In hac die per te
recuperatur gratia per euam amissa et
hodie per eundem filium tuum aperitur regni
celestis portis infirmi fratris captiui
soluitur Et in hac die celi destillant
dulcedinem et terra germinat saluatorem
hic o desperatus accurrit et in planctum
impiorum postremi Cum autem sic fleret
subito manus eius restitute sunt
brachiis et laudare incepit virginem
benedictam Item adhuc fuit quedam
nobilis domina que habens unicum filium
deuota erat multum beate virgini
Cum autem filius eius creuisset et vellet
eum ponere in domo cuiusdam principis
de cuius rapinis erat prius eius domum
debet recedere inter unum domum po-
stulat cum fidelitate complementi
Quod dum concederet filius Ait mater
Rogo fili karissime ut ad honorem beate
virginis quolibet die salutacionem angelicam
ei dicas et in fine cuiuslibet genu flectes

Sic Virgo benedicta esto in adiutorio
Recessit iuuenis optime complevit
promissum suum corruptus a mala so-
cietate deterior homo cunctis princeps
est effectus Cum monitus a principe
sed non correctus et hic frequenter de cu-
ria vituperauit expellitur priuatus
omnibus suis rebus Cum sua con-
fusione ferre non valens factus est
princeps latronum et diu dum permoratus
in illo malo fuisset captus Audita
sententia sue mortis dum in nocte in carcere
premeditaretur mala que fecerat et
confusionem quam induxerat in suo
genere et dolorem matris flebat et eo
flente affuit ei iuuenis splendidus
qui liberacionem promittit et solum quod
acquiescat votis eius Captus vero
libenter annuens sit iuuenis Ego sum
demon missus a principe meo et solum
quod velis hoc facere quod dicam statim
eris solutus Cui captus dixit securo quod
quod dicis implebo Tunc demon ab-
nega Christum et omnia beneficia ecclesie
ait ille Renuntio Renuntio omni
beneficio et honori sue adiutorio
matris virginis Tunc captus plus
velle scalari suspendi et comburi
et sustinere omne genus tormentorum
quam hoc facerem Nam sancte virginis
benedicta advocatrice mea nunquam erit
ingrataque curia a beneficia causa mea
unde hoc non faciam sed toto corde et ore
meo me sibi recomendo et do sibi
Quod demon ferre non valens statim
evanuit Tunc ille ad se reuersus cogitato
malo quod acciderat de peccatis suis
cum mirabili fletu et suspiriis suum
cor levauit ad beatam virginem cuius sa-
lutacionem nunquam dimiserat Ita dicens
Virgo benedicta templum sancte trinitatis
et omni digna laude attende
adhuc vilissimum peccatorem Non peto
corporis liberacionem sed indulgentiam peccatorum
et in puncto mortis sicut semper
rogavi sis in adiutorio O domina
per quem placabo filium quem negaui
nisi per te ubi habitat Quomodo recuperabo
suffragia matris ecclesie nisi per te
que habes illum per quem omnia creata
sunt et donata Domina ergo me
et miserere mei Cum autem sic cum
mirabili contricione petendo subsidium
beate virginis continue nocte deduxit
in pernoctare Mane facto requisito confessore
et hito diligentissime est confessus Et dum
traheretur ad patibulum licet in via
rogaret virginem continue ut in puncto
mortis eum iuuaret dum transiret coram
oratorio beate virginis visa eius ymagine
cum lacrimis incepit clamare Advocatrix
peccatorum adiuua me Tunc statim ymago
in presencia totius populi inclinauit
se ei et supplicauit Cum omnes mirati
diu starent Iste supplicauit ut detur
sibi hoc donum ut possit osculari pedes
ymaginis Cum concedentes dominum
genuflexisset se ymagini ymago extendit
manum et apprehendit eius brachium
nec potuit removeri quousque indulta
sibi morte Ille cum narrasset miracula
et quod in fine cuiuslibet salutacionis roga-
bat beatam virginem ut in puncto mortis
eum iuuaret Tunc reductus ad priora
diu seruiuit beate virgini Item ad idem
fuit quidam princeps latronum qui homo
veniens ad domum paupercule mulieris
Requisiuit quare in sabbato ieiunarent
puericule sue Audiui inquit domine dicta
a quodam sancto viro quod quicumque ieiunat
in sabbato ad honorem beate virginis
nunquam morietur sine plena confessione
Tunc latro Et ego voveo beate virgini
quod in illo die perpetue ieiunabo Post
multos annos continuatis ieiuniis
ut perquisierat latro capitur et sic dilaceratur
decapitatur Tunc caput precisum a corpore
incepit clamare et continue dicere
confessio Tunc stupefacti decapitatores
ad villam pro sacerdote miserunt Cum
veniens caput vivum corpori Tunc
latro hoc bonum ad reverenciam beate
virginis feci in vita Et dum factum de-
capitacione demones vellent rapere animam
meam Affuit beata virgo que animam meam
non permisit exire de corpore meo quousque
contritus sim plene confessus Et con-
fessus omnibus peccatis postulatis devote
suffragiis mortuus est in pace
Matrimonium multa incomoda
infert Primo contra encratitas Refert
Iustinus Cum ad quendam sapiente
fuisset quesitum an debet conthe-

Responsum fuit sibi Aut mulier erit pulcra aut fetida Si pulcra facile adamatur Si turpis adamari volt ab aliis Quare plus volo esse solus Secundo est consistatum Refert Io. 9 Cum cum quidam philosophus quereret an plus expediebat ducere uxorem quam non Respondit Uxorem velle pulcram bene morigeratam ex honestis parentibus natam licet non Sed isto non est ducenda quia efficieris servus liberorum matrum ancillarum propter tales noctes erat garrule et affectabat gemmas aurum vestes aliquid dicente ego in conventu feminarum despicior illa est horribilior Sed et turpis et vili quidem in odio in merore in periculo continue te ponet Tertio est deceptor ut legitur quod fuit Parisius quatuor scolares se mutuo multum amantes Cum quis unus illorum Raminus nomine vellet recedere ad terram suam et esset unicus patri suo promisit sociis licet non contraheret nisi de voluntate et scientia eorum Cumque venisset ad terram suam et vidisset ibi iuvenculam pulcerrimam et excitabatur a parentibus mittit litteras ad socios suos in hunc modum etc.

Medicus debet habere has condiciones sequentes Primo debet esse discretus De ia. de vi. Cum fuit quidam dives qui pre nimia pinguedine non valebat surgere de lecto Et vocato medico cum nollet uti nisi delicatis Ait medicus pro certo iste erit mortuus infra annum Et hoc dixit satis alte ut posset infirmus audire Tunc infirmus pre nimia sollicitudine mortis quam habebat continue attenuatus sanatus est ut predicator dicit uti medicina appetis Item refert quod Cum fuit quidam vir pigrissimus qui pre nimia gulositate perdiderat appetitum comedendi Cum autem amici sui dixissent medico tunc quem promiserat eum curare fecit eum includi in quadam camera nichil ibi dimisso nisi pane nigro suspenso ad trabem et baculo duarum palmarum Cumque ille diu ieiunasset pre nimia fame baculum proiecit ad panem et de micis cadentibus comedebat Cum quo eiulans fuisset sibi aptus sanatus venit Panis est mors baculus est cognitus Secundo debet esse firmus Refert b. Cum autem quidam ipsa carebat omni appetitu comedendi non inveniebat medicum qui posset eum curare Cum autem quidam pauper medicus venisset ad eum promisit quod eum curaret solum quod alteri medico non acquiesceret Vadit ad apotecarium et de fuligine fecit fieri cum aceto electuarium unam pixidem plenam Cumque ipsa gustasset et vellet amplius ille nolebat dare pretendendo preciositatem Cum autem sic continuasset per aliquos dies ista dieta et fuisset curatus computantur expense et fuit xvj denarii Et repertum quod gulositate ipsa se correxit et medicus bene fuit remuneratus Tertio debet esse amicus legitur in libro de vij donis Cum quidam medicus haberet infirmum mirabiliter sibi dilectum Cum autem videret eum mori pre gravitate infirmitatis considerans omnes causas infirmitatis dixit infirmo quod necesse erat si vellet curari ut tot medicinas diversas reciperet quot etiam infirmitates haberet Cum autem infirmus pre debilitate sustinere non posset nec reperiretur aliquis qui medicinas amaras pro eo vellet bibere medicus compassus infirmo se posuit in lecto omnes medicinas bibit et infirmum curavit Iste infirmus est homo medicus fidelissimus est Christus quia vero infirmus habebat aviditatem avaricie Ideo sudavit suum sanguinem quia habebat apostema superbie venas suas aperuit quia habuit tercianam odii et invidie virgis flagellatus est Item contra gulam fecit dietam contra luxuriam sumpsit fellis potationem contra infidelitatem fecit balneum de aqua sui lateris contra ypocrisim fecit emplastrum de carne sua trita contra infamias iniuriarum contra crudelitatem fudit lacrimas compassionis et pietatis contra accidiam fecit electuarium ex dulcedine laborum suorum

Mendacium multa mala inducit in nobis Primo enim confundit Refert ia. de vi. Cum fuit quidam qui

rogauit scutiferum suum ut semper i
cturijs mercedem augmentaret quod
ipse dixit Cum autem i quodam magno
festo non vellet deponere capucium eo
quod esset aliquantulum scabiosus interroga-
tus quid haberet Dixit quod habebat ali-
quantulum de excoriacione i capite ymo
damine habens totum caput plenum sca-
bie Et ille aufferentes capucium invenit
sic esse ¶ Sedo spoliat lex i vita
primi Ut quidam senex heremita visita-
do alium senem heremitam rogauit eum
ut diceret verbum edificacionis Cui ille
hoc custodivi ex quo conuersus sum ut
mendacium de ore meo non processisset
nec pro aliquo amore terrenorum nec amore
celestium Et ideo sicut depauperant
mendaces confundunt et contempnunt
sic ecclesie pecuniarum ad nichilum conuertuntur sicut

Mercator debet habere has condi-
tiones sequentes primo debet esse iustus
vnde ja de vi Ut quidam videns
domum suam combustam rogauit quendam
ut accomodaret suam ad standum quousque
suam complevisset Cum concedens liberalissime
dum iste vidisset istam meliorem quam
suam nec curabat reedificare suam
Attractus ad iudicium probauit quod tra-
dita erat sibi ad standum sine determinacione
temporis quousque sua esset reedificata
Tunc iudex videns fraudem ait verum
est quod tradidit ad standum sed non ad ia-
cendum nec sedendum vel comedendum nec
aliquid faciendum Et ideo impono vobis
sub pena capitis quod nichil amplius
ibi faciatis ¶ Item fuit quidam merca-
tor qui cum fraude divicias congregabat
et cum permixtione aque cum vino ad
terram suam per mare redire voluit Et
cum quadam die dormiret et bursam diuiciarum
suas i florenis teneret ad caput in
quodam sacco Venit quedam symea
naute et subito rapiens saccum ipsum
ad summitatem arboris ascendens Tunc
apiens saccum sigillatim florenos pro-
iecit in mare Et quod aspiciens mercator
nec posset eam ad se reducere flendo
dixit Iniuste acquisiui iniuste perdo
¶ Sedo debet esse verax Refert cesarius
Ut fuit quidam mercator qui vendendo
equum fuit interrogatus quare vendebat
et si haberet aliqua mala condiciones Cui
rndit Vendo quia pauper sum et ille
equus nimis comedit nec condicione
mala habet nisi quod non ascendit arbores
Cum autem eum optime vendidisset et emp-
tores vellent eum secum ducere omnes
mordebat omnes comedebat Tunc
emptores venientes dixerunt vendenti
quia nimis comedebat Cumque venisset
ad quendam pontem ligneum et esset nollet
transire dixerunt etiam verum dixit
quia arbores non ascendit ¶ Item ad idem
fuit quedam mulier que iustificare
volens se ipsam ut melius venderet
mercaciones suas ait Si aliquid
i fidelitatis facio i vendicionibus meis
Rogo deum ut comburat hospicium
meum Statim descendit ignis de
celo et totam domum consumpsit ¶ Tercio
debet esse sobrius legitur in libro de vij
donis spiritus sancti Ut fuit quidam comes qui
volebat probare omnia officia mundi
Cum autem probasset dixit quod melius officium
mundi esset officium mercatoris quia
in nundinis emit et recipit quicquid vult
despicit gentes et viuit optime sed vnum
habet gravissimum redditorum computi scilicet
extrema Ita est de vane viventibus
qui faciunt quicquid volunt omni vanitati
se exponunt omnesque leticias amplexantur
sed in morte et in extremo iudicio erit

Misericordia ¶ dolor
multa bona indicat in nobis
primo est peccatorum procuratiua legitur
Ut fuit quidam senex summe mentis
raptus vidit quoddam vas plenum
foraminibus sub quadam tilia de qua emana-
habat aqua dulcissima Cuius gustata
vna gutta requirit et agnouit domicella
sibi assistente que esset tilia illa et
quod vas Ait tilia est bonitas
dei vas est mia dei attrahens
omnem plenitudinem gratie de celestibus
in nobis primo enim peccatorem in peccato
existente expectat Sedo ad conuersionem
eum lauat Tercio redeuntem benigne
recipit Quarto penitenti integre indulget
Quinto redire volentem ad peccatum impe-
dit Sexto desolato ex timore venie

consolatorem prebet. Primo spoliato amissa re-
stituit. Secundo indigenti de necessariis providit.
Tercio impugnati et impugnato subvenit.
Quarto in bonis promovet. Quinto ad familiaritatem
inducit. Sexto eternum regnum tribuit. Et ideo
dilige misericordiam si vis obtinere misericordiam dei.
Exemplum. Refert Ieronimus quod fuit quidam
senex qui cum diu heremiticam vitam duxis-
set oravit deum ut revelaret sibi cui
esset similis in vita eterna. Cui apparens
angelus dixit: Cui esses similis cuidam
symphoniaco qui morabatur in proximo
vico. Ad quem pergens atque eius inquireret
Ille dixit: Sepe fui frater latronum et illis
subsessor misi quod virginem quandam raptam
a sociis meis a corruptione servavi.
Et servata quadam honeste viro domum
ipse restitui. Aliud bonum recordor me
fecisse ut motus misericordia cuidam mulieri
erranti in heremo CCC solidos dedi pro
redemptione viri sui et filiorum qui
in carcere tenebantur. Tunc ducens ad he-
remum diu postquam fuisset mortuus
vidit quod anima eius levabat ad celum.
Secundo oravit idem heremita. Cui esset
similis in gloria. Responsum est ei quod primario ci-
vitatis. Ad quem pergens audivit ab
eo quod inter opibus quantum potat mise-
tebat et etiam addidit quod uxorem pul-
cram accepit habitis filiis per xxx
annos a coniugali cohabitu abstinuit.
Tunc etiam ducens ad heremum diu
paululum fuisset mortuus et vidit
quod animam eius elevabat ad celum. Tercio
oravit. Cui esset similis in gloria. Et visum
est ei quod cuidam mercatori qui habebat
duas naves diviciis et mamonis
oneratas. Ad quem pergens excepte dei
invitavit eum ad prandium et ad susceptorem
beneficiorum misericordie dei. Cum scilicet accessit
vendidit omnibus et dat pauperibus secutus
est eum. Et post paululum cum moreretur
vidit quod animam dei eum portabat ad
celum. Tunc ultimo cum senex heremita
appropinquaret morti vocato discipulo
cum multis lacrimis ait: Nemo sive
fur sive meretrix sive mercator sive
publicanus debet contempni quia de omnibus
istis deus elegit sibi amicos. Unde
misericordia dei in motu oculi eos sanctos facit

et bonos. Et cum narrasset omnia
obdormivit in pace. Exemplum legitur in libro
de perfectione spiritus predicatorum. Quod fuit quidam
scolaris Antonius qui deditus multis
sceleribus vidit quod erat in campo quodam
in quo tempestatis horribilis cadebat.
Tunc fugiens a facie tempestatis venit
ad quandam domum et postulabat intrare.
Tunc domina intus inclusa sibi respondit:
Ego inhabito in hac domo et vocor
iusticia. Unde meam habitare non potes
quia non stas iustus. Tunc recessit
ad aliam domum. Et cum humiliter postularet
ingressum respondit: Nunquam intrabis
quia ego sum veritas. Tunc ultra pro-
grediens venit ad aliam domum et
habitans ibi respondit: Ego sum pax
et quia cum impiis non est pax ad me
non intrabis. Sed consulo tibi ut vadas
ad sororem meam que omnibus miseris rapit
que est crux aurea clypeus contra
omnem dolorem unguentum contra omne
vulnus et custodit gratiam dei. Tunc
ille pulsat ad hostium dicens: Hospita
Ego sum misericordia que huic hostio que aperio
hostium celi sive negociatrix pru-
dentissima quia de luto aurum gemmas
teneo claves thesauri dei. Solvo omnes
laborantes facio fertiles sto contra
tempestatem et omni negocio sollempni
plegiato mittit me altissimus. Et ideo
si vis habitare mecum renuncia mundo
et ingredere ordinem predicatorum quia ibi
est omne fundamentum virtutum et vera
salus. Tunc statim ad fratres accedens
ordinem est ingressus. Exemplum est
a dampnacione liberativa. Legitur ubi supra.
Quod fuit quidam frater qui habens sororem
carnalem meretricem ad eam recepturum
descendit eo quod multum esset dampnacioni
causa. Tunc cum audiret eum venire
occurrit ei relictis omnibus amatoribus
suis nudato capite et discalceata
volens amplexari eum. Recessit
ab eo sed misericordia locum habet in ea. Tunc
ille soror sic. Tanto caste minus
est magis rebelle tanto est maius
gaudium in captione. Tanto fatua est
magis silvestris tanto de ea fit
maius festum in curia regis. Tanto
est moribus minor et desperatior tanto

mediatus est magis gaudebis quam per
eam cura. Quanto filius longius a patre
recesserit tanto libencius recipit
redeuntem. Quanto filius magis per se
in luto ceciderit tanto cicius mater
surgere facit. Et ideo veni sequere me sed
prius velare vade caput tuum et calci-
are pedes tuos. Sicut reddere noluit
ne veniret ad conversionem peccati mi-
sit eam per aliam viam. Et cum respexisset eam
mortuam et pedes plenos spinis et
sanguine et fleret multum eam vidit
lucem mirabilem. Et revelatum est ei
quod unam putasset eius peccatum coram
deo. Et deus propter fervorem quem habuerat
acceptaverat et recepit eam et re-
miserat sibi peccata sua sine mala parte
legitur quod fuit quedam mulier egip-
tia maria egipciaca nomine que cum
xii esset annorum relictis parentibus
Alexandriam venit et omni ibi vo-
luptati iocis ebrietati et libidini
intenta fuit laqueis et peccatis exposita
ut dum videret homines ad portum
currere pro Jerosolimitana peregrinacione
Juvenes clericos senes laycos omnes
ad peccatum trahebat. Cum autem omnibus
peccatoribus se daret ut melius posset
finire diabolo ad partes Jerosolimitanas
venit et per xviii annos omnes illas
adiacentes villas diabolo acquirebat.
Tandem in die crucis curiosius ornata
ut in ecclesia homines ceteros ad libidinem
provocaret ad ecclesiam venit. Et dum
frequenter vellet intrare repellebatur
a virtute divina. Tunc cogitans sua
peccata ad angulum se traxit et flere ubi-
rime cepit. Et quia de loco illo poterat
videre ymaginem beate virginis proposuit
quod si sua pietatis anima sua vellet
pro ea fideiubere numquam ad feditatem
peccatorum rediret. Et cum diu flevisset
suscepta fiducia sine difficultate intrat
crucem adorat et officium audit. Et
dum flendo staret coram altare beate
virginis apparuit ei domicella dans
ei velum et ait. Ego sum maria que
induo te velo gracie dei et ultra Jorda-
nem erit tibi salutis. Cum illa de
tribus denariis sibi datis amore
dei emisset sibi tres panes ingressa
est desertum quod erat ultra Jordanem
et per xxxviii annos ibidem dei fuit
vestimentum alimentum et documentum sic-
ut scribit. Zosimas fuit ingressus illud
desertum vidit eam elevatam a terra
cum splendore immenso. Et tunc cognovit
quod erat virtus misse que hanc peccatricem
sublimaverat in amorem dei.

Missa multa bona inducit in nobis.
Primo est hostium superativa. Legitur
quod Comes pictaviensis consuetus
erat devotissime audire missam nec
propter aliqua negocia volebat interrumpere.
Quadam vero die dum missam audiret
ab inimicis capitalibus in quodam loco
extitit exploratus. Et cum sui suasis-
sent ut recederet et fugeret no-
luit sed missam iuxta consuetudinem
integre et devote audivit celebratam
missam cum non esset nisi cum decem
sociis admirabili luce celesti hostes
devicit et vinculavit. Secundo est
mortis liberativa. Legitur in libro de vii donis spiritus sancti
quod fuit quidam miles qui habens
armigerum bonum a curialitate et prudentem
quem minus erat filiam uxoris. Et
cum miles habebat furnum tegularum
et vitri in nemore misit literam de
consensu eiusdem eo consulente ad rectorem
furnorum ut in furno poneret primum
qui de hospicio suo veniret ad eos.
Tandem missa lecta summo mane armigerum
accusatum misit sed in via declinat et
prius pervenit missam audivit. Tandem
eiusdem volens scire an preceptum dominum
esset completum de licencia militis illuc
accessit. Et quia iste fuit primus et
pervenit aliud missus est in fornacem et
combustus est. Alius innocens audita
missa ultimo veniens salvatus est
et per eam mandavit dominus rem gestam.
Cum vidisset dei iudicium sic mortuum
laudavit deum et multum dilexit
armigerum. Tercio est audiencium
honorativa. Legitur quod fuit quidam miles
qui tantam devocionem habebat ad missam
quod pro quacumque re temporali nolebat
omittere audiciam eius. Erat quidam
inimicus eius obsessus in quodam castro

petet eius auxilium Iste cum omnibus
venit in adiutorium eius. Et dum transiret
per quoddam nemus audivit campanam
pulsari pro missa et declinans a via recte
illuc pertransit et invenit quandam domum
religiosorum et descendens de equo et de-
positis armis invenit sacerdotem dicentem
Confiteor. Cum autem missam devote au-
diret et sacerdos esset circa elevationem audi-
vit miles vehementissimos fletus fieri
in clipeo suo. Cum autem nesciret quid vellet
esse dum actu fiebat elevatio vehe-
mentiores fletus audivit. Cum per-
severavit usque in finem. Audita tota
missa equum ascendit et accepit dige-
gressatum et pergebat versus castrum iam
obsessum. Tunc eundem dixit intra se
hii repugnabunt te tamquam timidum et eo
ardue non credent quod per auditionem
misse remanserit sed pro timore. Huius
ergo consilio secum ad quendam consanguineum
suum qui fuerat ipsius socius venit et
interrogavit quid dixerunt ceteri milites
de eo. Cum vidit hoc tam milites
quia omnes dixerunt una voce hodie
quod in mundo non est miles tante probitatis
sicut vos estis. Apparuerat enim
miles cum armis et equo prefati militis
et signo eius castrum cepit et omnes
debellavit et sine vulnere evicerat.
Quod iste stupefactus ad alios milites
accessit. Cui omnes dixerunt sibi
quod nemo tantam gloriam habuerat de uno
facto sicut vos hiis diebus hodie. Tandem
iste agnoscens miraculum cum fiducia
accessit ad principem pro cuius adiutorio
venerat et rogando ipsum pro pace et
pro una captivorum. Concessit. Et cum
venisset ad dominum castri et ad omnes
homines eius unanimiter dixerunt Tu
domine captivasti nos omnes et ita
nos tu omnes honeste quod nullum
penitus vulnerasti. Ideo sumus captivi
tui. Et quod de pace volumus facere
pati sumus firmiter. Sicque facta igitur
pace et confirmata in presentia omnium militum
Miles narrat veritatem proterea volens
dei gloriam quam suum honorem. Cum
omnes audientes magnificabant deum

Item fuit quidam qui tantam devo-
tionem habebat ad missam quod nunquam erat
dies solum quod esset sibi possibile quin
saltem vellet unam audire. Cum autem sol
maneret per mare et accepta terra
iste descendisset et vidisset ibi prope
quandam ecclesiam illuc pergens invenit
quendam sacerdotem qui missam incipiebat
dicere. Et cum ille missam audiret
elevatis velis et illo relicto naute
navigare ceperunt. Cum comparabat et
sortisset quod solus in aliena terra
esset relictus navi. Audita missa
dum navem recessisse videt placet
portat. Et dum regressus fuisset ad
ecclesiam et comedisset parum sibi
datum a sacerdote aliquantulum obdor-
mivit et post sompnum invenit se
in patria sua et in domo propria cum bibi
mercationibus et rebus suis que erant
in navi et quas emerat ultra mare.
Et cum post multos dies venissent socii
sustentatis multis periculis eum videntes
deum laudaverunt excelsum.

Mors debet timeri a nobis propter
multas conditiones. Primo propter
status incertitudinem. Legitur in vitis
patrum. Cum dum multi advenissent ad Ar-
senium eo quod mortuus esset videntes
eum flentem dixerunt qui convenerunt
In veritate sed tu times mortem
Et ait Ipse in veritate timor sed iste
timor qui in me fuit eo quod moriens
destituitur a sua fortitudine a sua pul-
chritudine et sua potestate sed non est timor
diviciis sed propter peccatis. Secundo est ti-
menda propter passus arrectitudinem
Legitur Brig. Cum quidam fratri Anthonio de
mandasset ut esset paratus quod mors
mittebatur sibi. Cui dixit Indutias peto
quia similem non habeo. Cui angelus
licet mors timeri debeat eo quod at
perfecta eam timent sed de peritie age
in magna sit tibi de ipse beatitudo gloria
dabitur adhuc. Tertio receptorum
sive premii. Legitur in libro de
Cum quidam princeps dedit optione
cuidam militi suo qui cum alio
magnus habebat ... ut eligeret
iustum iudicem. Cum ut ille eligeret

iudice morte apud illum non est acceptio
personarum nec parcit maioribus nec timet
maiores omnes capitali sententia dampnat
Quod ille audiens fecit indictum
¶ Orandum est pro mortuis primo ut multi
primo ne contra nos clamet Ecc. Ce-
rte fuit quidam miles qui rapinas
incendia adulteria incestus plurima
exercens multos multociens post mortem
apparuit Et specialiter cuidam filie sue
quam adulterando genuerat et cum
nec per crucis signum nec per gladium fugari
posset dictum est eum sepeliendum ab archiepiscopo
ut de aqua benedicta locatus clausorum episcopi
aspergeretur domus et quod misse crebrius
dicerentur pro eo Quod cum factum
fuisset nunquam postea apparuit ¶ Secundo
debemus pro eis orare ut nos honorent
legitur quod fuit quidam sacerdos qui ex
devotione quam habebat ad mortuos
quod quotidie celebraret missam pro
defunctis Volens autem deus ostendere
quam gratum haberet suum obsequium Con-
tigit ut cum quadam die missam pro
eis celebraret et post completam
diceret Requiescant in pace Omnes autem
cimiterii responderunt amen ¶ Item
ad idem fuit quidam scolaris nomine qui
ex devotione magna quam habebat ad
mortuos quotidie dicebat officium
defunctorum Et cum quadam die dictis
matutinis dum diceret laudes et exprimeret
versum istum Exultabunt sancti in gloria Sur-
rexerunt omnes mortui de sepulcris
videntibus cunctis et redierunt in cubi-
culis suis ¶ Tercio debemus pro eis
orare ut pro nobis orent legitur
quod fuit quidam miles mirabilis de-
votionis ad mortuos et statuit quod
quotienscumque transibat iuxta cimi-
terium equitando descendebat et
flexis genibus dicebat de profundis
pro animabus corporum hic sepultorum
et absolve eos ab omnibus delictis
suis et peccatis Cum autem quadam die
persequeretur ab inimicis nec haberet
refugium nisi cimiterium dum transiret
per cimiterium omnes mortui surre-
xerunt cum armis lucidissimis tenentes

cimiterium contra hostes prostrati sunt
visoque miraculo milites honorifice
pacem et amiciciam ei voluerunt ¶ Item
legitur quod fuit quidam sacerdos in Va-
sconia qui post apostolos summam devotionem
habebat ad mortuos Et ideo monebat
populum sue parochie in die dominico ut
in die lune interessent absolutioni
defunctorum Cum autem hoc per aliquas
septimanas continuasset et magna
multitudo ibi veniret dum quadam
die missa celebrata indutus casula
circuiret cimiterium cum aspersorio aquam
largiens benedictam aperta sunt omnia
sepulcra et corpora mortuorum extensis
manibus aquam benedictam recipiebant
Cum autem hoc miraculum divulgatum
fuisset Episcopo et ille eciam fecit probasse
de die lune et non alio die septimane
Revelatum est ei a spiritu sancto quod illa
dies erat animabus fidelium dedicata
quod eciam plures earum liberantur singularis
partes provinciis et mortuus illo
die fundebatur ad deum Et ideo in illa
provincia fuit statutum et nunc tenetur
per totum mundum ut in die lune cimiterium
aspergatur et misse pro mortuis celebrentur
Mulier multas pulcras et lau-
dabiles condiciones habet et multa
bona indicat in nobis Primo est sui
sponsi delectativa Ee. ia. d. vi. Cer-
te fuit quedam mulier habens virum qui
tenebat amasiam dum correxisset
eum frequenter et non profecisset Vir
volens ire ad nundinas uxorem in-
terrogat si aliquid vellet de eis At
ipsa petit ut unam oblatam de censu
apportaret sibi de burgo vnd Qui vadens
et in nundinis audisset famam cuiusdam
sapientis ad eum accessit et narrat
sibi dictum uxoris Cui sapiens Ego
non vendam tibi sed dabo Tu mutatis
habitu et demutatis accedes ad domum
amasie et dices sibi quod omnia perdidisti
Postea accedes ad uxorem et in vili
habitu similia dices et apud quam
maiorem inveneris fidelitatem hanc
tene hoc facto amasia noluit

eum recepit sed diuulgauit eum et
sicut canis contra eum latrabat vxor
vero bene recepit eum dedit ei vestem
et fecit ei bonum prandium et con-
solata est eum dicens quod aliqua bona
habebat que nesciebat ipse. Tunc cum
venisset tercelli et in memoriam eius
reuenit mirabatur vxor. Tunc ille inbur-
sa cordis mei furtum tibi semper de-
quo in vanitatibus confiteor quod vera-
ciore diligebas bona vxor. Secundo mulier
patribus promotiua. Cesarius. Quidam
fuit quidam qui subripiebat multa
bona cuidam monasterio. Cum autem reprehen-
sus fuisset ab abbate ille dicebat illa
sua esse. Audit abbas. Si in ciuitate
qua es christianus tu dicas esse tua re-
quiro ea. Si autem monasterii volo illa
Cum autem miles dixisset quod essent sua
et venisset ad vxorem suam statim et bona
Illa eo viso clamauit. Recede a me
pabulum inferni filius mortis quia non
sunt sed guerram pretium acquisiuisti
tibi. Et si non fuisset mea iusticia iam
te punisset. Tunc miles correctus
rediit ad abbatem et restituit bonis
et confessus de peccato primo statim recepit. Cumque
venisset ad vxorem et ipsa optime recepis-
set eum dixit sibi. Sicut homo peccando
facit guerram cum deo sic ad concordiam
reducendo illos qui discordiam habent
unde hoc est officium nostrum ut pacem habeamus
in hac vita et post mortem in alia. Tertio
mulier est immundicie oditiua. Exemplum Ja-
cobi de vitriaco. Quedam fuit quedam domina nupta
sub custodia cuiusdam amiculi sui qui eam
summe diligenter custodiuit sine indigna-
cione amiculi eius ad eam filia mater
tractat vobis qui est nobilis diues
iuuenis pulcher et sapiens et optat
quod conuersatio cum eo. Tunc illa domine mi
Si cum isto convenirem haberet partem cordis
mei et deus haberet aliam partem et sic
deus non haberet totum. Cum ergo ipse sit
dignus habere totum cor numquam amor
alicuius sic vniet cordi meo. Item
tercio Exemplum Ja de vi. Quedam fuerunt tres
mulieres que colloquebantur de miseriis
mundi prima dixit quod per incorporacione

stam adherere immundicie. Si consideramus
feditatem quam mulier habet in concipiendo
quantitatem quam habet in portando afflicti-
ones quas habet in pariendo miserrimus
est et non vita. Secunda dixit alius dolor
debet considerari in vanitate mundi. Nam
mulier dedita mundo comedit alienam
famam dormit ad alienum compium
vigilat cum debet dormire. Non
audet loqui non audet orare non
potest audire sermones sed laborat et
timet vel de morte viri vel de
morte filiorum vel de paupertate. Et ideo
videtur michi quod sit pocior quam infirmus.
Tercia dixit. Vnum malum pessimum
ibi est quod non ordinat ad deum suos
labores. Et tunc vouentes castitatem
in magna prudentia fuerunt christo.

Vrimur multa mala induat
in nobis primo est eo sumptuum
legitur in libro de vitis patrum. Quidam
quidam hyspanus medicus in sancto
ordine predicatorum intrasset et contra
ciborum et modum viuendi et ieiunium
murmurasset vidit quadam die quandam
dominam pulcherrimam ire per refectorium
et erat ei quedam parua vnctaria que de
pixide extrahebat electuarium et in
scutellis cunctis fratribus ponebat. Cumque
venisset ad istum ait. Tu non gustabis
quousque sis de ordine asinorum. Et
cum non intelligeret dominam subsequens ei
exposuit dicens. Asinus non murmurat
de cibo nec de potu vel de onere sibi
imposito. Tu ergo eris de ordine asinorum
cum cessabit murmuracio tua. Cum
contulisset veniam postulans in manum
conuersus est. Secundo est fatuorum
prouocatiua. Exemplum Ja de vi. Quidam quidam
cum asino suo vadens ad forum et filio
murmurabant videntes quod asinum
non equitabat. Cum ascendisset dum
iuisset paululum alii murmurabant
quare ipse equitabat super asino
et puer ibat. Cum descendisset puerum
posuit super asinum. Et dum plus iuisset
alii murmurabant quod ipse cum esset
senex deberet super asinum equitare
et puer ire. Tunc accepit puerum

et simul ambo equitabant asinum. Tunc
alii murmurantes dicentes. Ecce porcus
isti deberent portare asinum qui ipse
eos. Tunc pater ad filium. Fili addisce
hic optimam lectionem quod quicquid modo
fecerimus gentes murmuraverunt.
Et ideo non cures de verbis populi quamquam
possis facere utilitatem tuam.

Mundus multa mala indicat
in nobis primo est bonorum spolia-
tivus legitur in libro de vii donis spiritus sancti.
Ecce fuit quidam sapiens a quo duo
peregrini in quodam bivio consuluerunt
viam directam. Cui respondit. Si
ieritis ad sinistram invenietis
quandam civitatem in qua per triduum
recipiemini optime. Sed post triduum
recipient vos spoliabunt et occident.
Si vero ad dextram invenietis per
triduum viam difficilem postea invenietis
civitatem pulcherrimam ubi cum gaudio
maximo recepti consolabimini et dita-
bimini omnibus optatis. Loquendo spiritualiter
per civitatem est vita presens prima civitas
est mundus ubi post tres dies scilicet
diviciarum deliciarum et honorum quibus
voluptates suas complevit spoliabitur
et ducetur ad mortem. Secunda civitas
est prima in qua post triduum contritionis
confessionis et satisfactionis incipit
in celesti gloria cohabitare cum omnibus optatis.
Secundo est dolorose donativus legitur
in libro de vii donis spiritus sancti. Ecce fuit quidam
rex qui cuidam sapienti hujusmodi questiones
proposuit. Prima fuit. Quid esset homo.
Respondit mancipium mortis hospes
loci viator transiens. Mancipium
mortis dicitur quia manum mortis
evadere nequit et omnes labores
eius consimiliter hospes loci quia cito
oblivioni traditur. Et licet cum
magno honore recipiatur et multa
in ingressu hospitii promittuntur
non solvuntur. Tum viator transiens
dicitur quia dormiendo comedendo sine
motu et sine quiete appropinquat
ad mortem et ad cadaver. Secunda questio
fuit. Cui similis erat homo. Respondit
recenti pomo rose mature et

pomo novo. Recens nimis quia calor
modicus in aqua resolvitur et fumus
apparet. Sic homo ad modicam febrem
in terra mittitur et tunc apparet eius
putredo. Rose mature quia in iuventute
habet colorem mundum sed in vespere sentitur
habere colorem marcidum. Pomo novo
quia quamdiu pendet in arbore ad debitum
crementum pervenire creditur sed modico
vento motus tactu cadit. Sic de homine
in iuventute multa sperat sed adveniente
morte omnia cessant. Tertia questio
fuit. Quomodo se habet homo. Respondit
ut lucerna adventum que cito extinguitur
ut stilla ad mare que cito absorbetur
ut lanugo que cito diffunditur. Quarta
questio fuit. Ubi est homo. Respondit
in bello multiplici et diverso quia mundus semper
habet bellum continue ut si est in peccato
ut a deo destruatur. In corpore habet
continuum bellum quia caro contra
spiritum continue bellat ad invicem. Tertium
habet bellum quia rebus concupiscibilibus pugnant
contra cor ut quietatur cum a se et
avertat a deo. Quinta questio fuit.
Cum quibus sociis esset homo. Respondit
cum septem continue molestabunt.
Qui sunt fames sitis calor frigus
lassitudo infirmitas et mors.

Negligentia multa mala
inducit in nobis primo dei
indignacionem. Audivi in
quodam sermone. Ecce quidam
clericus fuit in hyspania
multis lasciviis et deliciis
deditus. Qui ut magis habundaret
in istis fecit cedulam de suo sanguine
homagium demoni. Unde diu in hac
vita stetisset dum semel in sua camera
solus sederet apparuit ei quidam miles
lapideus cum equo et cum lancea de
lapide et vibrata lancea ut lederet
eum sine interfectione volebat cum unquam
ille clericus vellet eum interficere quia tamen
diu propter dilexerat premissa emendacione
dimisit. Cum tamen negligeret conte-
quadam die cum terribilissimo vultu
dum exemisset lanceam contra eum

Ille fugere incepit et miles lapidibus
resumpta lancea insequebatur attente.
Tandem tiens et saluans se in ecclesia
fratrum predicatorum. Miles amplius non
intrauit. Tunc renuncians seculo et cum
confessione vitam suam emendans suscepit
habitum fratrum predicatorum. Tunc autem diu orasset
deum ut cedulam factam de suo sanguine
recuperare posset. Dum quadam die in
oratione fleret ab ymagine crucifixi
est sibi proiecta. Iste frater multis
miraculis claruit. Secundo inducit
executorem. legitur in libro de vii donis. Cum quidam
pater requireret filium suum quem nomine
vocabat. Audit puer. Nescio. Cumque
pater plus instaret. Audit puer. Nescio.
Cumque pater plus instaret. Audit puer.
Nomine verum est domine tito oblitus quia
tito oblimiscimini omnium bonorum datorum
vobis omnium bonorum perditorum et omnium
peccatorum operatorum. Tercio est penarum
accumulatiua. legitur in libro de vii donis.
Cum cum quidam in oratione staret audiuit
horribiles planctus cuiusdam dampnati.
Et cum quereret quid plangeret. Audiuit
quod tempus in quo penitenciam agere et graciam
acquirere poterat in quo peccata et dei offen-
sa fecit. Item ad idem legitur in vitis patrum.
Cum fuit quedam mulier que impediebat
filium suum a confessione. Tunc autem illa
mortua inueniens cogitaret in extasi
ponitur ad diuinum iudicium capitur et inter
dampnatos vidit matrem suam sedere
que ait. Nunc est fili quod venisti
nobiscum ad dampnacionem eternam. Nonne
tu dixisti in salute tua desiderio saluandi
vbi est confessio quam affectabas. Tunc tantus
reductus est et magnam penitenciam peregit.
Quarto est demonum associatiua. Fuit
quidam miles lasciuiis deditus et con-
temptor omnium preceptorum dei. Cum fami-
liaris fuit cuidam nigromantico roga-
bat ut demones ostenderet ei. Cumque ille
quadam die ad biuium eum duxisset et
circulum circa eum fecisset. Venit demon
et rogauit militem ut aliquod iocale
vellet sibi donare. Tunc veniens demon
miles requireret ab eo quid plus
diligebat in homine dixit quod negli-
genciam. Tunc autem eum interrogaret

eum cum haberet tantam scienciam. Audiuit.
Cognosco omnia que sunt in celo et
in terra et infra terram et in conscientia tua.
Et cum enarrasset omnibus peccatis suis
demon vellet eum rapere clamauit
et liberatus a potestatibus suis vitam tota-
liter emendauit.

Obediencia multa bona
inducit in nobis. primo est
preceptorum conseruatiua.
Refert Cesarius. Cum
fuit quidam seruus
qui frequenter audiens de inobediencia
Ade dicebat quod misere vixit si fuerat.
Nam non reputabat obedienciam esse
magnam virtutem. Tunc dominus secrete
inclusit auiculam in pyxide et suo
tradidit perpendens quod non aperiret
nec respiceret quid ibi intus esset.
Postquam vero aliquantulum pyxidem
tenuisset temptatus fuit aperire et
aperiens auicula euolauit. Tunc
confusus ad dominum suum veniens con-
fessus est debilitatem suam loquendo
spiritualiter. Seruus est homo dominus est ihesus
christus pyxis est caritas habens duas
partes scilicet precepta prime tabule et
precepta secunde tabule. Auicula est gracia.
Cum quis ista duo genera preceptorum dimi-
mittit tunc gracia separatur.
Secundo est penarum supportatiua. legitur
in vitis patrum. Cum quidam homo pro voluntate
volens ingredi religionem. Abbas
sibi austeritatem obediencie imponens
dixit quod tanta promptitudine requireba-
tur in statu religiosi quod si diceretur sibi quod
ingrederetur furnum ardentem quod
esset paratus homo religiosus intrare.
Tunc post modicum tempus abbas vo-
lens probare precepit ut ingrederetur
furnum ardentem. Tunc subito recedens
et ingrediens inter flammas stetit
absque lesione aliqua. Et sicut in
prato florido et pleno voce in eis
letabatur et gaudebat. Tercio est virtutum
significatiua. Refert Seuerinus.
Cum fuit quidam iuuenis ad obedienciam

patrum quem abbas probare volens
plantavit lignum aridum quod diu
fuerat in edificiis precipiens iuveni
ut tamdiu irrigaret illud donec
produceret fructus Cum autem iuvenis
absque transgressione tenuisset preceptum
In tercio anno fructus dulcissimos
tulit Quod eius obediencie est ascriptum
Item legitur ibi cum quidam religiosus
intrasset cum unico filio volens abbas
eius obedienciam probare precepit ut
filium suum proiceret ad furnum ardentem
Qui statim eum arripiens dum
vellet eum proicere in furnum a fratribus (in furnum)
est retentus Et tunc probatus est
perfectissimus esse Tercio est virtutum
accumulativa legitur in vitis patrum
Cum quatuor fratres ad quendam senem
abbatem venerunt Unus diligebat
summe veritatem Alius nulli invidebat
nec detrahebat Tercius summam caritatem
habebat Quartus perfectus obediens erat
Tunc abbas dixit illius maior et
perfectior est quia unusquisque vestrum
cum virtute quam possidet retinet propriam
voluntatem sed iste cum virtute voluntatem
obtulit deo Item fuit quidam vir
perfectus valde qui assidue deprecabatur
dominum ut sibi dignaretur ostendere in quo
statu perfectiores modo sibi servirent
Et non solum filium sed eciam virginem gloriosam
